This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

B 1,365,310

TAIR
FAIRE

878
.P77
L7

87
T7
L7

PRISCIANI

OPERA MINORA.

PRISCIANI

CAESARIENSIS GRAMMATICI,

OPERA MINORA,

EDIDIT

FRIDERICUS LINDEMANNUS.

Accessit

Epistola G. HERMANNI, viri illustris,

ad editorem.

LUGDUNI BATAVORUM,

APUD S. ET J. LUCHTMANSIOS,

ACADEMIAE TYPOGRAPHOS,

MDCCCXVIII.

Vignaud Lib.
4-15-32

878
P77
L7

JANO BAKIO,

PROFESSORI LUGDUNENSI,

MAGNORUM DIGNO VIRORUM
SUCCESSORI,

S A C R U M.

426154

JANO BAKIO,

VIRO AMICISSIMO, S. P. D.

FRIDERICUS LINDEMANN.

Ex quo Lugduno digressus Tua, vir amicissime, orbus consuetudine, a iucundissimo TUO colloquio remotus, longum iter ac molestum remetiri coepi; ex quo domum redux factus otio tam litterato, tamque amoeno, ereptus ad muneris negotia animum adieci rursus; vix una effluxit hora, quin Te cogitarem, Tui reminiscerer, Te desiderarem ardentissime. Nam quoniam ita a natura comparati sumus, ut, quae habemus bona, ea negligamus, quae deficiunt, ea appetamus; ego communis sortis non expers, Lugduni dum eram, Te mihi, nunquam erepturum iri coeca mente confisus, in Te colendo mihi quidem parum fatisfeci. Sed nunc in patriam reversus vellem, ut possem solis ra-

diis aut flatibus Euri verba tradere amica, Tibi deferenda, ut commercium Tecum mihi sit nunquam interceptum. Quae res vere mihi optanda fuit saepius. Postquam enim in reditu meo Traiectum veneram, vidi graviores, quas meum asportaveram, libros aliquot raros continentes sarcinas, quam quae possent longius mecum portari. Propterea seorsim vehendas locabam. Sed dum in flumine Rheno ad Confluentes fluvios advehuntur, atroci nescio quo casu inter Coloniam et Confluentes consistunt, duos amplius menses remorantur, mihique curam iniiciunt gravissimam. Quam rem mihi maxime eo dolendum erat, quod quidam mihi tradiderant, quae reddenda curarem viris quibusdam in Germania summis, quaeque igitur multo serius, quam utrique rati erant, ad dominos delata sunt. Quae res tametsi primo adspectu haud admodum gravis esse momenti videtur, tamen mihi multas movit curarum perturbationes. Intellexi enim, nihil esse tam fortuitum, tam parvum inceptu, quod non fieri magnum ac summam possit vim in hominis animum eiusque tranquillitatem habere. Sed de his tacebo amplius.

Iam ad rem venio. Edocendus enim es, quae causa me impulerit, ut has ad Te litteras darem.

rem. Meministi, me cum adhuc Tecum essem, saepe ac multum optare, ut mutuae nostrae necessitudinis publicum aliquod exstet testimonium ac monimentum, neque Te habebam ea in re contra sentientem. Igitur redeat ad Te, quod Tuum est. Hoc enim, qualecunque est opusculum, Tuum est, Tua mihi ope praeparatum, coeptum, absolutum. Tu in tot tamque gravibus laboribus, Lugduni exantlandis, mihi suavis allocutor, rectus dux, fidus comes fuisti. Tu mihi thesaurorum vestrorum scrinia aperuisti, *scribendi materiam* praebuisti. Quid igitur impedire potuit, quo minus Tuo hunc nomine libellum inscriberem? Accipe, quam scilam possum referre gratiam, accipe benigno vultu grati animi mei significationem imbecillam, neque severe exerceas, velim, iudicis provinciam, quam tamen nemini lubentius, quam Tibi, delatam cupiam.

Tu igitur etiam optimo iure Tuo a me exigere posse videris, ut Tibi exponam consilium et rationem huius meae scriptionis, quae nunc ad Te defertur. Nam cum una essemus, multa quidem de studiis nostris locuti sumus, sed ea fortasse, quod de me unice valet, quae aliorum acre iudicium extimescere deberent, quia non videbantur in sese tam absoluta esse, quam de-

cuit. Nunc vero facio Te interpretem consiliorum meorum ad Eruditorum Virorum aures et aestimationem deferendorum. Qua re nihil melius facere posse mihi videor. Te enim interprete, qui nec Tuis solum, sed etiam nostratibus aestimatissimus es, quid timeam alta hominum supercilia? Te mea commendante, qui ob animi candorem unice ab omnibus amaris, quid refugiam aut cur metuam in publicum prodire? Ad Te igitur confugio, Tibi meas rationes in publicum eloquendas demando.

Nosti me primum in animo habuisse, historiam latini sermonis ac reliquarum, quatenus id fieri posset, veteris Italiae linguarum, perscribere, inque eam rem omnia colligere. Quod consilium ut nondum est depositum, ita et otium liberalius, et plus temporis requirit, quam ego hucusque in illud convertere potui. Interea videbam, me nihil sine Grammaticorum latinorum veterum auxilio profecturum. Qua re ad illos animum adverti. Quos cum brevi depravatos et male habitos non sine summo dolore intellexissem; nihil antiquius habendum putavi, quam de libris illorum auctorum emendandis cogitare. Proinde suscepi iter in Bataviam, ut Lugduni in bibliotheca publica quae essent opes, quas maximas esse acceperam, in

meum

meum usum converterem. Ibi quid egerim, quomodo inceptum meum cesserit, optime nosti. Nisi enim Tu esses, vix habuissem, quod nunc publico usui proponerem. Nolo tamen extenuare aliorum beneficia in me collata, sat multorum, veluti Tydemanni utriusque, patris ac filii, Wyttenbachii, senis venerandissimi, et reliquorum, qui mihi bene cuperent studiisque meis faverent.

Paullo autem post, quum tot tantaque subsidia ad Grammaticos emendandos facientia in vestra bibliotheca asservata viderem, consilium cepi omnes Grammaticorum veterum latinorum libros et editos iam, et adhuc sub bibliothecarum pulvere latentes, quoad fieri posset, emendatos in lucem emittendi. Quod consilium, satis quidem magnum illud, neque fugitivis oculis inspiciendum, ex sequendi cum initium non statim facere possem, et hominibus tamen doctis spem meam ostendere cuperem; constitui mecum, speciminis loco aliquid in publico proponere. Ac circumspicienti mihi, quid esset ex Grammaticorum scriptis ad eam rem aptissimum, oblati sunt Prisciani libri minores, quos et propter insignem depravationem, et quia eorum codices MSS. rarissime inveniuntur, praeoptabam facile. Sic igitur editi sunt, ii quidem

dem etiam nunc nondum perpurgati, sed tamen longe meliore habitu ac forma, quam antea circumferebantur.

Reliquum est, ut Tibi dicam, quae in hac editione praestitisse mihi videar. Primum teneto, me quinque tantum Prisciani libellos voluisse in censum vocare, qui hi fere sunt:

De duodecim principalibus versibus Aeneidos ad pueros. Sic enim inscribitur in omnibus melioris notae codicibus. V. notas ad calcem adiectas.

De accentibus; qui liber etiam *Prosodia Prisciani* nominatur, et hoc in codicibus haud spernendis.

De figuris numerorum, quos antiquissimi habent codices, et de numnis vel ponderibus. Ita enim recte antiquos libros secutus inscripsit Putschius.

De metris Terentii, aliorumque Comicorum. Sic nominat ipse librum suum Priscianus. Denique

De Praeexercitamentis rhetoricis.

Reliqua omisi ex consulto. Deinde narrabo praesidia, quae mihi praesto fuere in hac editione adornanda, qua simul occasione oblata ex-

explicationem signorum, quibus usi sumus, explanabimus.

Igitur primum videamus *de libris scriptis.*

I. CODEX R. Est hic liber bibliothecae Lugd. inter libros MSS. Latinos Vossianos in folio cum numeris 49. Codex est membranaceus formae maxima. In prima plagula apparet scena ex Terentii Heautontimorumeno prima, usque ad verba: *audivi esse in Asia*, quibus prior columna alterius lateris primi folii finit. Altera eius folii columna exhibet titulum Prisciani operis. In illo Terentii fragmento versus non distincti sunt, sed omnia uno tenore scripta apparent, tanquam esset pedestris oratio. Antiquae verborum formae nullae occurrunt, nisi: *Siet*, *conicere* et similia. Opus autem Prisciani, quod sequitur, hanc habet inscriptionem: Huius auctor codicis Priscianus Grammaticus exstitit. Vir eruditissimus Cesariensis. De octo partibus disputans orationis. Scribensque epistolam hanc ad Julianum Patricium. Nunc sequitur praefatio Prisciani. Scriptura codicis est emendatissima, characteres satis nitidi et lineae ab initio libri scholiis interstinctae. Exhibet praeclaras lectiones; habet et graeca, neque

que tamen omnia, et, uti fieri solet in codd. latt. plerumque maiusculis litteris scripta, et saepe dubiam lectionem praebentia. Opus autem maius illud, quae Grammatica dicitur, integrum est in hoc codice cum duobus postremis libris de constructione, quod raro accidere videmus. Desinit autem, post absolutos XVIII libros his verbis. Explicit liber octavus decimus de constructione. Subsequuntur libri de duodecim versibus Virgilii. Haec maiusculis litteris scripta sunt, Dein sequuntur haec, vulgari charactere minori scripta: *Priscianus primum librum maiorem fecit de octo partibus orationis et de constructione. Postea fecit hunc librum de duodecim principalibus versibus Virgilii sub interrogatione discipuli et responsione magistri. Postea fecit librum de nomine, pronomine et verbo, ad instruendos pueros, quem Priscianum minorem dicimus.* Nunc sequitur liber de duodecim versibus Virgilii, multis, ut in varr. lectt. ostendimus, interpolationibus depravatus, quae inter scholia reposuimus. In fine huius libri leguntur: *Jani Rutgersii*, unde librum appellavimus et littera R. signavimus. Sed haec obducta et infra scripta: *Ger. Jo. Vossii.*

Extremam libri plagulam occupant Scholia, quae

quae hanc totius codicis clausulam, quae nunc sequitur ibi, interpretantur: Explicit ars Prisciani Viri Clarissimi Eloquentissimi Grammatici Cesariensis feliciter. Qui obiit Die K.L. Octob. indictione V. Olybrio consule. Ego Theodorus Discipulus Dionysii Viri disertissimi memorialis Sacri Scrinii epistolarum, et adiutor viri magni Prisciani Questoris Sacri Palatii, scripsi in urbe Roma et Constantinopoli. Haec si vera essent, mortuus esset Priscianus anno post Cstum natum DXXII. Sed multa sunt, quae hanc significationem in dubium vocant. Maxime autem hoc movet, quod verba: *qui obiit* glossatoris manum sapiunt. Eadem enim in aliis hisce ad Priscianum clausulis desunt, et annorum significatio trahitur ad solam descriptionem libri. Inveni et alias ejusmodi annorum significationes in codicibus Prisciani aliis; sed semper descripti a Theodoro libri tempus ostendunt. Quae sequuntur scholia nullius sunt pretii. In extrema ultimae plagulae ora scripta erant haec ductibus inversis: *Comparatus a Th. Bas.* 6 *Floren.* Manus videbatur Isaaci Vossii.

II. CODEX S. Inter Vossianos bibl. Lugd. li-

libros lat. in fol. numero 33. signatus, hac inscriptione in interno involucri latere: *Bibliotheca Scobingia.* Codex est membranaceus, forma, quae maxima dicitur, minor antecedente libro. Praestantissima huius codicis pars est: *Marci Tullii Ciceronis rhetorica*, cum scholiis densissimis. Est hic liber, qui vulgo de inventione dicitur, eiusque collationem invenies apud Oudendorpium in Burmanni edit. Ciceronis de inventione, ad calcem Auctoris ad Herennium eiusdem editoris. Scholia cognitu sunt digna, ac vellem, ederentur aliquando. Haec pars nitidissime ac pure scripta est, reliqua a manibus variis, non ita elegantibus, perscripta, sed satis accurate. Post illum librum sequuntur duo folia, prooemium Persii continentia: *Nec fonte labra prolui* cet. cum scholiis haud spernendis necdum editis. Deinde legitur: Commentarius in artem secundam Donati, sed sine inscriptione, nam initium desideratur. Vossii manus adscripsit: Ex bibliotheca Goldasti. Hic commentarius per interrogationem et responsionem decurrit (vide notas ad librum Prisc. de accentibus in hac editione) cuius rationis exemplum ponimus.

Int. Casus unde dicitur?

Resp. Consentius dicit: Casus dictus est dic-

dictio gradatim cadens, a novissima parte nominis. Quamvis enim nominativus non cadit, per ipsum scimus, quid sit cadere.

Int. Dic mihi, quid est qualitas in qualitate?

Resp. Nomina qualitatis in appellativis speciebus cet.

Multi in his citantur Grammatici, quorum libri ex hac quasi collectione emendari queunt. Tum sequuntur haec: *Incipit de nomine, de finalibus syllabis ipsius Donati.* Sed sunt iterum interrogationes et responsiones, in quas redacta et conformata est prima editio Donati. Deinde sequitur: *De nominum quaestiunculis* (sic): qui libellus est alius commentarius in editionem secundam Donati, et hic formulis interrogandi ac respondendi distinctus. In hoc libello, ut hoc obiter addam, occurrit versus Virgilii παρῳδούμενος: *O mihi praeteritus rediret si arbiter annis.* Hoc finito novus liber incipit his verbis: *Qualiter interrogare de partibus orationis aut de arte debeamus, vel respondere de nomine ipsius Donati.* Est tertius commentarius in artem secundam Donati. Denique sequuntur quaedam ita inscripta: *Incipit expositio Tituli Artis Donati Grammatici*, quae perpauca sunt.

* *

Iam

Iam leguntur: *Versus Lactantii De ave Phoenice.* Est hoc illud carmen de ave Phoenice, quod Lactantio tribuitur, hoc loco mendosissime scriptum, et multo melius iam in lucem prolatum. Litterae initiorum rubrae sunt.

Hinc inveniuntur excerpta ex multis Grammaticorum scriptis de adverbio, hoc titulo: *De adverbio excerpta de multis.* In quo libro occurrunt nomina et fragmenta Grammaticorum summorum, et deperditorum, et eorum, quorum nomina nunc ignorantur plane. Sic citatur Aeneas Galbungus, fragmentum e libris Grammaticis Suetonii Tranquilli, Comminianus laudatur saepe, etiam Virgilius quidam Grammaticus. Sic etiam Plinius Secundus, Hieronymus, Ulcanus de imbecillitate Tuscorum, Glossae antiquitatum, Terentius de ordine partium orationis in contextu latinitatis, aliique praeter illos, quorum scripta adhuc habemus. Deinde sequitur Synodi Nicaeensis decretum de numerorum figuris, quod vide descriptum in descriptione codicis sequentis. In hoc nostro Titulus erat huius decreti: *Nicena Synodus nunc ordinem Inter epos (sic) in faciendis epistolis conservandum esse instituit.*

Iam sequitur liber Prisciani de versibus Aeneidos hoc titulo rubro: Incipi. libelli duo de-

decim Grammatici de duodecim versibus Virgilii ad pueros. Sed rescriptus apparet titulus, ita ut olim alius fuisse videatur. Finito hoc libro sequitur clausula haec: *Explicuit scribi quantum potui et renovari* (v. varr. lectt.) Deinde sequuntur hi versus:

Hic codex pueris plusquam sapientibus aptus,
Si iam scire pedes malint et scandere versus,
Et si scire velint caesuras atque figuras,
Quot partes in versu instant de partibus octo,
Et qualem retinet sensum quaecunque loquela.
Et quae prima manent, quae dirivata sequuntur,
In hoc ille canit quid parti accidit omni.
Undecies flexit bene verba errore repulso:
Conticeo, everto, immitto quoque, nutrio, surgo,
Infringo, arceo, for, teneo, possum atque relinquo.
Quamvis for sicut dor non plerumque legantur.
Ostendit nobis, ut non errare queamus
Quae contra suetam, quae recte regula servat.
Hi sunt istius tituli plene ordine facti;
Ut feci ante alios libros, discernere causas,
In prosa fieri nullo moderamine metri.
Prisci canit pueris haec ani cuncta libellus,
Aequalis primo qui constat sive secundo,
Codiculo facto de constructa arte loquendi,
Idem grammaticus doctis quos fecerat ante;

Hic fieri pariter debet parvumque volumen,
Quod fecit pueris de partibus ante quaternis,
Primo ut discatur, sed qui minor esse videtur,
Postquam declinant partes ut scandere possint.
Lux solis cecidit; stellarum lumina clarent;
Ales agit noctis, dormit hodierna volucris;
Dig uil *hos fecit titulos aperire libellos.*

Hos versus excipit liber Ausonii *Lethopaegnium* hic dictus. Tum versus quidam, hac inscriptione: Lucani De Catone, cuius coniugium Marcia repetebat mortuo Hortensio principium denique primi versus de sensu est (sic omnia). Jam leguntur hi duo versus:

Restitit humores. Haec duri immota Catonis
Secta fuit, servare modum finemque tenere.

Tum plures sequuntur e Lucano, quorum quidam melius leguntur, quam in editis Lucani libris hodie circumferuntur.

Sequitur novus liber, hac inscriptione: Item Prisciani Liber de ponderibus et mensuris ex opere Rufini vel Faviniani de ponderibus et mensuris. Est hic ille liber, qui in vulgaribus Prisciani exemplis post librum de figuris numerorum legitur, ita inci-

piens

piens: *Pondera paeoniis veterum memorata libellis* (v. descr. sequentis codicis). Deficit hic etiam in versu: *Nec non et sine aquis.* Nunc sequitur: Item liber Prisciani ad Symmachum de figuris numerorum. In hoc graeca omnia desunt, spaciis amplis vacuis relictis. Porro sequuntur Praeexercitamenta Prisciani rhetorica, nullo titulo praefixo (v. varr. lectt.) duabus manibus diversis exarata. Tum: Versus Rufini Grammatici de metris Terentianis, Plauti et Ceterorum. Notus ille liber praeclare emendari potest ex hoc codice. Graeca omnia plene scripta sunt, quamquam hic illic paullisper turbata. Obiter addo, Graeca Herodoti, quorum apud Putsch. et reliquos editores haec tantum leguntur: καὶ σφὶν ἐπιθύνα φήσω ἄλυσιν, quae monstrosa sunt, ita plene reperiri in codice:

Φησίν· Ἡ Πυθίη ἀφικομένοισιν χρῇ ἐν ἑξαμέτρῳ τόνῳ τάδε·

Ἀλλ' ὅτε ἡμίονος βασιλεὺς Μήδοισι γένοιτο·
Καί ποτε, Λυδὲ· ποδαβρὲ, πολυψηφῖδα παρ' Ἕρμον
Φεύγειν, μηδὲ μένειν, μηδ' αἰδείσθαι κακὸς εἶναι.

Locus est Herodoti I, 55. Putschii pag. 27 1.

Deinde pro γίγεω αὐτοῦ, quod apud Putschium est in seqq., legendum, quod etiam sine codice certum erat: Γύγεω αὐτοῦ. Trimeter autem Archilochi, qui nunc sequitur apud Rufinum, ex codice ita restituendus:

Οὔ μοι τὰ Γύγεω, τοῦ πολυχρύσου, μέλει.

Quod etiam sine codice corrigendum erat.

Illo libro finito sequuntur: Prisciani eloquentissimi versus de Est et Non. Dein: Incipiunt Catonis philosophi de novem Musis. Nihil quod operae describendi pretium facturum esset. Tum legitur aliquid metrici generis, hoc titulo: De pedibus pentasyllabis. Pedes Heteroploci Pentasyllabi sunt XXXII, quorum ultimus est anticyprius. Ita incipit fragmentum.

Hoc fragmentum sequitur. Periegesis Prisciani. Ea valde emendate ac nitide scripta est.

Periegesin Prisciani excipit liber *Quinti Sereni Medici*, de quo vide Fabricium in bibl. lat. p. 542, b. Carmen est integrum. Inscriptionem habet hanc: Incipiunt capitula libelli de Medicina Quinti Sereni. Utere feliciter. Ante haec capitula leguntur etiam haec: *Distichon exemplatoris. Multimodam*

dam metricus medicis monstrat medicinam Iste liber, Christi si vult succurrere virtus. Scriptura est satis recta, sine multis compendiis. Capitulorum expositione finita sequitur ipse liber, hoc titulo praemisso: Incipit liber hexametricus de Medicina Quinti Sereni.

Hunc librum excipiunt Disticha Catonis, hoc titulo: Incipiunt libri Catonis philosophi.

Finem faciunt Excerpta quaedam de barbarismis e multis Grammaticis. Iis haec praemissa est inscriptio: Incipiunt pauca de barbarismis collecta de multis. Adscripsit huic titulo manus Vossii: *A Clemente.* Grammatici, e quibus ista collecta sunt, hi nominantur: *Caper*, *Isidorus*, *Comminianus*, *Maximianus*, *Consentius*, *Pompeius*, *Donatus*, *Priscianus*, *Eutychius*, *Seregius*, *Hieronymus*, *Servius Honoratus*, *Victorinus.* Emendavi ex his plura Grammaticorum dicta, maxime autem Consentii; cuius, qui hic citatur, ille liber est, quem inventum a Cramero, Buttmannus nuper edidit Berolini: *Consentii ars de barbarismis et metaplasmis.* Obiter etiam addo, monstra illa verborum, quae in principe illa editione occurrunt, in meo codice non apparere, sed ibi semper legi: *ecthlipsis* pro *iactlinisis* et alia.

Ad finem codicis adiecta sunt *praecepta ad vitrum tingendum*, *plura*, *ad vitrum faciendum ut non frangat*. Denique: *versus cuiusdam Scotti de alphabeto*; plane ridiculi et inepti.

III. CODEX D. Inter Vossianos libros MSS. Latinos bibl. Lugd. in octavo et minori forma. Numeris signatus: 275.

Hunc codicem contulit Bondamus ad exemplar unum Putschianum, sed tantum cum duobus operibus minoribus: *de metris Terentii et: de numerarum figuris*. Codex est membranaceus, forma quadrata quidem, sed minori, scriptura perparva, sed nitidissima, et pura, perpauca habens compendia; verum atramentum hic illic evanescit. Continet partem libri maioris operis XVIIIi, cum graecis fere omnibus, nitidissime, clare ac plene scriptis, interdum tamen et vitiose. Tum sequuntur illi versus de ponderibus et mensuris: *Pondera paeoniis* cet. ita h. l. inscripti: Remi Favini (ita) de ponderibus et mensuris. Hi etiam hoc loco desinunt in verbis: *Nec non et sine aquis* (v. codicem superiorem). Deinde sequitur scriptiuncula, quae ita inscripta est: Formata Episcoporum. Est hoc decretum Nicaeensis Synodi, de quo vide codicem antece-

cedentem. Est autem his verbis conscriptum: *Graeca elementa literarum numeros etiam exprimere, nullus, qui vel tenuiter graeci sermonis notitiam habet, ignorat. Ne igitur faciendis epistolis canonicis, quas mos latini sermonis formatas vocat, aliqua fraus fidelis satis temere praesumeretur, haec a patribus trecentis decem et octo Nicaeam congregatis saluberrime inventum est et constitutum, ut formata epistolae hanc calculationis seu supputationis habeant rationem, id est, ne assumantur in supputationem prima graeca elementa Patris et Filii et Spiritus Sancti, hoc est:* Π. Τ. Α. *quae elementa octogenarium quadragentesimum (sic) significant numeros. Petri quoque apostoli prima litera, id est* Π. *qui numerus octoginta significat; eius, qui scribit, episcopi prima litera, cui scribitur, secunda litera, accipientis tertia litera, civitati quoque, de qua scribitur, quarta, et indictionis, quaecunque est id temporis, idem qui fuit numerus assumatur. Atque ita his omnibus literis literis graecis, quae, ut diximus, numeros exprimunt, in unum ductis unam, quaecunque collecta fuerit, summam epistola teneat. Hanc qui suscipit, omni cum cautela requirat expressum. Addat praeterea separatim in epistola etiam nonagenarium et nonum numeros,*

qui secundum graeca elementa significant: A. M. H. N. *id est* I. XL. VIII. L. *id est nonaginta novem. Amen.*

Iam sequitur trilogia illa Prisciani: de figuris numerorum, de metris Terentii, praeexercitamina rhetorica, titulo praefixo: Priscianus Gramm. Symmacho.

His explicitis leguntur haec una serie: Prisciani Sophistae ars praeexercitaminum secundum Hermogenem vel Libanium explicit feliciter. Commentarium Rufini V. D. Grammatici Antiochensis in metra Terentiana. Tum sequuntur illa: *Euanthius in commentario* cet. Quibus finitis leguntur: Versus Rufini Gitumati (sic) de metris Terentii. Qui incipiunt: *Agnoscit metrum* cet. Sunt notissimi illi versus, de quibus in descriptione superioris codicis. Sed hic libellus mutilus est. Finit enim in verbis: *Quales sunt isti versus, Ne forte imprudens.* In libro signando secutus sum Bondamum.

IV. CODEX G. Codex est membranaceus inter apparatum Bondamianum B. Lugd. obvius, nitide scriptus, compendiis multis usus, foliorum non ita magnorum, sed supra quadratam for-

formam. Continet duo libros postremos maioris operis Priscianei, qui sunt de constructione, praeterea librum de accentibus, qui hic *prosodia Prisciani* dicitur, et librum *Bari* de barbarismis, soloecismis et metaplasmis. Graeca interdum plene scripta, interdum vitiose, interdum plane absunt, nulla quidem lacuna apparente, sed his litteris: *Gr.* aut: *Gr. s.* id est: *Graeca sunt*, omissione significata. Characteres sunt elegantissimi, non parvi. Inter lineas scholia minutissimis litteris adscripta, uti etiam in margine, sed quae nil nisi auctoris mentem indicent, insulse saepe repetitis, quae facile per se intelligantur. In fronte notavit *Bondamus*, se hunc codicem e bibliotheca Gronoviana sibi comparasse. Hinc litera G. eum insignivi.

V. CODEX GR. Varias huius codicis lectiones inveni in uno exemplari Putschiano, cuius margini eas Bondamus adscripsit. Propterea de codice nihil dicere possum aliud, quam quod Bondamus notare satis habuit. Id huiusmodi est: *Gr. notatae sunt variae lectiones cod. MS. membranacei bibliothecae Groninganae, qui praeter libros* XVIII *hunc etiam de acc. tractatum continebat, nec non et Donatum de barba-*

barismis. Nullus titulus in eo praefigebatur huic libro; tantummodo a recentiori manu initio notabatur: Priscianus de accentu.

VII. CODEX Q. Huius quoque lectiones codicis debentur Bondami industriae. Eas in altero exemplari Putschiano in margine notatas inveni. Descriptionem nullam dedit Vir doctus, quam quae erat ad librum XVII. maioris operis Priscianei adscripta, in hunc modum: *Quae seqq. V. lectt. lit. Q. signatae excerptae sunt ex MS. membranaceo Burmanniano, olim Iusticiano (Iustice), qui a libro demum* XVII. *incipiebat. Graeca in eo adeo intricate scripta erant, ut legi non possent.* Quia ad librum de accentu eadem Q. littera notatae erant varr. lectt., ex eodem cod. esse credidi.

VII. CODEX V. Est hic liber membranaceus inter MSS. Vossianos latinos, bibliothecae Lugd. formae minimae. Videtur unus e Vossiis omne genus membranarum, quas in itineribus forte compararet et colligeret, in hoc volumen coniecisse. Nam tot varia, tot discrepantia, tot vilia, tot parva excerpta, tot male habita et detrita, in eo inveniuntur, ut nescias, qua animi patientia omnia perlegas. Praestantissima tamen pars illius farraginis sunt Prudentii carmi-

mi-

mina satis emendate scripta, et Prisciani praeexercitamenta, cum libello de figuris numerorum huic ad calcem adiecto. In his multa omissa sunt ac breviata. Reliqua satis recte atque emendate scripta.

Tantum scriptorum codicum consului. Editorum librorum hos nancisci potui:

I. EDITIO O. Huius editionis lectiones Bondamo debeo, qui eam, quae integrum Priscianum continebat, totam contulit, collataque margini exemplaris Putschiani adscripsit. Eius notitiam hanc praemisit ipse: *O significat Editionem antiquissimam in folio, sine ullo anni vel loci indicio, cuius usum debeo amplissimo Meermanno.*

II. EDITIO P. Et hanc contulit totam Bondamus. Is haec de ea significavit: *P. significat Editionem Venetam anni* 1476 *in folio, quam itidem debeo amplissimo Meermanno.*

III. EDITIO MEDIOLANENSIS. Eam commodavit mihi Clarissimus *Donkermannus*, et mihi et Tibi amicus, doctor privatus in Academia Lugdunensi, ac deinde, quae est viri humanitas, officiose prorsus tradidit. Est ea in folio an-

anni 1503, graeca nulla habet aut turbata vehementer, sed reliqua non contemnenda sunt, quia a mendis typographicis perpurgata videntur. Praeterea multae aut coniecturae aut variae lectiones ad marginem adscriptae sunt a viro quodam docto. Sed atramentum scriptionis paene evanuit.

IV. EDITIO ALDINA. Est ea anni 1527, in forma octava, sed exigui pretii, quanquam satis magnifice de ea loquitur in praefatione ad ipsam Donatus Veronensis. Accepi eam ex amplissima et instructissima libraria Luchtmansiana, quae libros rarissimos possidet.

V. EDITIO PUTSCHIANA. Huius editionis possideo exemplar, quod olim fuit Volgangi Reizii, Professoris Lipsiensis, quam rem vir Illustris Godofredus Hermannus, pro sua cum beato Reizio familiaritate, in fronte libri manu sua notavit. Nihil tamen habet notarum, nisi locorum significationem, quorum auctores in textu citatos invenis.

Dolendum mihi perquam est, quod editionem *Eliae Vineti*, cuius meminit Putschius in praefatione, nactus non sum. Eius tamen desiderium minuit ipse Putschius, qui ostendit, suam

suam se editionem libri de fig. num. ad normam illius composuisse.

Haec erant, quae Tibi exponenda duxi de subsidiis, quibus usus hanc meam editionem adornavi. Sed singulare praeterea decus et ornamentum ei accedere voluit Godofredus Hermannus, quem si laudarem uno verbo, ego quidem piaculum committere arbitrarer. Cui cum misissem futiles meas ad Graeca, quae in his Prisciani libris insunt, observationes; is a me rogatus suas mihi in singulos locos emendationes perscriptas transmittere meisque usibus concedere non dedignatus est. Eius comitatis non tam ego fructum percepi maximum, quam lectores habebunt gratiam summam. Sic igitur et gratiarum actionem cum lectoribus communico, atque, ut illi tacite agunt, sic et ego tacito lubentius pectore sentiam, quam alta voce promam, quam debeo referre, gratiam.

Quod autem Scholia illa, quae in codicibus inveni, quae saepe vix ullius pretii sunt, exprimenda curavi; eius rei peto abs Te, vir amicissime, excusationem. Sed duo erant, quae me, ut ederem, impulerunt. Primum persaepe ad constituendam lectionem in texta oratione multum valent, quod ostendi in singulis locis, ac deinde studiorum illius temporis, quo scri-

scripta sunt, sciendorum cupido non intitilia erunt. Nam ad interpretationem aut grammaticam intelligentiam haud multum faciunt. Igitur concede iis locum, donec hi libri melius comparati, et historia linguae latinae illius temporis luculentius exposita erit.

Cura, ut valeas meque amare pergas. Specimen autem hoc novae editionis Grammaticorum latinorum, in sinu Tuo fere natum, comiter excipe, ac benigna Tua tutela amplectere. Dii duint, ut aliquando Te revisere possim. Hoc habeo in votis. Scripsi Torgae, Nonis Jan. CIↃIↃCCCXVIII.

PRISCIANI

OPERA MINORA.

PRISCIANI GRAMMATICI,

DE DUODECIM VERSIBUS AENEIDOS PRINCIPALIBUS AD PUEROS.

CAPUT I.

Arma virumque cano, Troiae qui primus ab oris. Versus genere uniformis, specie dactylicus, compositione simplex, nec similis pedibus, depositione terminalis, in disyllabum, qui dividitur in caesuras, per cola quidem in novem, per commata vero in duas, semiquinariam et semiseptenariam, per pedes in quinque. Quid est genere uniformis? Quia generalia metra novem sunt. Dactylicum, anapaesticum, iambicum, trochaicum, choriambicum, paeoni-

VARIETAS LECTIONIS.

CAPUT I.

Per pedes in quinque. Quae post haec verba in editis libris omnibus leguntur: *Quia dactylus habet tres syllabas*; ea ut indignum glossema expunxi. Neque in ullo codice apparebant. Signa interrogantis et respondentis, in aliis libris Latine: *Ma*, *Di*, id est, magister, discipulus; in aliis Graece: Μα, Δι, id est, μαθητής, διδάσκαλος; deripta sunt. *Dactylicum*, id est, dactylicum, S. R. *Ionicum a*

nicum, ionicum a maiore, ionicum a minore, antispasticum. Et sunt in quibusdam generibus diversae species versuum, ut: choriambicum asclepiadeum, ex spondeo et duobus choriambis et pyrrhichio; choriambicum glyconium ex spondeo, choriambo et pyrrhichio. Similiter alia huius generis plurima inveniuntur metra, ut illud Horatianum:

Lydia dic per omnes

quod habet choriambum et bacchium. Dactylicum vero uniforme est. Quid est specie dactylicus? quia legitimos pedes dactylos accipit et spondeos, qui in dactylos resolvuntur ratione temporum. Quid est compositione simplex? quia sunt versus ex diversis generibus metrorum compositi, quales invenies apud Ho-

maiore, ionicum a minore. — a maiori — a minori. Hac ablativi forma omnes editi. Scripti ut exhibuimus. In R. ordo conversus: Ionicum a minore, ionicum a maiore. *Antispasticum.* Sic recte in S. Mediol. Ald. Putsch. In R. vero: *antipasticum* ita tamen ut littera: s erasa videatur. In O. et P. antipesticum. *Generibus.* Generibus metrorum. R. ex interpretamento. *Asclepiadeum.* Unus S. asclepiadium. *Choriambicum glyconium — pyrrhichio.* Haec et intermedia desunt in O. P. et Mediol. Habent et Codd. Mss. et vero Aldina et Putsch. In utroque codice pro vulgato: *glyconicum*, legitur *glyconium*, quod expressimus. *Lydia dic per omnes.* In O. P. sequuntur: *Te deos oro Sybarin cur properas amando*, quae ab hoc loco aliena sunt. Totum autem hoc, a verbis: *ut illud Horatianum*, usque ad *bacchium* deest in S. ubi oratio ita cohaeret: *inveniuntur metra. Dactylicum vero uniforme est.*

Specie dactylicus. Specie dactylicum. O. P. Mediol. *Accipit et spondeos.* Sic iusto ordine in R. S. *Et spondeos accipit* in O. P. Mediol. Ald. *Compositione simplex.* Compositione vel ratione simplex. Unus Putschius, quo auctore, nescio. *Quales invenies.* Quae-

quam

Horatium et alios lyricos, mixtos ex dactylis et iambis, ut est apud Flaccum:

[illegible]ibere versiculos amore percussus gravi.

Est enim penthemimeris heroica cum dimetro iambico. Heroicus vero simplex est compositione. Quid est nec similis pedibus? quia licet vel dactylos vel spondeos ponere. Quid est depositione terminalis in disyllabum? Catalecticos dicunt, quibus deest in fine aliquid, acatalectos quibus nihil deest. Heroicus autem qui legitimos habet dactylos, qui trisyllabi sunt, ideo in disyllabum desinere vult et minuit in fine unam syllabam, ne sit impedimentum sequenti versui, quin celeriter incipiat. Praeterea dicuntur hyper-

Quales invenis. Solus S. *Mixtos ex dactylis et iambis.* Sic omnes praeter unum S. qui habet: *Mixtos e dactylo et iambo.* O. P. et Mediol. ante: *mixtos* addunt: *versus. Amore percussus gravi.* Sic scripti. Editi se ad Horatianas editiones composuisse videntur, qua ratione nihil potest cogitari deterius. Priora in R. sic: *scribĕrĕ vĕrsĭcŭlos.* cum signis prosodicis. *Est enim semiquinaria penthemimeris.* Vox *semiquinaria* adest in editis omnibus, deest in scriptis. Recte. *Simplex est compositione.* Simplex est compositus. S. Quae sequuntur in editis omnibus: *id est a pedibus unius speciei componitur;* ut interpretamentum expuli; desunt enim in S. et in R., tanquam scholion, minoribus litteris suprascripta sunt. *Catalecticos dicunt.* Ante has voces haec in textum intrusa leguntur in R. *Catalectos dicunt graeci syllabam, quae remanet post integros pedes. Unde et catalecticos dicunt versus, quibus nihil deest post integros pedes.* Nimirum sunt haec scholii alicuius verba, quae ad marginem adscripta deinde inter verba auctoris relata sunt. Hinc abire iussimus. Vide notas. *Acatalectos.* Sic una Aldina. Reliqui et scripti et editi solemni errore: *acatalecticos. Qui trisyllabi sunt.* Quia. P. *Ne sit impedimentum.* Sic scripti. Editiones omnes: ne sit impedimento. Ex correctione. *Sequenti versui.* Sequenti verbo. unus S. *Praeterea di-*

percatalecti, quibus abundat una vel duae syllabae, ut novenarium Pindaricum, quod cum sit dimetrum iambicum, habet tamen unam syllabam plus in fine. Horatius:

Silvae laborantes geluque.

Brachycatalecti dicuntur in iambis et simlibus, quibus deest una syllaba vel duae, ut est senarium iambicum Colophonium. Horatius.

Mea renidet in domo lacunar.

Per cola divisio separat integras partes orationis, per pedes vero secundum metri rationem, et per commata secundum rhythmum. Rhythmus enim dicitur verborum modulata compositio sine metri ratione. Commata autem sunt tria: tertia trochaica, semiquinaria, et semiseptenaria. quarta enim Bucolica magis pas-

cuntur hypercatalecti. Haec et sequentia usque ad verba: *per cola divisio*, quibus nova linea incipit, desunt omnia in S. nulla apparente lacuna. *Hypercatalecti.* Omnes praeter unam Aldinam: *hypercatalectici.* Eodem modo infra: *brachycatalecti* recte habet Aldina, reliqui libri omnes: *brachycatalectici. In iambicis.* Ita omnes praeter P. et Mediol. quae habent: *iambis*, quod edendum curavimus. *Separat.* Editi omnes: separatur in certas integras cet. Contra codices: reparat integras. Sed scholiasten legisse *separat integras*, apparet. Ergo hoc dedimus. Vide scholia. *Et per commata similiter.* Post haec verba leguntur in R. haecce: *Rhythmus dicitur verborum modulata compositio sine ratione metri.* Nimirum pro *similiter* in antecedentibus legendum est: *secundum rhythmum*, quae verba per compendium scribuntur hoc modo: *sdm rtm.* e quibus librariorum imperitia fecit: *similiter.* Quare auctoris locum suae integritati restituimus. *Tertia trochaica.* Sic ex ratione legi debet. Editi omnes *trochaica* tantum agnoscunt. *Tertia. trochaica. semiquinaria.* Sic R. omissa voce *semiseptenaria.* In S. *Tertia trochaica, semiquinaria et semiseptenaria*, ita tamen, ut vox *tertia* erasa sit, cuius reliquiae tamen satis apparent. *Semiseptenaria.* Post hoc verbum legitur in R.

passio est sicut et semipes et quarta trochaica, et quae inveniuntur per singulos pedes. Caesurae vero rhythmum leviorem solent perficere, et necesse est vel unam vel duas caesuras in versu inveniri; nam tres rarissime possunt in eodem versu esse. Nam si semiquinariam habet, tertiam trochaicam habere non potest, nisi quando monosyllaba intersit dictio. Et e contrario si tertiam trochaicam habet, semiquinariam habere non potest. Per pedes in quinque dividitur hic versus caesuras, quia sex pedes quinque habent interruptiones. Quot figurarum est heroicus ver-

R. haec interpretatio: *Propter quartum pedem, quia in bucolico omnino hoc frequentissime invenitur.* Quam interpretationem sequentium in scholia abire iussimus. *Quarta trochaica,* Haec erasa in S. apparentibus tamen adhuc ductibus litterarum. Sciolus quidam, qui codicem forte tractabat, ob antecedens illud: *Quarta bucolica,* omissa haec voluit. *Caesuras vero rhythmum leviorem.* Caesuras vero versuum et rhythmum. R. et omnes editi praeter Putsch. Unus S. merae lectionis vestigium servat, exhibens: *Caesuras vero et tritum ausum et leviorem.* Nimirum vox *cursum*, ex qua postea factum est *gressum* et ad *caesuras* vocabulum translatum, non est nisi interpretamentum vocis *rhythmus.* Hinc inter scholia reposuimus. Puschius: *Caesuras vero cursum et rhythmum leviorem*, interpretamentum non subolens. *In eodem versu esse.* Sic R. S. Editi: in eodem versu inveniri; inveniri in eodem versu. Praeterea in antecedd. pro *rarissime* solus S. *nunquam. Tertiam trochaicam.* Sic sententia postulante dedimus. *Tertiam* vox aberat ab omnibus. In S. tamen erasam esse apparebat. *Habere non potest.* Utroque loco sic Mss. Editi omnes: *ruro* habere potest. *Nisi quando monosyllaba intersit dictio.* Quae post haec verba leguntur in omnibus libris praeter unum S: *Manqua clara dedit, dat eidem debita poter;* ut iguari librarii exemplum margini forsitan appositum, omisimus, maxime auctoritate illius praestantissimi codicis confisi. *Dividitur hic versus caesuras.* Desunt in S. *Interruptiones.* Addit R.: *i. e. voces;* indig-

versus? Triginta et duarum. quomodo? Quia quinque dactylos habentes unius sunt figurae. Et e contrario quinque spondeos habentes unam faciunt figuram. Similiter quatuor dactylos, et unum spondeum habentes, quinque faciunt figuras, et e contrario, ex quatuor spondeis et uno dactylo quinque figurarum est. Unus enim inter quatuor mutans loca quinque facit figuras. Sic et duo spondei inter tres dactylos, et duo inter tres spondeos mutantes loca denas faciunt figuras. Habemus igitur tres modos. Et primus singulas figuras habet ex quinque similibus. Pone igitur duas figuras. Secundus qui ex quatuor et uno, quinas. Pone ergo hic decem figuras. Tertius modus est ex duobus et tribus diversis commutatis, in quo denae inveniuntur figurae. Adde etiam viginti. Omnes igitur sunt triginta et duae figurae. CA-

num vero! *Heroicus versus? Triginta et duarum,* heroicus? triginta et duo. S. heroicus versus? triginta et duorum. R. *Et e contrario quinque spondeos habentes unam faciunt figuram.* Haec in nullo codice nec scripto nec impresso comparentia, reposui ex uno S. ubi tamen sic: — *habentes quinque faciunt figuras*; errore nato ex inferioribus. *Sic et duo — faciunt figuras.* Haec et intermedia desunt in S. Adesse debere, demonstrat scholion, quod haec verba in R. excipit, in textum quidem intrusum, sed apertum sequentium interpretamentum. Vide scholia. *Secundus qui ex quatuor et uno.* Secundus modus constat ex quatuor dactylis et uno spondeo. O. P. Mediol. Post haec leguntur in Ald. et Putsch: *dissimili mutantes loca* (mutante loca. Putsch.) quorum nihil in scriptis. *Quinas* R. *quinque.* *In quo denae.* Sic praeter S. omnes. Hic vero unam vocem: *quinque* hic servat, qua nihil alienius. *Omnes igitur sunt triginta et duae figurae.* Quae in omnibus editionibus post haec verba leguntur, manuscriptorum librorum indicia secuti, sustulimus ut mera glossemata. Vide scholia et notas.

CA-

CAPUT II.

Scande versum. Arma vi, rumque ca, no tro, iaequi; primus ab, oris. Quot habet figuras? Decem. Quare? Quia constat ex tribus dactylis, et duobus spondeis. Quot caesuras? Duas. Quas? Semiquinariam et semiseptenariam. Quomodo? Arma vi rumque ca no troiae. Quot partes orationis habet? Novem. Ostende. Arma, virum, que, cano, troiae, qui, primus, ab, oris. Quot nomina? Sex. Arma, virum, troiae, qui, primus, oris. Quot verba. Unum: cano. Quot praepositiones. Unam: ab. Quot coniunctiones? Unam: que. Arma, quae pars orationis est?

CAPUT II.

Arma virumque cano Troiae qui primus ab oris. Ab hoc versu novum caput in editis incipit. Eum scripti ignorant hoc loco repetitum. Sequitur autem statim pedibus suis distinctus. *Scande versum.* Ab his genuinam auctoris orationem rursum incipere, ostendemus in notis. *Arma vi.* Haec in singulos pedes distinctio aperte scripta exstat in S. *Quot caesuras.* Quot caesuras habet. Editi omnes. *Quot partes orationis habet.* Haec quaestio cum particula responsionis deest in R. ut manifestum sit, lineam excidisse. Editi omnes: *habet iste versus.* Ex glossemate ut saepe iam vidimus. *Quot verba habet? Unum: cano.* Sic R. cum editionibus. *Quid aliud habet? Virum: cano.* Sic unus S. *Quot praepositiones — unam: que.* Pro his, quae ex uno R. et editis omnibus exprimenda curavimus, haec leguntur in S: *Que* coniunctionem, *ab* praepositionem. De hac memorabili

est? Nomen. Quale? Appellativum. Cuius speciei? Generalis. Cuius generis? Neutri. Cur neutri? Quia omnia quae in plurali numero in a desinunt, sine dubio sunt neutri generis. Cur singulare in usu non est? Quia multas et varias res hoc nomen significat. Arma enim dicuntur instrumenta non solum bellica, sed etiam fere omnium artium, ut Virgilius in primo Georgicon:

Dicendum, duris quae sint agrestibus arma.

Nautarum quoque et pistorum instrumenta arma dicuntur. Virgi. in quinto:

Colligere arma iubet validisque incumbere remis.

Idem in primo:

Cerealiaque arma
Expedient.

Cum igitur sit ὁμώνυμον, quod quidam univocum dicunt, et varias res significet, sicut ipse demonstrat,

varietate vide notas. *Quale.* Pro hoc et pro sequentibus sequuntur iam ea in S., quae in reliquis post vocem *virum* leguntur: *Quid est nomen?* cet. usque ad: *nisi in adiectivis non invenitur.* Tum sequuntur haec, quae apud reliquos nunc leguntur usque ad illud: *Quid est nomen*, ubi repetuntur ea, quae supra legebantur. *In usu non est.* Non est in usu. Soli editi. *Arma enim dicuntur instrumenta.* Sic unus S. Reliqui omnes, praeter Mediol. *hoc nomine dicuntur.* Glossema. *Ut Virgilius in primo Georgicon.* Sic manuscripti. Quae in editis interposita leguntur: *de agrestibus*, omisi. *Dicendum duris quae sint.* Scripti et editi praeter Aldinam et Putschianam, quae sic: Dicendum et quae sint duris. Praeterea Mss. *sunt* pro *sint. Nautarum quoque et pistorum.* Piscatorum S. *Validisque incumbere remis.* Sic in R. O. P. et Mediol. ubi tamen *incumbere.* In S. exempli pars cum omni linea omissa, ita ut nihil legatur, nisi: *Colligere arma iubet.* Hoc etiam exemplum ibi posteriore loco positi;

strat, singulae earum habent sua nomina, ut scutum, galea et caetera. Non igitur opus est in hoc nomine singularis numerus, cum semper in plurali significatione ponatur. Potest autem et differentiae causa huius singulare taceri, ne ab armo, artu corporis, obliqui eius casus proferri existimentur, hic armus, huius armi. Cuius figurae? Simplicis. Fac ab eo compositum. Armiger, armipotens, semermis, inermis et inermus. Cuius casus in hoc loco? accusativi. Unde hoc certum est? Ab structura, id est ordinatione et coniunctione sequentium. *cano* enim verbum accusativo iungitur. ergo si quando *invenies talem ordinationem*, pone loco neutri masculinum vel femininum, quorum accusativi non sunt similes nominativis; et manifestabitur *tibi* casus, ut in hoc versu *cano virum* dixit. similiter cano illam rem dicimus; ex quibus neutra quoque sine dubio potes intelligere secundum quem casum pro-

fe-

situm, sequens priore. *Non igitur opus est in hoc nomine singularis numerus.* Sic editi omnes. Assentitur S. in quo tamen ex correctione ablativus invenitur. Longe aliter R. *Non igitur opus est in hoc nomine singulari numero uti. Potest autem et.* Sic R. Editi omnes: *potest etiam et.* ex non intellecto compendio. *Huius singulare.* R: hoc singulare. Omnes editi. Omnia autem haec; *Potest autem et — hic armus, huius armi.* desunt in S. *Fac ab eo compositum? Armiger.* Post haec verba sequitur in R. longa interpolatio, seu explicatio verborum, qui ab *armis* afferuntur composita. Eam vide in scholiis. *Semermis.* Deest in S. *Semiermis* Mediol. *Unde hoc certum est,* Unde hoc cernimus. Unus R. *Ab structura.* Sic scripti. Editi: a structura. *Accusativo iungitur.* Soli scripti. *accusativo coniungitur.* Editi omnes. *Si quando invenies.* Sic editi omnes. *invenias* S. *invenis* R.

ferantur tam in singulari quam in plurali numero. Nec solum tamen in neutro genere, in quo nominativus accusativus et vocativus similes sunt, sed etiam in aliis generibus, si quos invenias similes casus, et dubites, secundum quem positi sint, eosdem secundum structuram compone cum illis qui non sunt similes, et solves tibi dubitationem. ut puta si dicas: oratoribus utor magistris, et dubites utrum dativus an ablativus sit casus oratoribus et magistris, non solum quod *utor* verbum ablativo semper coniungitur hoc possis agnoscere, sed etiam si secundum singularem numerum hanc eandem ordines orationem dicendo: oratore magistro utor. omnia enim in e terminantia ablativum, nullum similem casum ha-

R. *potes intelligere.* Sic scripti. *Possumus* Editi. *Nec solum tamen.* Sic expressis litteris omnibus, R. per compendium S. Editi praeter O. et P: *tantum*, ex non intellecto compendio. Ridiculum vero *solum tantum* componere, cuius locutionis exemplum forsitan desideres alibi. *Si quos invenias — et solves tibi dubitationem.* Haec ita uti exhibuimus leguntur in MSS. Editi omnes in hanc rationem conspirant: *In quibus invenies similes casus, et dubitas secundum quem structuram positi sint, compone cum illis, qui non sunt similes, et solvisti tibi dubitationem.* Quae ex correctione esse nemo non videt. *Et dubites, utrum dativus an ablativus casus sit oratoribus utor magistris.* Haec linea deest in S. incuria librarii, qui eam infra ad inferiorem marginem adscripsit. *Nullum similem casum habent.* Masculina vel feminina, nullum similem casum habent. Sic editi omnes, quibus accedit unus R. Sed pro interpretamento suprascripta sunt in S, quod unice verum. Vide etiam Scholia. Praeterea in R. est: nulli alti eum similem habent. In S. vera lectio erasa, cuius locum obtinent nunc: nulli alii eum casum similem habent. Sed ductus prioris lectionis ita fugiunt, ut nihil exsculpi possit. Locus emendari debet. *Illud quoque possumus dicere.* Sic S. *possimus di-*

habent. Quotae est declinationis arma? Secundae. Quare? Quia genitivum armorum facit. omnia autem neutra pluralia a finalem nominativi in o longam convertunt, et addita rum faciunt genitivum, si sint secundae declinationis. illud quoque possumus dicere, quoniam aliae declinationis nomen in *ma* desinens in plurali numero non invenitur nisi secundae, ut prima primorum, summa summorum. Fac derivativum ab eo. Armarium, armamentum, armentarium, armillae quae nunc brachialia vocantur. Cicero in quarto. de Rep. Armentum et ab eo, armentarius. Dic verbum denominativum ab eo. Armo, as, at. Unde certum est quando verbum a nomine, et nomen a verbo nascitur? Ex ipsa significatione et natura rerum. nam non possumus dicere armo nisi prius sint arma quibus armemus aliquem, nec auro, as, nec subaero subaeras, (unde Persius:

subaerato mendosum tinniat auro)

ni-

discere. R. Editi omnes: *possum dicere. Quoniam aliae declinationis.* Sic R. et Aldina. *Quod aliae declinationis.* S. *quoniam alterius declinationis.* O. P. Mediol. Putsch. *Fac derivativum ab eo.* Sic scripti. Contra *fac derivata ab eo.* Editi omnes. *Quae nunc brachialia vocantur.* Haec quamquam manifestum arguunt glossema, quamquam ab uno S. etiam absunt, et scholii instar leguntur inter lineas; tamen eicere nolui, quia haec in altero codice a scholiaste explicata leguntur. Vide scholia. *Cicero in IV de Rep.* Citatus hic locus abest a S. Sed a scholiaste explicatus est. Vide scholia. *Dic verbum denominativum ab eo.* Sic R. *dic verbum ab eo.* S. forsitan rectius. *Et nomen a verbo.* Sic scripti. An nomen a verbo. Editi. *Natura rerum.* Sic scripti. *Cognoscitur* deest in scriptis; in editis omnibus sic: *rerum natura cognoscitur. Quibus armemus aliquem.* Sic MSS. Quibus armemur. Omnes editi. *Nec auro — aeras vel aes.*

Haec

nisi prius sit aurum vel aes. Contra autem a verbo nascitur nomen quod non potest esse in aliquo nisi prius actus verbi in eo intelligatur; ut si dicas: lector, intelligo eum prius legisse, et sic ei id nomen do. Ergo armo, sicut diximus, verbum est denominativum quod a nomine nascitur, lector autem nomen verbale. Dic Passivum eius. Armor, armaris, armatur. Dic participia activa. Armans armaturus, passiva, armatus et armandus. Fac nomen verbale. a participio fit praeteriti temporis, armator, armatrix. Cur? Quia omnia participia praeteriti temporis us in or convertentia faciunt nomen verbale in omni coniugatione masculinum. Ex quo iterum or in rix mutantes facimus femininum, nisi euphonia, id est sonus, prohibeat; quod evenit in illis quae in sor desinunt, ut pransor, cursor, tonsor. nemo enim dicit pransrix, cursrix, tonsrix, propter aspe-

ri-

Haec et intermedia omnia desiderantur in S. Margini tamen inferiori adscripta sunt et a scholiasta explicata. *Subacrato.* Editiones Ald. et Putsch. solae: *Ne qua subacrato*, nimirum ex Persii libris. Reliqui omnes omittunt voces: *Ne qua.* Pro *aes* scripti exhibent *ferrum.* *Non potest esse in aliquo.* Sic MSS. verba *in aliquo* desunt in editis omnibus. *Ut si dicas.* Soli scripti. *Ut cum dicas.* Editi omnes. *Legisse.* Omnes praeter unum S. qui *legere.* *Id tamen dò.* Scripti et Putsch. *Id* abest ab Ald. Mediol. O. et P. *Dic passivum eius.* Passivum eius dic. Editi omnes. *Armor, armaris, armatur.* Sic in scriptis. Editi omnes: *M. armor. D. declina. M. armor, armaris vel re, tur.* *Fac nomen verbale. A participio fit praeteriti temporis.* Sic in interrogationem et responsionem haec digesta sunt in scriptis. Editi contra ita constituunt, ut, omisso *fit*, haec sit interrogatio, in sequentibus autem: *armator, armatrix* responsio. *Coniugatione faciant.* Unus S. *convertens et faciens.* *Propter asperitatem*

ri-

ritatem pronunciationis. unde Terentius tonstrina dixit, euphoniae causa addens t contra regulam. Sicut enim a doctore doctrina consonantes eas habuit, quas verbum primitivum, sic debuit tonsrina absque t esse, nisi sonoritas coegisset. defenstrix quoque Cicero in Timaeo protulit addita t. Fac alia derivativa ab eodem supradicto participio. Armatio, armatura, quae rem ipsam significant. Et sciendum quod plerumque quaedam nomina rerum eandem habent cum participiis praeteriti temporis terminationem, differunt autem declinatione. Nam nomina quartae sunt, participia vero secundae, ut iudicatus huius iudicati, iudicatus huius iudicatus. monitus huius moniti, monitus huius monitus. lectus huius lecti, et lectus huius lectus. aditus huius aditi, aditus huius aditus. au-

pronunciationis. Editi omnes: *propter asp. prolationis. Unde Terentius.* Editi omnes: *ut Terentius. Tonstrina.* Post hoc verbum in R. sequitur scholion textui inhaerens, quod vide suo loco. *Verbum primitivum.* Sic in S. suum primitivum. R. suum verbum primitivum. Editi. *Sonoritas.* consonoritas. S. *Defenstrix quoque.* Quoque abest a S. Post haec verba leguntur in R. plura scholia in vocem *Timaeus*, quae vide suis locis. *Armatio, armatura, quae rem ipsam significant.* Sic scripti. Armatus, armatus, armatui, armatura, quae r. i. significat. Editi omnes. *Eandem.* Fere eandem. Editiones. *Cum participiis praeteriti temporis.* Duo ulteriora verba in editis omittuntur. *Iudicatus, huius iudicati.* Graeca hic quidem a libris scriptis plane absunt, lacunis nusquam indicatis. Inveniuntur vero in scholiis, non tamen ita plene, quam in editis libris. Horum autem inter se discrepantia arguit satis, editores illa ex suo quemque ingenio supplevisse. Quare omisimus. *Iudicati secundae, — iudicatus, quartae.* Codices haec hoc loco declinationum nomina non agnoscunt. *Aditus, huius aditi* cet. Haec addidimus e MSS. Se hoc

auditus huius auditi, et auditus huius auditus. Quidam autem stulte et contra usum auctorum participii penultimam producunt et dicunt se hoc facere differentiae causa. nullum enim participium veniens a verbis in *eo* desinentibus sive secundae seu quartae sint coniugationis ī productum habent ante tus ut moneo monitus, habeo habitus, praetereo praeteritns. Virgilius in octavo.

O mihi praeteritos referat si Iupiter annos

obeo, obitus. Idem in decimo.

Morte obita quales fama est volitare figuras.

Adeo quoque aditus. Ovidius, in Fastis.

Sol aditus quem quaeris, ait, ne vana labores.
Nupta Iovis fratri tertia regna tenet.

Latius autem de participio hoc tractatum est in libro singulari. Nunç hoc etiam est sciendum quod genitivus quoque supradicti participii pene in omnibus assumpta o facit rei nomen, ut iudicati iudicatio, orati oratio, rati ratio, moniti monitio, lecti lectio; i penultima in omnibus correpta. Quamvis igitur regula det nobis copiam tam in us quam in io termina-

hoc facere. Hoc ordine scripti. hoc se facere. Editi omnes. *Seu quartae sint.* Seu quartae sit. Unus S. *I productum habet ante TUS.* Sic scripti editique praeter Putsch. quae vocem intrusam habet: *penultimam.* Editi tamen *productam*, feminino genere. *habent* O. P. *Adeo* quoque *aditus.* Sic S. Reliqui ex interpretamento addunt: *facit. Regna tenet.* Post haec sequuntur in omnibus: *De aditus (al. adito) quidem quantum ad praesens sufficiunter diximus.* Indignus vero pannus. Quasi de *adito* tantum tractatum esset! Expulimus. *Supra dicti participii.* Post haec verba inculcata inveniuntur in S: *corripit I finalem*, quae quam recte in reliquis desint, nil attinet dicere.

Nam

nationibus uti in significationibus rerum; tamen auctorum nobis usus magis sunt observandi. Illud quoque sciendum, quod multa nomina verbalia participiis futuri temporis similia inveniuntur. Et a passivis quidem semper, ut: amandus nomen, ὁ φιλητέος; ὁ φιληθησόμενος participium. docendus nomen, ὁ διδακτέος; ὁ διδαχθησόμενος participium. legendus nomen, ὁ ἀναγνωστέος; participium, ὁ ἀναγνωσθησόμενος. Adeundus nomen, ὁ προσελευστέος; participium, ὁ προσελευθησόμενος. Et in futuri quidem temporis participiis passivis hoc evenit semper, in activis autem non semper, sed in quibusdam, et hoc in femininis, ut armatura nomen, ἡ ὅπλισις; ἡ ὁπλισομένη par-

Nam in eodem sequitur: *I penultima correpta. Terminationibus.* Terminantibus. Editi omnes. *In significationibus rerum.* Solae Ald. et Putsch. addunt ex interpretamento: *incorporalium. Magis sunt.* Hoc ordine soli scripti. *Ut amandus nomen, ὁ φιλητέος.* Exhibui in his ex sequentibus omnibus scripturam codicis R. Graeca his in locis semper ignorat S. remque in hunc modum conficit: *ut amandus, nomen et participium.* Neque ulla lacuna apparet, et ita ubivis. Reliquorum autem librorum varietates hae sunt: Amandus ὁ φιλητέος nomen, amandus ὁ φιληθησόμενος participium. P. Aldina. Putsch. Amandus nomen, amandus participium O. Amandus, φιληθησόμενος nomen, amandus ὁ φιλητέος participium. Mediol. *Docendus nomen* ὁ διδακτέος etc. Legendus ὁ ἀναγνωστέος nomen, legendus ὁ ἀναγνωσθησόμενος participium. Similiter et docendus ὁ διδακτέος nomen et διδαχθησόμενος participium. P. Ald. Putsch. Legepdus ὁ ἀναγνωσθησόμενος, nomen, legendus ὁ ἀναγνωστέος participium Mediol. Graeca desunt in O. *Adeundus nomen — ὁ προσελευθησόμενος.* Haec desunt in reliquis omnibus. Ceterum post verbum προσελευστέος in R. sequitur scholion, quod vide suo loco. *Armatura, nomen, ἡ ὅπλισις; ἡ ὁπλισομένη, participium.* Armatura, ὅπλισις, nomen et ὁπλισομένη participium. P. Ald. Putsch. Mediol. Graeca desunt in

participium. litura nomen, ἡ ἀπαλοιφή; participium, ἡ ἀπαλείψουσα. scriptura nomen, ἡ γραφή; participium, ἡ γράψουσα. Est autem invenire nomina adiectiva hominum et mobilia, in omnibus similia participiis praeteriti temporis etiam in declinatione, ut: doctus nomen, ὁ παιδευτός; et participium, ὁ παιδευθείς. armatus nomen, ὁ ὁπλίτης; et participium, ὁ ὁπλισθείς. Et sciendum, quod si sint nomina mobilia non possunt eadem etiam rerum esse, ut doctus, armatus; et contra si sint rerum non possunt eadem esse hominum adiectiva, ut monitus, aditus lectus, iudicatus. Monitus, ὁ ὑπομνησθείς, huius moniti. Monitus, ἡ ὑπόμνησις, huius monitus. Aditus,

O. *Nomen*, ὁ ἀπαλοιφή, cet. Haec omnia in P. sic: *Litura* ἐξάλειψις *nomen*, *et* ἐξαλειφθησόμενον, participium. In Mediol. sic: *Litura* ἐξαλείψων *nomen* ἐξαλοιφή. In Ald. et Putsch: Litura ἡ ἀπαλοιφή nomen, ἡ ἀπαλείψουσα participium. *Scriptura*, *nomen*, ἡ γραφή cet. Scriptura ἡ γραφή nomen, et ἡ γράψουσα participium. Mediol. Ald. Putsch. In O. Graeca desunt. Pro ἡ γράψουσα in P. ἡ γραφησομένη. Scholia, quibus haec omnia distincta sunt in R. vide suo loco. *Est autem invenire*. Sic esse debet, et sic habent omnes praeter Putschianum, ubi *invenirі*, haud dubie ex errore typographico. *Etiam in declinatione*. Etiam in secunda declinatione. Putsch. ὁ παιδευτός. Sic R. ὁ παιδευτος. Ald. Putsch. Graeca sic exhibet P: ὁ διδάσκαλος καὶ ὁ διδιδαμμένος. Mediol. autem sic: διδακτὸς καὶ ὁ διδιδαγμένος. In O. desunt Graeca, ut semper. *Et participium* ὁ ὑπλισθείς. ὑπλισμένος. P. et Mediol. In O. Graeca desunt. *Et sciendum*. Editi omnes: ergo sciendum. *Nomina mobilia* Editi addunt: *hominum*. *Eadem etiam rerum esse*. Addit R. ex glossemate: *incorporalium*. *Et contra si sint rerum*. *Incorporalium* hic iterum intrusum est in Editis. In scriptis deest. *Eadem esse hominum*. Eadem et hominum. Editi omnes. *Ut monitus, aditus*. Ut motus, aditus. Ald. Putsch. Quae iam sequuntur usque ad-: *huius iudicatus*, sic hoc lo-

tus, ὁ προςελευθείς, huius aditi. Aditus, ἡ προςέλευσις, huius aditus. Lectus, ὁ ἀναγνωσθείς, huius lecti. Lectus, ἡ ἀνάγνωσις, huius lectus. Iudicatus, ὁ κριθείς, huius iudicati. Iudicatus vero ἡ κρίσις, huius iudicatus. Sunt etiam rerum quaedam vocabula, quae participiis neutris praeteriti temporis similia sunt, ut factum nomen, τὸ ἔργον; participium τὸ ἐργόμενον. Visum nomen, τὸ ὅραμα; participium, τὸ ὁραθέν. Est etiam quando praesentis temporis participiis similia inveniuntur nomina adiectiva, ut sapiens nomen, ὁ σοφὸς; participium, ὁ φρονῶν. Amans nomen, ὁ ἐραςής; participium, ὁ ἐρῶν. Sed nomen genitivo, participium autem accusativo aut ablativo con-

loco legnntur, scholiis quidem distincta, in R., eaque in textum recepimus. Vide supra pag. 15. not. *Rerum quaedam vocabula.* rerum vocabula quaedam. Editi. *Quae participiis neutris, praeteriti temporis.* Quae neutris praeteriti temporis participiis. Editi. Τὸ ἔργον, — τὸ ἐργόμενον. Τὸ πρᾶγμα et τὸ πεπραγμένον participium est. P. Mediol. Τὸ ἔργον — τὸ γεγονός. Ald. Putsch. Graeca desunt in S. O. uti semper. *Visum nomen τὸ ὅραμα, participium τὸ ὁραθέν.* Visum τὸ δόγμα nomen et τὸ δεδογμένον participium. P. et Mediol. Visum nomen ἡ ὀπτασία, participium τὸ ὀφθέν. Ald. Putsch. *Est etiam quando praesentis temporis participiis.* Ita scripti. Editi omnes: Est autem, quando participiis praesentis temporis. *Participium ὁ φρονῶν.* Ita ex Aldina. cum qua consentit Putschiana et P. In codice est: ὁ φρόνιμος, quod cur reliquerim, apertum est. Ὁ ἐραστής, — ὁ ἐρῶν. ὁ φίλος, — ὁ φιλῶν. P. *Participium autem accusativo aut ablativo coniungitur.* Sic ex coniectura codicum vestigia secuti dedimus. Impressi quidem omnes: *accusativo*, omissis: *aut ablativo.* Sed in S. legitur: *ablativo*, pro: *accusativo.* Iam cum antecederet: *autem*, quod ex compendio scribitur: aut; suspicati sumus, librarios, litterarum similitudine deceptos, mox unum mox alterum omisisse. Hinc utramque lectionem coniunximus. Quod etiam sequentia ef-

 fis-

coniungitur, secundum verbi naturam, ut: natus et ipse dea, ὁ τυχθεὶς ἐκ θεᾶς. Natus autem deae, ὁ υἱὸς θεᾶς dicitur. *Virum*, quae pars orationis est? Nomen Quid est nomen? Pars orationis uniuscuiusque rei suppositae communem vel propriam qualitatem significans. Quot accidunt nomini? Qualitas sive species, geuns, nmmerus, figura, casus sive declinatio. Nam comparatio non bene inter accidentia potest poni, quia non est generale accidens, nec in omnibus invenitur nominis speciebus, sicut supradicta quinque. Non enim est species nominis, in qua non invenias qualitatem et genus, et numerum, et figuram et casum; comparatio autem, ut dictum est, nisi in adiectivis non invenitur. Dic igitur, Virum, cuius est speciei? Primitivae, et est appellativum, et significat corpus animale. Cuius generis? Masculini. Unde hoc possumus scire? Tam a natura ipsius, quod significat, quam a terminatione et declinatione. Omnia enim in ir desinentia, quae propria sunt hominum, masculina sunt, et secundae declinationis, ut vir viri, levir leviri, trevir treviri, et

flagitant. *Secundum verbi naturam.* Codex utrique: *iuncturam.* Editorum tamen lectionem probabilem coniecturam esse credo, quare loco non movi. ὁ τυχθεὶς ἐκ θεᾶς. γεγενημένος τῆ θεᾷ. P. et Mediol. *Natus autem deae* ὁ υἱὸς θεᾶς. Natus autem τοῦτον θεᾶς. P. Med. *Ut dictum est, nisi in adiectivis, non invenitur.* In solis, ut dictum est, adiectivis invenitur. Editiones. *Primitivae.* Quae post hoc verbum in editis libris leguntur: *Potest tamen et a virtus esse derivatum*, sunt interpretamentum, quod expulimus fide librorum. *Unde hoc possumus scire.* Unde hoc certum est. O. P. et Mediol. *A natura ipsius quod significat.* Ita S. Reliqui: ab ipsa natura eius (edidit addunt: rei,

et similia. Cur per v, scribitur? Quia omnia nomina a vi syllaba incipientia per v scribuntur, exceptis bitumine et bili quando fel significat, et illis quae a bis adverbio componuntur, ut biceps, bipatens, bivium. Cur sonum videtur habere in hac dictione i vocalis υ litterae graecae? Quia omnis dictio a vi syllaba brevi incipiens d, vel t, vel m, vel, r, vel x sequentibus ου sono pronunciatur, ut video, videbam, videbo; quia in his temporibus ui corripitur mutavit sonum i in υ. in praeterito autem perfecto, et in aliis in quibus producitur, naturalem sonum servavit, ut vidi videram vidissem videro. *Similiter mutat sonum vitium quia corripitur*, vita autem non mutat, quia producitur. vim mutat, quia corripitur, vimen autem non mutat quia producitur. Similiter vir et virgo mutant, quia corripiun-

rei, quod abest a R.) quam significat. *In hac dictione.* Haec in solis scriptis inveniuntur. τ *litterae graecae.* β literae graecae. P. Mediol. Codices expressa graeca littera: υ tenent *Graecae.* deest in S. sed suprascriptum, tanquam ad textum pertinens. Ου *sono.* Sic unus S. Reliqui omnes: hoc sono. *Quia in his.* Impressi *Et quia in his*, praeter O. et P. *Mutavit sonum i in υ.* Ita Mss. Mutavit sonum in υ. Mediol. Mutavit sonum. O. P. *Naturalem sonum servavit.* Sic S. naturalem servavit. R. Naturalem sonum servat. Editi omnes. *Vita autem non mutat.* Vitat autem non mutat. Unus S. *Vimen autem non mutat, quia producitur.* Vis autem non mutat cet. O. P. Mediol. Vimen autem producitur ideoque non mutat. Ald. Putsch. *Vir et virgo.* Ita S. *Vir et virago.* R. *Virago et virgo.* O. P. Mediol. cum S. consentit. Ald. Putsch. *Vires et virus* vires et virtus. P. Sed *virus* praeferendum esse eum ex eo intelligitur, quod minus notum sit vocabulum, quam *virtus*; tum vero etiam ex scholio intelligitur in R. huic vocabulo subiecto, quod

piuntur, vires autem et virus non mutant quia producuntur. vix mutat quia corripitur, vixi non mutat quia producitur. et hoc idem plerique solent et in illis dictionibus facere, in quibus a fi brevi incipiunt syllabae, sequentibus dictis consonantibus d, t, m, r, x. ut fides perfidus, confiteor, infimus, firmus. Sunt autem qui non adeo hoc observant, cum de vi nemo fere dubitet. Cuius numeri est virum? Singularis. Dic pluralem. Viri. Cuius figurae? Simplicis. Fac ab eo compositum. Semivir, duumvir, triumvir, quinquevir, septemvir, decemvir, centumvir, levir, frater mariti; virbium quoque virum bis dictum tradunt; viripotens, virago et virgo, virillustris, virdevotus, virmagnificus, virspectabilis. Quae omnia ideo composita dicimus, quia sub uno accentu pronunciantur. Cuius est casus? Accusativi singularis. Fac ab eo derivativum. Hic et haec virilis, et hoc virile, et virilitas. virtutem quoque hinc quidam derivari volunt. Fac adverbium. Vi-

vide inter scholia. *Vix.* Ante hoc verbum ita legitur in O. P. et Mediol. *Similiter vim mutat, quia corripitur, vi vimen autem producitur, ideoque non mutat.* Quae partim repetita sunt e prioribus. *Infimus, firmus.* Aliter in impressis. In Mediol. *infirmus, infimus, firmus.* In O. P. Putsch. *infimus, fimus.* In Ald. *infirmus, infimus, fimus. Sunt autem qui,* Impressi: sunt qui. *Frater mariti.* Haud dubie Glossa, sed habet uterque codex. *Decemvir.* Decimvir S. *Virbium.* Verbum S. *Tradunt.* Post hoc verbum Glossa cum vacuo lineae unius spatio in R. Glossam vide in scholiis. *Virspectabilis.* Vir exspectabilis S. *Dicimus,* Omnes Editi: accipimus. *Pronunciantur.* Pronunciamus. O. P. *Cuius est casus.* Editiones addunt: *virum. Derivativum.* Derivata Edidi. *Hinc quidam derivari volunt.* Hinc de-

Viritim, quod graeci ἀνδραχὰς dicunt, idest per singulos viros. *Que*, quae pars est? Coniunctio est. Quid est coniunctio? Pars orationis connectens ordinansque sententiam. Quot accidunt coniunctioni? Tria: potestas, ordo, figura. Cuius est potestatis? Copulativae. Cuius ordinis? Postpositivi. Cuius figurae? Simplicis. Quem habet accentum? Haec et aliae duae coniunctiones, ve scilicet et ne, sunt apud latinos inclinativae, quas graeci ἐγκλιτικὰς vocant. solent enim suos accentus in extremam syllabam praecedentis dictionis remittere, ut: virumque, subiectis ve, tantone. Ne autem saepissime etiam e amittens apostropho notatur, non solum vocali, sed etiam consonante subsequente, ut:

Tanton' me crimine dignum
Ducis?

Fac compositum ab eo, quod est *que*. Quodque, atque, eque, neque, quoque: nec quoque a neque factum est per apocopam extremarum vocalium. Et quia in fine syllabae q scribi non poterat, tranisivit in c. *Cano*,

volunt derivari quidam. Excusi omnes. *Viritim* haec vox omissa est in R. Sed invenitur in scholis. Ἀνδραχάς. Ita scripti et Ald. et Putsch. κατ' ἄνδρα. Mediol. P. In O deest. Receptum unice verum esse demonstrant etiam scholia. *Id est per singulos viros.* Haec, ut, glossam, emisissem, nisi essent in utroque codice: sed vide scholia. *Postpositivi.* Etiti omnes: *suppositivi. Coniunctiones.* Sola Aldina: coniugationes. *Scilicet.* Impressi videlicet. *Inclinativae, quas Graeci ἐγκλιτικὰς vocant.* Encliticae id est inclinativae. S. *Tantone.* Tantove. Mediol. et Ald. *Ab eo, quod est que.* Impressi: *Ab ea.* In S. ita: Fac ab eo compositum, ab eo, quod *est que.* Formulam solemnem habebat in mente librarius. *Quodque, atque.* Desunt in S. *Eque.* Abest ab Edit. *Non poterat, tranisivit.* In S; non

no, quae pars orationis est? Verbum. Quid est verbum? Pars orationis cum tempore et modis et significationibus. Quot accidunt verbo? Modi, formae, significationes, coniugationes, numeri, figurae, tempora, personae quoque in plerisque. Cuius est modi cano? Indicativi. Formae? Perfectae. Quam aliam formam habet hoc verbum? Frequentativam, quae est: canto cantas. Unde solent nasci frequentativa? Plerumque a participiis praeteriti temporis, ut cantus, canto cantas; habitus, habito habitas; scriptus, scripto scriptas; captus, capto captas; cursus, curso cursas; domitus, domito domitas, volutus, voluto volutas. Ideo autem diximus plerumque, quia ago agito facit et lego legito, et nosco noscito, et scisco sciscito. Cuius est significationis? Activae. Cur? Quia facit passivum canor. Cuius est coniugationis? Tertiae correptae. Unde hoc certum est? Quia et prima persona ante *o* consonantem habet, quod in tertia producta sive quarta con-

non potest, transit. *Et significationibus.* Impressi omnes: *significativum.* Debebat saltim esse: *significativa.* *Formae? Perfectae.* Scripti uno tenore ita: *Indicativi formae perfectae.* Editi contra: *Cuius formae? perfectae.* *Quae est canto, cantas.* Addunt Edfti: *cantat.* *Quia ago agito facit.* Ita codices nostri et sic porro, ut edidimus. *Quia ago, agis facit agito, lego legis legito* cetera. Editiones. *Nosco, noscito.* Sic scripti, et ex editis Ald. Putsch. Verum reliquae editiones etiam hic: *nosco, noscis, noscito.* *Disco discito,* haec verba quae nunc in Ald. et Putsch. sequuntur, desunt in scriptis et in O. P. et Mediol. *Scisco, sciscito.* Scio, scis, scito; a quo rursum sciscito. Mediol. sclo, scis, scisco, a quo rursum sciscito. O. P. *Cuius est significationis.* Editiones addunt *cano.* *Quia et pri-*

coniugatione inveniri non potest, et quod non solum in secunda persona is finalis corripitur, cano canis, sed etiam in plurali numero, in prima et secunda persona i penultima corripitur. Itaque antepenultima in his acuitur personis, ut canimus canitis. Nec non imperativus et infinitivus, manifestissime id ostendit. Cuius est numeri? Singularis. Dic pluralem. Canimus. Cuius figurae? Simplicis. Fac compositum ab eo. Succino, occino, concino. Cuius est temporis? Praesentis. Dic praeteritum perfectum? Cecini. Cur? Quia verba in *no* desinentia, si sint tertiae coniugationis, in vi faciunt praeteritum, ut sterno stravi, cerno crevi, sperno sprevi, lino le-

prima persona ante e consonantem habet. Sic Mss. Ab his longe differunt, quae editiones habent omnes: *quia persona prima vocalem correptam ante consonantem habet.* Nullo idoneo sensu. *Quod in tertia.* Quae in tertia. Editi. *Is finalis: i* finalis. S, *Sed etiam in plurali numero in prima* cet. Editi omnes: Sed in plurali numero et in prima. Quae male habita esse etiam sine libris intelligi potuit. *In his acuitur.* In his acuetur. S. *E correptam habentes,* Deest in S. et est glossa, quam emisimus. *Sicut Donatus etiam docet.* Haec nimirum in omnibus et editis et scriptis libris post v. *habentes* leguntur. Sed quid hic Donati auctoritas? Hoc ut Donati auctoritate a Prisciano confirmatum credamus! Minime vero. Est mera glossa, quam eiecimus. Totum vero locum interpolatoris manum expertum esse, docet verbum *ostendit*, quod pro *ostendunt* in libris Mss. sequitur. Nam dici quidem potest: *imperativus et infinitivus ostendit*, neque vero: imperativus et infinitivus, e correptam habentes, ostendit. Pro *manifestissime* in S. *manifestius. Cuius est numeri? singularis. Dic pluralem. Canimus. Cuius est figurae? simplicis.* Haec ita exhibentur in S: Cuius est numeri? singularis. Figurae? simplicis. *Occino.* Editi accino. *Si sint tertiae coniugationis.* Ita R. *Si sunt.* S. *Si t. c. sint.* Editi. *Sprevi.* Sperui Putsch. ex errore typographi-

levi; pono quoque antiqui posivi secundum analogium dicebant, quod nunc posui dicimus. cano autem ideo cecini dixerunt, ne si cavi secundum analogiam dicerent, non a cano nasci videretur, sed ab eo quod est caveo. Ab eo tamen composita in ui faciunt praeteritum, concino concinui, succino succinui, occino occinui. Dic participia activa. Canens et canturus. passiva. cantus et canendus. Fac ab his nomina. Cantus ἡ ᾠδή, et cantio, cantor, cantrix et cantilena. Et a frequentativis: cantatus cantatio, et cantator cantatrix. Concinnus quoque a canendo compositum est. *Troiae*, quae pars orationis est? Nomen. Quale? Proprium. Cuius speciei? Derivativae. A Troe enim rege nominata est Troia. Dic ab eo alia derivativa. Troianus, Troicus; Tros, quo-

eo. *Cevi — caveo.* Ita omnes libri. Nimirum quo minus haec in *cavui — cavo*, mutes, impediunt exempla supra posita, per quae aperte non *u* vocalis sed *v* consona in terminatione *vi* significatur. *In ui.* Ita S. Addit R. divisas syllabas. *Divisas* agnoscunt editiones. *Canturus.* Cantaturus P. canitnrus. Putsch. *Succino — occinui.* Haec et intermedia desunt in S. *Fac ab his nomina.* Ab eis. tenent omnes editiones contra fidem Mss. *A frequentativis: cantatus, cantatio.* Ita scripti. Sed in R. glossa haec interposita: *duo sunt, canto et cantito.* Voluit enim scholiastes rationem reddere, cur frequentativa plurali numero dicantur, et tamen ab uno tantum frequentativo derivativa laudentur. Hinc etiam est, quod ita legatur in Editis omnibus: *A frequentativis duo cantitatus, cantitatio*, quae monstra verborum expellenda sunt. *Et cantatio.* Hanc vocem ultimo loco ponunt Editi. Eo loco nescitur a Scriptis. *Quae pars orationis est.* Vocem: orationis, quae in omnibus Editis desideratur, e Mss. reposui. *A Troe.* a Troo. R. *Dic ab eo alia derivativa.* Derivata. Editiones. In Mediol. etiam vox *eo* errore typographico omis-

quoque quando pro appellativo id est gentili accipitur. Et sciendum quod pleraque gentilium et propria solent esse ipsorum conditorum urbium sive gentium, et appellativa. Ut Italus, Danaus, Latinus, Tros. Cur Troia, cum apud graecos *oe* diphthongum in priore syllaba habeat, non servat etiam apud nos? Quia in disyllabis, in quibus *αι* vel *οι* diphthongi antecedunt sequente vocali, diaeresim solent facere latini plerumque, et pro consonante duplici accipere i et eam a priore subtrahere syllaba et adiungere sequenti. quamvis antiqui solebant duas ii scribere, et alteram priori subiungere, alteram praeponere sequenti, ut Troiia, Maiia, Aiiax. hanc tamen consuetudinem habuerunt Aeoles imitantes, qui *κοῖλον* et

omissa est. *Sciendum.* secundum. O. Vitium typothetis imputandam. *Sive gentium.* Scripti in errore *gentilium* consentiunt. *Cur Troia* cet. Haec in Scriptis paullo aliter leguntur, sic tamen ut non consentiant. In S. ita: cur Troia, cum apud Graecos oe diphthongus in priore syllaba sit, non servatur etiam apud nos? In R. sic: Cur Troia, cum apud Graecos oe diphthongum in priore syllaba habeat, non servatur etiam apud nos? Rectius editiones, quae tamen et ipsae inter se discrepant. Omittunt *οι* O. P. Mediol. Ald. Tenet Putsch. *diphthongon* omnes, praeter Mediol. Ordinem codex praebuit. *Quia in disyllabis.* Quia in syllabis. S. *αι vel οι diphthongi.* ae vel oe diphthongi. R. ae vel oe diphthongoe. S. *Antecedunt.* Antecedunt apud Graecos. Edit. Sed glossa est. *Diaeresim solent facere.* Ita R. et impressi. diaeresin fecere. S. *Accipere*, accepere. S. *Et adiungere.* et adiunxere S. *Quamvis antiqui solebant.* Sic R. cum omnibus editionibus. Etiam S, sed a prima manu. Ab altera enim correctum, *soleront.* *Duas.* Sic R. Editi: *duo.* In S. *duo.* Sed ex sequentibus ubi est: *alterum — alteram*, apparet, etiam hunc voluisse *duas.* *Hanc tamen consuetudinem* cet. Exhibuimus lectionem codicis R. Im-

et similiter multa per divisionem dicunt pro κοῖλον. *Qui*, quae pars orationis est? A quibusdam pronomen esse putatur, sed non recte. proprie enim pronomen est, quod pro nomine proprio ponitur, et personam finitam habet. Ergo cum quis et qui, et qualis talis et tantus quantus, et similia infinita sint vel interrogativa, vel relativa, nec finitas habeant personas, potius sunt nomina. nec mirum si quaedam ex ipsis declinationem habeant pronominum, cum pronomina quoque multa, de quibus non est dubitatio, nominum habeant declinationem ut meus, tuus, noster, vester. Et sciendum quod qui pro quis ponitur, quis autem pro qui non; et quod omnia huiuscemodi relativa nomina per se acuuntur, in contextu vero orationis gravantur. hoc tamen ipsum *qui* pro adverbio quoque saepe invenitur, quando

Impressi ita: Hanc tamen consuetudinem habuerunt Aeoles imitantes, qui κοῖλον per divisionem dicunt pro κοῖλον, et multa similiter dividunt. Longe aliter in S: Hanc tamen consuetudinem habuerunt Aeoli, qui coelon per divisionem dicunt. *Quae pars orationis est.* Quae pars est. R. *Esse putatur.* Esse putatur hoc. Editi. Hoc esse putatur. S. *Nec finitas habeant.* Ita ex R. qui cum editis libris consentit. Sed in S: *et finitas non habeant*, quod a correctoris manu muratum in: *et infinitas habeant.* Ceterum pro *habeant* in Putsch. vitiose *habent.* *Si quaedam — habeant.* Si quaedam — habent. Editi. *De quibus non est dubitatio.* Additur in Editis: *quin pronomina sint.* ex manifecto interpretamento, quod unus S. non agnoscit. In R. quidem legitur, sed ita: *quod pronomina sint.* *Quod qui pro quis ponitur.* In R. haec scholiis distincta sunt, quae vide suo loco. *In contextu vero orationis gravantur.* Quae sequuntur in Editis: *Id est pro acuto in fine gravem accipiunt*, sunt merum interpretamentum. Vide Scholia. *Quando accipitur pro quomodo.* Post haec

do accipitur pro quomodo. Fac ab eo compositum. Quisquis, quisque, aliquis vel aliqui, siquis, nequis, quisquam, quicunque, quispiam, quidam, quin, quod significat, qui non; atqui, et atquin. *Primus* quae pars orationis est? Nomen. Cuius speciei est? Ordinalis. Cuius gradus est? Superlativi. Unde hoc certum est? Quia omnibus solet praeponi numeris et genitivo plurali semper coniungitur superlative ut primus illorum. Ergo proprie illorum est nominum superlativus, quae numerum significant a tribus et ultra. Nam comparativus eius id est prior, qui ad unum solet fieri, semper inter duos ponitur. Ergo positivum nomina numerorum habent. Quod autem comparativum est prior, ostendit etiam

haec verba leguntur in Editis: *Est etiam ablativus.* Ea quoniam ab uno S. absunt, et quia apertum glossema se produnt, delevimus. v. Scholia. *Quisquis.* Mirum est, quod in scriptis legitur: *Ut quisquis. Quisque* deest in S. *Aliquis vel aliqui.* In S. *vel aliquis* tantum. In R. *vel aliquis, vel aliquid. Quod significat qui non.* Quod significat qui non et cur non S. Quod significat qui non, id est, ut non cur non nec non. R. interpretamentum a vocibus *id est* incipiens, facile se prodit. *Ordinalis.* Ordinis R. Quae in editis sequuntur: *Et est a Graeco, quod est πρῶτος*, in S. plane desunt; in R. pro πρῶτος legitur: ἀρχή. Est glossa, quam abegimus. Librarium hoc male habebat, quod derivationem nullam verbi audiebat. Supplevit igitur. *Omnibus solet praeponi numeris.* Quia nominibus solet praeponi. S. Quia omnibus solet numeris praeponi. Impressi. *Coniungitur superlative.* Quod suum est superlativi. R. et editiones. *Ergo positivum* cet. Ergo positivum nomina numerorum habet. R. Ergo praepositiva nomina habent numerum. S. Ergo positivum numerorum nomina non habent. O. Mediol. Putsch. Ergo positivum numerum nomina non habent. P. Ergo praepositivum numerorum no-

etiam neutrum quod ab eo nascitur: prius. Nullum enim nomen in or desinens commune, in us facit neutrum, nisi sit comparativum, ut hic et haec melior, et hoc melius, hic et haec doctior, et hoc doctius, sic ergo hic et haec prior et hoc prius. Fac adverbium. Prime et primum et primo. Et compositum adprime. Fac derivativum nomen. Primitiae, primitivus, primitiva, primitivum, primarius, primulus, primores, priscus, pristinus, primâs primatis. Cur in fine circunflectitur primâs? Quia antiqui hic et haec primatis dicebant, penultimam circumflectentes. Ti, igitur concisa mansit accentus integer in eadem a littera, quae extremae syllabae facta est, quae erat in pleno penultimae. Ergo hoc idem in omnibus similibus observandum est, ut Arpinâs, Suffenâs, Capenâs, et similibus aliis. Fac compositum a primo. Primordium, principium, primipilarius, primicerius, decemprimi, quomodo de-

nomina non habent Ald. *Ostendit etiam neutrum.* Ita scripti. *Ostendit in us neutrum.* Editi. *Fac adverbium.* Scripti. Fac ab eo adverbium. Editi. *Prime.* Ald. et Mediol. *primae.* Addunt Mediol. P. O. *primiter*, quod nescitur a Mss. *Et compositum adprime.* Reduxi haec verba, in reliquis desiderata, ex S. *Primarius — pristinus.* Haec et intermedia desunt in S. Nimirum integra linea excidit. Pro *primulus* in R. legitur primulum, rectius fortassis. *TI igitur concisa.* Pri igitur concisa. unus R. vitiose. *Quae extremae syllabae facta est.* Quae extrema syllaba est. R. *Ergo hoc idem.* Sic scripti cum Putschiana. In reliquis deest *hoc.* *Fac compositum a primo.* Ita in sola Aldina et Putsch. In R. O. P. Mediol. oratio sic cohaeret: *Et similibus aliis, et compositum a prime.* (In R. tamen *compositae.*) Contra in S. totus hic locus de compositis a *prime* deest.

Pri-

decemviri, primogenitus, πρωτότοκος. Primotinus, πρώϊμος, quomodo serotinus, ὄψιμος, pridie, princeps. Ab quae pars orationis est? Praepositio. Quid est praepositio? Pars orationis, quae praeposita aliis partibus orationis significationis earum, aut complet, aut mutat, aut minuit. Complet ut facio perficio. mutat ut doctus indoctus. minuit, ut rideo subrideo. Cui casui coniungitur ab praepositio? Ablativo. In appositione sola, an etiam in compositione? Casualibus partibus orationis praeponitur tam in compositione quam in appositione; sed in compositione cum nominativo, et cum eius declinatione; in appositione vero cum ablativo casualium tantum; ut: abduco abducens abducentis, abigo abigens abi-

Pridie, princeps. Post haec leguntur in R. scholia, quae spectant horum a *prime* compositorum interpretationem. Πρωτότοκος. πρωτότοκος καὶ πρωτόγονος. Editi praeter Ald. et Putsch. *Quae pars orationis est.* Sic in Mss. Editi. *quae pars est. Aut complet aut mutat.* Inversus ordo in editionibus. *Cui casui coniungitur.* Cui casui adiungitur. Editi. *Ablativo. In appositione sola, an etiam in compositione?* cet. Secuti sumus lectionem antiquarum editionum O. P. et Mediol. cum quibus plane consentit codex R. In S. ita: *Ablativo in appositione sola, quae etiam in compositione* (iam sequitur lacuna, quae tertiam partem lineae unius occupat) *aliis partibus orationis tam in compositione, quam in appositione.* In Ald. et Putsch. fere sic: *ablativo in sola appositione. An etiam in compositione aliis partibus orationis praeponitur? Tam in compositione, quam in appositione. Et cum eius declinatione.* Quae iam sequuntur in omnibus libris: *aut cum illis dictionibus quae carent casibus;* cum non consentiant cum reliquis, et cum in margine S inveniatur signum interpolationis aut depravationis; glossema esse iudicavimus, ideoque sustulimus. *Cum ablativo casualium tantum.* Ita scripti. Editi: *cum ablativi casualium.* Omisso *tantum*, quod forsitan rectius. Sed *tantum* cogitatione ad

abigentis. Et sciendum quod eandem significationem habet a, ab, abs. Et a quidem vel abs vocali sequente non ponimus, ab vero non solum vocalibus sequentibus, sed etiam consonantibus quibusdam, non male sonantibus antecedente ab; ut abduco, abdo. Abs vero sequente q; ut abs quolibet; vel c; ut abscondo; vel t; ut abstineo abstraho. Quo accentu pronunciatur ab? Per se acuto, in versu vero gravi, sicut et aliae omnes praepositiones in suo loco positae, idest praepositivae. Nam est quando mutant ordinem et postponuntur, et mutant accentum, ut te propter, eundem propter; hic penultimum habet acutum accentum, quod, si praeponeretur, sine dubio gravaretur. *Oris* quae pars orationis est? Nomen. Cuius numeri? Pluralis. Dic singulare. Ora. Quando habet aspirationem h? Quando tempus significat, quando autem fines, sine aspiratione est, et quando plurale, est neutri generis, et est a singulari quod est os oris.

CA-

v. *ablativo* referendum est, ut sit sensus: In compositione praepositio omnibus casibus adiungitur, in appositione soli ablativo. *Vocali sequente non ponimus.* In S. omissa *non.* In R. pro *ponimus*, prae ponimus. *Abduco.* Post hoc verbum invenitur scholion in R. quod vide inter scholia. *Abs quolibet.* Abs qualibet, vitium typographicum, quod in omnes editiones propagatum est. *Abstineo.* In codd. non est. *Penultimum.* Penultima. Editiones, vitiose. *Quae pars orationis est.* Vocem *orationis* omittunt Editi. *Dic singulare.* Singularem. Editi. *Quando habet aspirationem h?* Sic in S. a prima manu, quod certissimum. In R: quando habet aspirationem ora? In Editis praeter Mediol: q. h. asp. hora.

CAPUT III.

Conticuere omnes intentique ora tenebant.

Scande versum. Conticu, er' o, mnes in, tenti, qu' ora te, nebant. Dic caesuras. Semiquinariam. Quod habet figuras? Decem. Quare? Quia habet duos dactylos et quatuor spondeos. Tracta pedes. Conticu | er' o | mnes in | tenti | qu' ora te | nebant. Partes orationis quot sunt? Sex. Quot nomina? Duo. Quae? Omnes, et ora. Quod verba? Duo: conticuere et tenebant. Quid aliud habet? Participium intenti, et coniunctionem que. *Conticuere*, quae pars orationis est? Verbum. Quale? Perfectum. Quo modo dictum? Indicativo. Coniugationis? Secundae. Cur secundae? Quia in praesenti tempore secunda persona in es productam desinit, conticeo con-

CAPUT III.

Scande versum. Conticu, er' o, mnes cet. In S. elisiones missis vocalibus non significantur, sed scribuntur: *ereo; quetente.* In R. hemistichium versus hoc loco tantum apparet, sine distinctione pedum scriptum. *Et quatuor spondeos.* Editiones: Et tres spondeos. *Decem.* In S. decim. *Tracta pedes.* Haec, et quae de sequentibus ad ea pertinent, desunt in S. ita tamen ut in margine adscripta per signum cum textu sociandа esse indicentur. In R. omnia leguntur iusto tenore, sed ut non pedes, verum voces singulae punctis discernantur. *Quo modo dictum? Indicativo.* Ita in R. in quo scholia sequuntur, quae variam lectionem spectant. Vide scholia. In S: Quomodo dictum? Indicative. Ed. Aldina cum R. consentit. *Quomodo dictum? indicativo.* O. P. Mediol. Quomodo dictum? Indicativum. Putsch. *Coniugationis.* Cuius coniugationis. S. Ald. Putsch. *Quam-*

contices, quamvis a prima quoque persona hoc manifestum est in hac coniugatione. Omnia enim verba in eo desinentia secundae sunt coniugationis exceptis paucis primae, quae fere sunt haec: beo beas, creo creas, screo screas, meo meas, nauseo nauseas, laqueo laqueas, calceo calceas, enucleo, enucleas. Et quartae: queo quis et eo is, et quae ex his componuntur. Cuius significationis? Activae. Dic passivum. Conticeor. Cuius numeri? Pluralis. Figurae? Compositae. Ex quibus. Ex integro et corrupto. Nam *con* praepositio est integra, quamvis separata in appositione non potest inveniri, sed semper in compositione. *Ticuere* autem corruptum est, quia *a* quod habuit integrum mutavit in *i*. Cuius est personae? Tertiae pluralis, quae tam in *re*, quam in *runt*, in hoc tempore finitur. Cuius est temporis? Praeteriti perfecti. Dic primas personas in omni tempore per singulos modos. Indicativo: conticeo, conticebam, conticui, conticueram, conti-

a prima quoque persona. Vox *persona* deest in S. *Omnia enim verba. Enim* deest in Scaliptis. Sed facile fieri potuit omissio, quia in codd. saepissime sola *n* litera exprimitur. *Exceptis paucis primae.* Ediri addunt *coniugationis.* *Enucleo, enucleas.* Ita scripsi ex S. Mediol. O. et P. *Nucleo, nucleas* habent R. Ald. Putsch. Post haec verba in R. leguntur scholia, quae vide suo loco. *Figurae? compositae. Ex quibus?* Ita scripti, hoc tamen temperamento, ut uno tenore scribant; R. quidem: *Et figurae compositae.* S. autem: *Figurae compositae;* connectentes haec cum antecedentibus nullo locutoris signo, ut alias fieri solet, interposito. *Non potest inveniri.* Unus S: *non possit.* Vide notas. *Mutavit in I.* Post haec leguntur in Editionibus: *tacuere, ticuere.* In Mediol. *ut conticuere pro tacuere.* Ego vero haec pro interpretamento solito habeo, cum si

pos

dicebo. Imperativum totum dic. imperativo conticē conticeat, conticeamus conticete conticeant, conticeto tu conticeto ille, conticeamus conticetote conticeant vel conticento. Optativo utinam conticerem, conticuissem, conticeam. Subiunctivo cum conticeam, conticerem, conticuerim, conticuissem, conticuero. Infinita conticere, conticuisse, conticitum ire. Impersonalia indicativi conticetur, conticebatur, conticitum est vel conticitum fuit, conticitum erat vel fuerat, conticebitur. Imperativo conticeatur, conticetor. Optativo utinam conticeretur, conticitum esset vel fuisset, conticeatur. Subiunctivo cum conticeatur, conticeretur, conticitum sit vel fuerit, conticitum esset vel fuisset, conticitum erit vel fuerit. Infinita impersonalia similia sunt passivis, conticeri conticitum esse vel fuisse, conticitum iri. Quid ergo interest inter infinita impersonalium et passivorum? Quia infinitis impersonalibus necesse est et verbum et pronomen sive nomen adiungere, ut taceri a me volo, idest tacere volo. Sin autem verbum tantum addas dicendo: taceri volo, passivum ostendis

per se specto, tum quia desunt in S. *Imperativum totum dic.* Hic verborum ordo in Scriptis. *Dic imp. totum.* In Editis. *Conticeto tu.* Haec in R. bis leguntur. *Conticeant vel conticento.* Prius reposui ex codicibus. *Infinita.* Sic S. Ald. et Putsch. Reliqui: *infinitivo.* *Conticitum iri.* Quod iam in libris editis legitur: *conticiturum esse*, ignoratur a Mss. *Subiunctivo.* In Edd. additur: *modo.* Quod sequitur: *cum*, deest in uno R. *Infinita impersonalia.* Infinita v. in S. deest. In Edd. legitur: *infinitiva.* In O: *Infinitiva personalia.* *Et verbum et pronomen.* Ita in Scriptis. Editiones priores coniunctionem omittunt. *Sin autem.* In uno R. *si autem*

dis sine dubio. Licet tamen etiam passivo adiungere ablativum casum, sed ut subiungatur et accusativus primae vel secundae, vel tertiae personae, ut legi volo me a te, legi vis te a me, legi illum volo a te, vel a me, legi ille se vult a me vel a te. Ecce hic passivum est sine dubio, quia ad nominativum et accusativum et ablativum adiungitur infinitum, quod si esset impersonale, fieri non posset. Nam accusativum ei nunquam possumus adiungere. Ex illo quoque hoc facile est dinoscere, quod impersonale significationem habet activam etiam in infinito. Nam taceri a me volo dicimus, pro tacere volo. Taceri autem illum volo, eam personam pati ostendit, quam protuli per accusativum. In impersonalibus autem pati neminem significamus, agere autem eam personam

tem. *Ostendis.* In uno R. ostendes. *Etiam.* Reposui e scriptis. *Sed ut subiungatur.* In Editis: sed ita ut subiungatur. In R: sed subiungatur. *Et accusativus.* Ita codd. *Legi vis te a me.* Sic codices. *Legi te volo me.* Editiones. *Legi ille se vult a me vel a te.* Ordo est e Mss. *Ecce hic passivum est.* Impressi: ecce hoc. *Quia ad nominativum et accusativum et ablativum adiungitur infinitum.* Est lectio codicis S. eaque haud dubie unice vera. In R. ita. *Quia et nominativus et accusativus et ablativus adiungitur infinitivo.* Contra editiones: *quia et accusativus et ablativus adiungitur infinito.* *Quod si esset.* In R. his addita legitur vox *accusativus*, hic nullius pretii. *Possumus adiungere.* In S: Possumus coniungere. *Ex illo quoque hoc facile est.* Editi: Ex illo quoque est facile. *Dinoscere.* Est scriptura codicum constans. *In infinito.* In infinitivo unus R. *Eam personam pati ostendit.* Tantum personam pati ostendit. S. Eam personam pati ostendi. R. Eam personam ostendo pati. Editi omnes. *Protuli.* Protulit. O. *Pati neminem.* In Edd. interiectum legitur *quidem*. *Agere autem eam personam ostendimus.* Haec in S. ex-

nam ostendimus, quam per ablativum proferimus, ut taceri a me volo pro tacere volo, taceri a te volo pro tacere te volo, taceri ab illo pro tacere illum. Cur conticitum ire facit futurum? Quia per formam participii praeteriti temporis neutri, et infinitivum ire vel iri futurum tam activum quam passivum profertur, ut tacitum ire et tacitum iri. Est enim participium praeteriti: tacitus, tacita, tacitum. Ergo in neutris verbis quamvis non sint participia praeteriti, ad similitudinem tamen habentium haec proferimus, ut statum ire, sicut amatum ire. Et duo supi-

exciderunt, qua propter, quod sequitur pronomen quam a correctore mutatum est in quae. *Quia per formam* cet. Haec et sequentia ex certissima nostra coniectura ita edidimus, cuius rationem in notis expositam videbis. Nunc ponamus varietatem librorum. Qui per formam participii praeteriti temporis neutri, et per infinitum ire vel iri tam activum quam passivum profertur, ut: tacitui ire, tacitum iri. Vel per futurum activum participium et esse vel fuisse. Taciturus est enim futuri, praeteriti vero, tacitus, tacita, tacitum. R. Quia per formam participii praeteriti temporis neutri et infinitivum ire vel iri tam activum quam passivum profertur, ut: tacitum ire vel tacitum iri. Vel per futurum activi participium et esse vel fuisse, tacitum esse, vel fuisse. Taciturus enim participium futuri, praeteriti tacitus, tacita, tacitum. O. P. et Mediol. nisi, quod Mediol. habet: *tactus, tacta, tactum.* Ad similem modum, levissimis mutatis, in Ald. et Putsch. Sed S. habet ita: Quia per personam participii praeteriti temporis neutri et per infinitivum futuri tam activum quam passivum profertur, ut tacitum ire, tacitum iri. Et duo supina: tacitum, tacitu. Et futurum activi participium taciturus. Est enim participium praeteriti temporis tacitus, tacita, tacitum. *Ad similitudinem tamen.* Tamen recepi ex uno R. *Haec proferimus.* sic S. proferimus haec R. hoc proferimus. Impressi. *Et duo supina.* Haec nunc in S. desunt; quia superius, alieno loco, intrusa erant. Ea tamen huc pertinere, et res loquitur ipsa, et ostendunt omnes reliqui.

pina: tacitum tacitu, statum statu. Ex quo futurum activi participium taciturus, staturus, ut amatum amatu, amaturus. Sic et in caeteris. Cur conticui facit praeteritum perfectum? Quia omnia in ceo desinentia eo in vi divisas mutant praeteritum; iaceo iacui; arceo, arcui. Excepto mulceo mulsi. Fac inchoativum. Conticeo conticesco. Quidam tamen conticisco protulerunt. Sed regula magis in inchoativis e penultimam flagitat, in his quae a verbis secundae coniugationis derivantur, ut horreo horresco, ferveo fervesco, caleo calesco. Inveniuntur enim ab aliis quoque coniugationibus, sed raro, ut amasco, hisco, labasco, scisco. Declina passivum. Indicativo conticeor conticebar conticitus sum vel fui, conticitus eram vel fueram, conticebor. Imperativo conticere, conticeatur, conticeamur, conticeamini-

Ex quo futurum, cet. Haec desumsimus ex superioribus, quae alieno loco posita esse, ostendebat satis lectio, quam supra ex S. laudavimus. In reliquis enim, quae alieno loco posita erant, correctoris alicuius scioli manu ita erant conglutinata cum vicinis, ut interpolatio vix sentiri posset. Ceterum in R. et editionibus legitur hoc loco: *Ex quo staturus, ut amatum, amatu, amaturus.* In S. vero: *staturus* praeterea nihil. *Mutant praeteritum.* Sic in R. vox *praeteritum* omissa in S. Excusi totum hoc longe aliter: mutant eo in ui divisas, et faciunt supradictum tempus. Quam uberrimam glossatoris manui deberi, non est, quod dubitemus. *Taceo, tacui.* Hoc exemplum abest a codd. quippe cum, hoc ad eandem normam formari, ipsa res esset, quae exemplis probari deberet. *Fac inchoativum. Conticeo.* Sic priscae Editiones omnes. Contra in Codicibus legitur: Fac inchoativum ab eo quod est conticeo. *Amasco, hisco, labasco, scisco.* Codd. interponunt *miseresco*, pro quo in S. omittitur *scisco*. Sed idem codex correcturam in eo voc. habet *miserasco*, quod a *miserare* derivatum esset. *Conticere* cet. Exhibuimus lectio-

mini, conticeantur, conticetor, conticeminor, conticentor. Optativo utinam conticerer, conticitus essem vel fuissem, conticear. Subiunctivo cum conticear, cerer, conticitus sim vel fuerim, conticitus essem vel fuissem, conticitus ero vel fuero. Infinita conticeri, conticitum esse vel fuisse, conticitum iri. Dic participia. Conticitus conticendus. Cur solent Romani praeteritum perfectum in or terminantium verborum et omnia tempora, quorum regula a praeterito perfecto nascitur, per participia declinare? Quia apud graecos quoque in plurimis verbis, in quibus secunda et tertia persona indicativi deficit in praeterito, per participium et *sum*, *es*, declinant, et optativi quoque et subiunctivi praeterita, ut: τέτυμμαι, τέτυψαι, τέτυπται, τετύμμεθα, τετυμμένοι ἐςέ, τετυμμένοι εἰσίν. Sic et optativa et subiunctiva. Quod Romani in omnibus in or terminantibus faciunt. Et scien-

tionem cod. R. a quo cum reliqui in minutis tantum rebus abeant, varietatem notare supersersedimus. *Infinita.* Sic S. Infinitivo. R. O. P. Mediol. Sed Ald. et Putsch. cum nostro S. consentit. *Dic participia.* Una Mediol. *participia dic.* *Conticitus conticendus.* Post haec verba alieno loco legitur in R. scholion: *statum ire ambulatum ire* cet. (v. scholia), quod haud dubie, ut primus docet adspectus, ad superiora, quae de hoc infinitivo futuri activi agebant, pertinet. *Terminantium verborum.* Sic Mss. Desinentium verborum: Omnes Editi. *In plurimis verbis.* Unus O. in pluribus. *Per participium et sum, es.* Sic expresse in R. *et es* in S. omisso: *sum. Per p. eas.* Editiones omnes. Τέτυμμαι, τέτυψαι, τέτυπται cet. Sic plane in R. vix apice mutato. In O. S. graeca desunt. Cum R. consentiunt Ald. et Putsch. Longe abit P. quae habet: πεπλεγμένοι εἰσί, πεπλεγμένοι εἴην, εἰήσειν πεπλεγμένοι ἔητον, ἔητον, πεπλεγμένοι εἴημεν, ἔητε, εἶσον, πεπλεγμένος ἐὰν ὦ, πεπλεγμένοι ἐὰν ὦμεν.

sciendum quod a participio praeteriti temporis solent nasci infinita futuri tam activa quam passiva, ut conticitum ire et conticitum iri. Et passivi quoque sive impersonalis praeteritum infinitum, ut conticitum esse vel fuisse et supina duo conticitum conticitu, et futuri participium activum conticiturus. Et haec quidem oriuntur a participio praeteriti. a participio vero praesentis, quod nascitur in prima quidem et secunda coniugatione a secunda persona cuius extremae syllabae interponimus n ut: amo amas amans, doceo doces docens. In tertia vero et quarta, a prima persona mutata o in ens ut: lego legens, facio faciens, audio audiens, venio veniens. Exceptis eo et queo, et quae ex his componuntur. Haec enim ante e i habent in nominativis participiorum. Nam iens et quiens faciunt participia. In genitivo quoque per transmutationem vocalium, et immutationem i in u, ut: iens euntis, quiens queuntis, contra omnium par-

Ita et Mediol. nisi quod haec correctiora exhibet. *A participio praeteriti temporis.* Intrudunt editiones: *ut supra dictum est*, quae ignorantur a codicibus. *Infinita.* Infinitiva R. *Et supina duo conticitum, conticitu.* In R. sequitur nunc scholion, quod partem eorum continet, quae supra de infinitivo futuri activi in neutris dicta sunt. Ita textus depravatur. V. scholia. *Cuius extremae syllabae.* Ita unus S. Reliqui: *cum extremas syllabas.* *Facio, faciens, audio, audiens.* Ordo est e Mss. *Ex his.* Sic libri scripti. Impressi omnes: *ex eisdem.* *Haec enim ante e i habent.* Haec autem e et i habent P. Mediol.. *Per transmutationem vocalium et immutationem i in u.* Ita rectissime codex S. Reliqui plus minusve turbant. *Per transmutationem vocalium e in u.* R. Per transmutationem vocalium in u declinantur. O. P. Mediol. *Per transmutationem vocalium i in e et e in u declinantur.* Ald., Putsch. *Quiens que-*

participiorum morem. A praesenti vero participio activo nascitur futurum passivi, s finali abiecta et addita dus, ut amans amandus, docens docendus, legens legendus, faciens faciendus, audiens audiendus. Iens autem et quiens, et ex his composita a genitivo faciunt futurum, adiens adeuntis adeundus. Gerundia quoque tria a participio futuro nascuntur, ex tribus eius casibus, id est genitivo dativo et accusativo: amandi, amando, amandum; docendi, docendo, docendum; faciendi, faciendo, faciendum; audiendi, audiendo, audiendum; eundi, eundo, eundum. Dic nomen verbale ex eo. Conticitor conticitrix, quae quamvis regula concedat dicere, tamen, nisi in usu inveniamus auctorum, non temere debemus proferre. Et ipsa res conticinium. a tacco simplici fit taciturnus et taciturnitas, tacitus et tacitor, participiale. *Omnes*, quae pars orationis est? Nomen. Quale? Appellativum. Culus speciei? Numeralis. Omnia autem nomina numerum significantia appellativa sunt, quamvis sint quaedam cognomina propria, quae vocem quidem habent numeralium, non

quaeuntis. Exemplum hoc abest ab S. *Ex tribus eius casibus.* Ex tribus etiam casibus. O. P. Mediol. *Accusativo: amandi* cet. Ordo e codicibus. *Ex eo.* Scripti addunt: *quod est conticeo. Non temere debemus proferre.* Vox *temere* abest a S. *Tacitus et tacitor, participiale.* Ita unus R. Totum locum sic exhibet S; *A tacco simplici fit taciturnus et tacitor, participiale.* Editi omnes sic: *A tacco simplici fit taciturnus et taciturnitas, taciturnus et tacitus, participia;* quod nihili. In R. iam sequuntur scholia, quae pertinent ad ea, quae supra de perfecto passivi et supino dicta sunt. *Vide* scholia. *Quae pars orationis est.* V. *Orationis* abest ab editis libris. *Numeralis,* Numerl. S. *Quae vocem quidem.* Quidem v. est e Mss.

non tamen etiam significationem, ut: Quintus Catulus, Decimus Brutus. Potest habere hoc nomen comparationem? Non. Quare? Quia nullum nomen numerum significans comparationem potest habere, cum unusquisque numerus in se constat, nec augeri, nec minui in sua qualitate potest, excepto prior, quod in duobus ordinem significat. Cuius est generis hoc nomen? Communis, quia omnia in is desinentia sine dubio communia sunt. Ut hic et haec om-

O. P. et Mediol. *Numerelium.* Numerorum. S. *Decimus Brutus.* Id est Brutus. R. Nimirum signum *d.* quo cognomen *Decimus* exprimitur, a librario pro: id ÷ (id est) acceptum fuerat. *Constat — potest.* Ita indicativo modo in R. *constet — potest* in S. vitiose. *Constet — possit.* In Editis, praeter O. P. Mediol., quae cum S. plane consentiunt. *Quod de duobus ordinem significat.* Post haec verba scholion in R. *Hoc nomen.* Desunt in Impressis. *Quia omnia in is desinentia sine dubio communia sunt.* Ita ex coniectura locum exhibuimus. In libris omnibus depravatissimus sic legitur: *quia omnia nomina in is desinentia, si apud Graecos vel communia sunt vel mobilia, apud nos sine dubio communia sunt.* Haec quid significent, nemo facile dicet. Quomodo enim nomina in is desinentia, eadem, quae apud Latinos, esse possunt apud Graecos communia vel mobilia? Nimirum haec sunt ex inferioribus, ubi auctor de *omnigeno* verbo locutus erat, huc transcripta. Ad illum locum inter scholia, textui illata, habet codex R. haecce: *et est communis generis, sicut advena.* Ad quae verba spectare etiam Virgilii locum infra laudatum: *omnigenumque deum monstra*, quippe quo ostendere volebat auctor, communis generis esse *omnigenus* vocem, nemo non videt. Iam manifestum erit, de nominibus in *a* desinentibus, quae est graeca terminatio, hoc pronunciasse auctorem: *si apud Graecos vel communia sunt vel mobilia.* Rem conficit locus Prisciani Lib. V, pag. 641. Ed. Putsch. huic nostro plane similis, quem infra in notis laudaturi sumus. Graeca exempla in neutro codice inveni. Sed R. habebat quaedam in scholiis, manca tamen.

Equi-

omnis et hoc omne. Hic et haec utilis et hoc utile. Hic et haec difficilis et hoc difficile. Cuius numeri? Pluralis, et est sciendum quod hoc nomen id est omnis eandem vim habet significationis, sive singulariter sive pluraliter proferatur. Omnis homo enim si dicam, et omnes homines, idem significo; et omnia quae similem vim habent id est cunctus ti, universus si. Cuius est figurae? Simplicis. Fac ex eo compositum. Omnipotens, omnifariam, omniparens, omnigena, quod est communis generis, hic et haec omnigena, sicut advena. Virg. in octavo:

Omnigenumque deum monstra.

Omnia enim nomina in *a* desinentia, si apud Graecos vel communia sunt, vel mobilia, quae illi τριγενῆ vocant, apud nos communia sunt. Fac adverbium. Omnino. Cuius casus est hic? Nominativi, idem tamen est etiam vocativus in omni plurali numero. Accusativus vero huiuscemodi nominum? Quae nominativum et genitivum singularem similem habent,

Equidem persuasum mihi habeo, hoc loco graeca, quae plane absona sunt et otiosa, esse a manu interpolatoris. *Fac ex eo compositum.* Fac ab eo compositum. Editiones. *Omnigena, quod est communis* cet. Vide supra. Libri nostri habent, uti Editi: *Omnigena. Virgil. in octavo: Omnigenumque deum monstra. Fac adverbium.* Quae manca esse et decurtata, nemo est quin intelligat. *Fac adverbium. Omnino. Cuius casus* cet. Ita S. In R. post vocem *adverbium: simplex* lectum est. Verba autem: *compositum omnifariam*, quae in Aldina, Putschiana leguntur, non solum a scriptis, verum etiam a reliquis Editis absunt. *Cuius casus est hic?* R. addit: *omnis*, quod glossa est. *Hic* enim *hoc loco* significat. *Vocativus in omni.* Vocativi in omni. Editi. *Accusativus vero.* Addunt Ald. et Putsch. *et vocativi. Quae nominativum et genitivum* cet. Haec in

om-

bent, accusativum pluralem tam in es productam, quam in is longam terminant. *Intenti* quae pars orationes est? Participium. Quid est participium? Pars orationis partem capiens nominis partemque verbi. Quot accidunt participio? Sex. genus, casus, tempus, significatio, numerus et figura. Cuius generis? Masculini. Dic singulare. Intentus, intenta, intentum. Et sciendum, quod omnia participia praeteriti et futuri temporis mobilia sunt, et masculino quidem et neutro genere secundum nomina secundae declinationis declinantur, in feminino vero primam declinationem servant. praesentis autem temporis participia communia sunt trium generum, ut hic et haec et hoc amans, et tertiae declinationis. Sciendum tamen, quod sunt quaedam verba, quorum significatio ad solos mares, vel ad solas feminas pertinet; ad mares, ut futuo, cuius participium quoque ad mares solos pertinet, futuens. nemo enim dicit haec futuens, nisi in Epicoenis nominibus animalium ut haec

omnibus libris ita leguntur, tanquam cum antecedentibus coniuncta uno tenore essent proferenda. Quae tamen ratio sensu idoneo caret. Nos delevimus verba *id est*, quae orta sunt ex signo responsionis: D, quod simile est literis ID ÷ id est; totamque periodum in interrogationem et responsionem distinximus. *Quot accidunt participio? Sex. Genus* cet. Ita R. O. P. Mediol. Ald. Sed S. cum Putschiana interponit post vocem *Sex* novam interrogationem: *Quae? Dic singulare.* Quae ante haec verba in editionibus leguntur: *Cuius numeri? Pluralis*; ignorantur a codicibus. *Sciendum tamen, quod sunt quaedam verba.* Editi omnes: Et sciendum, quod cet. *Nisi in epicoenis nominibus.* Nisi figurate in epicoenis nominibus. Editi. *Nemo enim — equile futuens.* Haec et intermedia de-

sunt

haec aquila futuens. Quod quamvis femininum proferamus tamen marem intelligimus. Sic etiam in feminino. Nubo vir non dicit, nisi suum abneget sexum, et quasi femina loquatur. Ergo nubens quoque proprie de femina dicitur. Sed aliquando possumus figurate masculinis quoque generibus talia adiungere. si dicamus magnus est ignis nubens mihi, ignis pro amata dicimus. Cuius casus? Nominativi idem tamen est et vocativi. Cuius significationis? Hoc primum debes scire quod significatio participiorum tam a generibus verborum, quam a formis sumitur. ergo a quinque generibus id est activis, neutris, passivis, communibus, deponentibus, totidem nascuntur species participiorum. Et a formis quatuor id est perfecta, meditativa, inchoativa, frequentativa, totidem formae participiorum dicuntur. Cuius speciei? Passivae. Nascitur enim ab intendor verbo passivo. Cuius formae? Eius, cuius verbum, quo nascitur, id est perfectae? Potest aliam formam ha-

sunt in R. Nimirum excidit hic integra linea quae tamen inferius intrusa legitur. *Quod quamvis.* Editi: *In quo quamvis. Nisi suum abneget sexum.* Est in codicibus: *Nisi se abneget sexum*, quod e compendio perperam intellecto ortum est. Editiones: *nisi abneget sexum. Abnegat* Putschiana sola. *Sed aliquando possumus.* Nisi quidem huiuscemodi quoque possumus. S. *Talia adiungere.* Taliter adiungere. S. *Ignis pro amata.* Ignis nubens pro amata. S. *Dicebas — dicimus.* Unus S: *dicam — dicimus.* Ex quo feci, quod editum est. Reliqui: *dicam — dicunt. Activo, neutro, passivo* cet. Codices: activis, neutris passivis cet. quam lectionem recepimus. *Participiorum dicuntur.* Ita in S. Verbum *dicuntur* deest in R. pro quo post *participiorum* verbum sequuntur scholia. In Editionibus: *Par-*

habere hoc verbum? Potest frequentativum. Intentor aris, ex quo Participium intentatus. Cuius temporis? Praeteriti. Cuius figurae? Compositae. Ex quibus? ex duobus integris. Et sciendum quod simplex eius in usu tam per *tus*, quam per *sus*, invenitur, tentus et tensus. Lucanus in secundo:

Et varias ignis tenso dedit aere formas.

Tentus tamen etiam a teneor fit. Potest tamen etiam nomen esse intentus, unde intentior, intentissimus. Tentorium quoque hinc derivatur, et tentigo, tenor. *Que* quae pars orationis est? Coniunctio. Qualis? Copulativa. Cuius ordinis? Postpositivi. *Ora* quae pars orationis est? Nomen appellativum, neutrum, plurale, simplex, casus in hoc versu accusativi. Idem tamen est semper in neutris nominibus, et nominativus et accusativus et vocativus. Dic singulare. Os oris. Nam si correpte os dicas, aliud significat, et ossis dicis genitivum. Fac deminutivum. O-

Participiorum. Dic igitur. Compositae. Ex quibus? Interrogationem hanc addidi e Mss. In O. P. totum hoc sic legitur: *Figurae compositae ex duobus;* uno tenore. *Lucanus in secundo.* Sic ad literalem codices nostri. *Et varias* cet. Versum Lucani mancum sic exhibet S: *Varias tenso aere formas. Tentus tamen etiam.* Sic in R. Impressi: *Et tentus tamen. Tentigo tenor.* Sic in R. cui assentit et O. et P. et Mediol. *tentor* Ald. et Putsch. Ceterum abest totus hic locus a verbis: *Tentus tamen etiam* — usque ad — *tentigo, tenor* a codice S. *Qualis? copulativa.* Interrogationem reposuimus e codicibus. *Nomen appellativum, neutrum, plurale, simplex.* Ita R. et impressi. Sed in S: Nomen, neutri generis, plurale, figurae simplicis. *In hoc versu.* In hoc loco. Edid. *Idem tamen est semper.* Servant hunc ordinem Mss. *Et ossis dicis.* R. Et ossis di-

Osculum. Fac derivativum. Osculum et ex hoc osculor osculàris. Ostium quoque inde derivatur, ex quo ostiarius et ostiatim. Oro quoque verbum ab ore est, et oraculum. *Tenebant*, quae pars orationis est? Verbum activum, perfectum, indicativo modo dictum, temporis praeteriti imperfecti, numeri pluralis, personae tertiae, coniugationis secundae. Declina. Teneo tenebam et caetera. Quam aliam formam facit hoc verbum? Frequentativam, tento tentas. Composita a teneo, retineo, contineo, sustineo, pertineo, continens, continentia, retinaculum. Derivativa, tenax, tenacitas.

CAPUT IV.

Postquam res Asiae, Priamique evertere gentem. Quot figuras habet? Decem. Habet enim tres dactylos

dices S. Et ossis facit. Impressi. *Osculum et ex hoc osculor.* Ita scripti. Osculum et osculor. Editi. *Ostium quoque inde.* Ostium quoque ab ore. Unus R. *Ore — oraculum.* Desunt haec et intermedia in S. *Indicativo modo.* Indicative. Editiones. *Coniugationis secundae.* Haec desunt in S. *Composita — tenacitas.* Desunt haec et intermedia in S. *Composita a teneo.* Sic R. *Composita; retineo.* Editi.

CAPUT IV.

Quot figuras habet. Quae ante haec verba in Editis libris et in codice R. leguntur, ea merito absunt hic a codice S. maxime propterea, quod caesurarum mentio a veritate discrepat. Non enim semiquinariam et semiseptenariam caesuram habet versus, sed unam tantum, semiquinariam. Proinde persuasum mihi habeo, hoc totum

Scan-

los et duos spondeos. Divide singulos pedes. Postquam | res Asi | ac Pria | mi qu' e | vertere | gentem. Quot partes orationis habet hic versus? Septem. Quot nomina? Quatuor. Quae? Res, Asiae, Priami, gentem. Qnot verba. Unum: evertere. Quid aliud? Adverbium: postquam. Et coniunctionem: que. Postquam quae pars orationis est? Adverbium. Quid est adverbium? Pars orationis, quae addita verbo significationem eius explanat, atque implet. Quot accidunt adverbio. Significatio et figura. Comparatio enim non omnibus adverbiis accidit. Accidentia vero debent generalia esse et communia omnibus speciebus eius dictionis, cui accidunt. Ergo melius est pro comparatione addere accidentibus adverbio speciem. Quaedam enim adverbiorum πρωτότυπα, id est primae positionis, quaedam derivativa. Primitiva, ut saepe, satis; derivativa, ut saepius, satius.

Post-

Scando versum. Postquam res Asiae et cetera. Quot habet caesuras? Semiquinarium et semiseptenarium; quod attinet ad formam, e capite secundo huc traductum esse. Quam rem conficit idem ille codex R. in quo verba: *Quot habet caesuras? Semiquinarium et semiseptenarium* eodem ordine cum reliquo textu cohaerent, quo leguntur supra cap. II. *Septem.* Post hoc verbum enumerantur in S. septem illae partes orationis, hoc modo: Post. quam. res. Asiae. Priami. que. evertere. gentem; quae tamen octo sunt. *Quae? res, Asiae* cet. Sic, nova quaestione interposita, in R. Totum autem illud: *Quot nomina — gentem* deest in S. *Quot accidunt adverbio? Significatio et figura.* His interposita quae legitur in editis nova quaestio: *quae?* cum responsione: *duo*, abest a codicibus Mss. *Eius dictionis.* Ordo e scriptis. Πρωτότυπα, *id est primae positionis.* Ita codices. Editi ex interpretamento: πρωτότυπα, id est primitiva vel primae impositionis.

Postquam igitur cuius significationis est? Temporis. Cuius figurae? Compositae ex duobus integris, post et quam. Quem habet accentum? Si per se proferatur vel praepostere, acutum, in versu autem in gravem convertitur. Da derivativum a post. Posterius, postea, posterus, posteritas. Huius comparativus posterior, superlativus postremus. Et aliud posticus, a, cum, et postea, et posthac, et postmodum. Postes quoque inde videntur dici, quod post fores stant. Postumus etiam ab hoc est compositum, et postliminium, et pomerium, et posthabeo. *Res* quae pars orationis est? Nomen. Cuius speciei? appellativorum generalis. Quamvis enim quidam grammatici incorporalia soleant res dicere, tamen vera ratione omnia quae sunt sive corporalia seu incorporalia res possunt nominari, sicut hic res Asiae di-

nis. *In versu autem in gravem convertitur.* Editi: in versu gravem. Quod in antecedentibus legitur: *vel praepostere*, deest in S. Qui iam sequitur locus de derivativis a particula post a verbis: *Da derivativum a post* — usque ad verba: — *et posthabeo*; deest in utroque nostro scripto codice. Sed cum alia depravationis signa nulla sint, retinuimus totum, hac sola facta mutatione, ut verba sub finem intrusa: *quasi post murium*, quae desunt in O. P. Mediol., tolleremus. *Nomen. Cuius speciei? Appellativorum generalis.* Ita codices nostri. In Editis longe alia. Primum enim post vocem *nomen* haec interponuntur: *Quid est nomen? Pars orationis et caetera. Quot accidunt nomini? Quinque. Quae? Qualitas, genus, numerus, figura et casus*; quae omnia praeter voces *et caetera*, verbotenus desumta sunt ex cap. secundo pag. 20. Merito ea desunt in scriptis nostris. Deinde quae sequuntur, in editis ita distincta habentur: *Cuius speciei appellativorum? generalis.* Quod quam melius in scriptis, facile intelligitur. *Sive corporalia, seu incorporalia.* Ita in R. Quod se-

Asia. Asianus, et Asiaticus. Et invicem supradicta tria pro se se proferri possunt. Proprie autem Asius possessivum est, Asianus gentile, Asiaticus victoriae ut Scipio Asiaticus. Cuius est declinationis? Primae. Quare? Quia nomina in *a* desinentia masculina vel feminina vel communia primae sunt declinationis exceptis neutris. Cur cum litterarum mutatio nulla facta sit, accentus mutatur? Quia a finalis apud graecos producitur, apud nos correpta est; accentus quoque apud nos mutatio facta est. Hoc tamen scire debemus, quod sive temporis sive litterarum fiat in nominativo commutatio, melius facimus si accentum ad latinitatem proferimus exceptis patronymicis, quae per omnes casus magis graecum sibi defendunt accentum, quia servant graecum nominativum, ut Priamides Priamidae. Licet tamen in illis etiam accentum servare latinum, quae cum sint graeca, non tamen aliena videntur a formulis terminationum lati-

na-

O. P. et Mediol. verba: *et appellativis, ut Italus proprium est et gentile*; desunt. *Asianus.* Ante hoc verbum repetunt O. P. Mediol. *Asius. Pro suo* cet. Sic dedimus ex S. Reliqui omnes interpolata haec habent, ita quidem: *Pro possessivis proferri possunt. Proprie autem Asius et Asiaticus possessiva sunt. Inveniuntur autem haec eadem et propria, ut Scipio Asiaticus, Asianus gentile, Asiaticus victor.* Quae primo adspectu naturam suam produnt corruptam. *Quia nomina in a desinentia.* Quia omnia in *e* desinentia S. Quia omnia desinentia in *a*. Editiones. *Masculina vel feminina vel communia primae sunt declinationis.* Masculina primae sunt declinationis vel communia. S. *Exceptis neutris.* Haec e codicibus reposuimus. *Apud nos correpta est.* Edd. apud nos corripitur. *Exceptis patronymicis.* Ordo ex Mss., qui et *patronymicis* unice praebent. *Quia servant graecum nominativum.* Haec desunt in uno S. *A formulis termina-*

tio-

narum, ut Creusa, Arethusa; quae cum latine proferuntur, licet ea etiam in nominativo circumflecti. Et si graecum accentum servabimus; in nominativo duntaxat. *Priami*, quae pars orationis est? Nomen. Qualè? Proprium. Cuius speciei? derivativae ἀπὸ τοῦ πρίασθαι τὸ ἀγοράζειν. Fac ab eo derivativum possessivum. Priameius Priameia Priameium; patronymicum, Priamides, Priamis. Cuius generis? Masculini, numeri singularis, figurae simplicis, casus genitivi, declinationis secundae. Quare? Quia omnia nomina cuiuscunque generis apud graecos in *os* desinentia nominativum, apud nos mutant *os* in *us*, et secundae sunt declinationis Priamus, Priami; Cyrus,

tionem latinorum. Ita dedimus e codice R. quamvis S. et editi habeant: *formulis terminationum latinorum. Quae cum latine proferuntur.* proferantur. O. P. Mediol. *Ea etiam in nominativo. Ea* abest ab impressis. *in* abest a P. *Et si graecum accentum servabimus; in nominativo duntaxat.* Sc. servabimus. Ita edidimus flagitantibus libris scriptis. Quae enim in editionibus ante haec leguntur *duntaxat in penultima syllaba. non est tamen absurdum*; ne sensum quidem commodum praebent, et merum sunt interpretamentum. *Cuius speciei.* Sic in codicibus. In editis: Proprium, speciei derivativae. Quae sequuntur Graeca, quamvis desint in libris scriptis, quamvis in P. et Mediol. legantur aliter: ἀπὸ τοῦ πρίαμαι, τὸ ἀγοράζω; tamen loco movere nolim, quia tota haec ratio apprime conveniens est. Est enim contra morem huius libelli, derivationem nominis non apponere. *Patronymicum.* per novam interrogationem hoc profertur in S. Legitur tamen *Patronomicum. Numeri singularis — declinationis secundae.* Haec et intermedia desunt in R. haud dubie linea excidit. *Priamus, Priami.* cet. Ita in Mss. Editi vero in diversa abeunt. Ut πρίαμος, Priamus priami; τὸ πέλαγος, pelagus pelagi; ὁ Κῦρος, Cyrus Cyri. ὁ Κύπρος, Cyprus Cypri. Sic Mediol. Ut πρίαμος, Priamus priami; Κῦρος, Cyrus Cyri; τὸ πέ-

rus, Cyri; Cyprus, Cypri; Pelagus, Pelagi; Pylus, Pyli. Nam genus a genero magis latinum, quomodo munus a munero. Quibus enim huiuscemodi adiacent verba, sine dubio latina sunt. *Que*, quae pars orationis est. Coniunctio. Cuius potestatis? Copulativae, ordinis postpositivi, figurae simplicis. Fac ab ea compositum. Neque, itaque, quoque, atque, usque. Cuius est accentus? Encliticum est. Id est suum accentum inclinat in syllabam extremam ante se positae dictionis, hoc autem et aliae duae coniunctiones habent, ne et ue. *Evertere*, quae pars orationis est? Verbum. Cuius modi? Infiniti, formae perfectae, coniugationis tertiae correptae. Quare? Quia *e* correptam habet penultimam. Cuius generis sive significationis? Activae, figurae compositae. Ex quibus? Ex duobus integris; ex *e* praepositione et *verto*. Dispone verbum. Temporis praesentis,

πέλαγος, pelagus, pelagi; Κύπρος, Cyprus, Πύλος Pylos. P. Eodem modo O. praeterquam quod Graeca non habet. Aldina et Putschiana sic: ut Πρίαμος, Priamus, Priami; Κῦρος, Cyrus; Κύπρος, Cyprus, Πύλος, Pylos; Πέλαγος, Pelagus. *Fac ab EA compositum.* Fac ab EO compositum. Scripti. nisi quod R: compositivum. *Neque, itaque* cet. Ita exhibet R. *Atque itaque usque.* S. *Atque neque, itaque, quoque et cetera suprodicta.* Ald. Putsch. O. P. Mediol. *Cuius modi? infiniti.* Sic scripti. Editi: *Modi infiniti.* *E correptam habet.* Correptam habet e. editiones. *Cuius generis sive significationis? activae.* Sic S. et editiones, nisi quod Ald. et Putsch. pro *sive* habent *vel.* In R. contra breviter sic: *Generis activi.* *Ex quibus.* Ex quibus modis. R. *Dispone verbum.* Hacc mutare nolui, quamquam in Scriptis paullo aliter. Ac primum R. totum illum locum ita exhibet: *E praepositione* et *VERTE verbum.* *Temporis praesentis. Numeros enim et personas infinita non habent.* In S. vero ita: *E praepo-*

tis, numeros enim et personas infinita non habent; unde et nomen acceperunt a defectione numerorum et personarum. Declina. Everto, evertebam, everti, everteram, evertam. Imperativo modo: everte evertito, Optativo modo: utinam everterem, evertissem, evertam. Subiunctivo modo: cum evertam, everterem, everterim, evertissem, evertero. Infinitivo modo: evertere, evertisse, eversum ire. Impersonalia: evertitur, evertebatur, eversum est vel fuit, eversum erat vel fuerat, evertetur. Imperativo: evertatur, evertitor. Optativo: utinam everteretur, eversum esset vel fuisset, evertatur. Subiunctivo: cum evertatur, everteretur, eversum sit vel fuerit, eversum esset vel fuisset, eversum erit vel fuerit. Infinito: everti, eversum esse vel fuisse, eversum iri. Gerundia vel participialia: evertendi, evertendo, evertendum, eversum, eversu; participia activa: evertens, eversurus, passiva: eversus, evertendus. Cur everto, everti facit? Quia hoc solum ante t, r habuit in hac coniugatione, id est in tertia, et mutavit o in i, et fecit praeteritum. In participio tamen prae-

positione et VERTO verbum. Temporis praeteriti. numerus et personae infinitis. Numeros enim et *personas infinita non habent.* Editi, mi excudi curavimus, omnes. *Impersonalia: evertitur, evertebatur.* Haec et sequentia ita exhibentur ab S. et ab Editionibus. Unus R. sic: Impersonalia: *everstitur, cetera* reliqua enim desunt. *Evertatur, everstiter.* His praeponunt Editi: *in praesenti, — futuro*, quae recte ignorantur ab S. *Eversum esset.* Ante haec leguntur in S: eversum et vel fuerit, quae inter optativi modi formas ponere noster non solet. *Infinito.* Infinitivo modo. Editiones. *Participialia.* Addunt Editi: *nomina sunt haec:* quae desunt a codice S. *Participia activa.* His verbis rursum incipit textus in R. *Et fecit praeteritum.* Edi-

praeterito passivi pro t, s habuit: versus. Etiam in verbo verro versus fit participium eiusdem temporis. Fac ab eo frequentativum. Everso, eversas et evertito, evertitas. Et sciendum, quod plerumque solent frequentativa a participio praeteriti temporis fieri, ut scribo scriptus, scripto, scriptito; scriptas, scriptitas; scriptat, scriptitat; domo, domitus, domito, domitas, domitat. Curro, cursus, curso, cursas, cursat, et cursito, cursitas, cursitat; video, visus, viso, visas, visat. Ergo et verto, versus, verso, versas, versat. Hinc est et versutus, et vertumnus et vertex, et vertigo, et verticulum, et versura. *Gentem*, quae pars orationis est? Nomen. Quale? Appellativum, generis feminini, numeri, singularis, casus accusativi. Dic nominativum. Gens gentis, quia omnia in ns, rs, ls, desinentia interposita *ti*, fa-

dones: *Et facit praeteritum.* praeter Mediol. *Versus.* In Ald. et Putsch: *ut eversus.* *Everso, eversas.* Haec absunt ab S. *Scripto, scriptito* cet. Sic dedimus codicis S. vestigia servantes. Is enim: Scriptito, scriptito; scriptitas, scriptitas; scriptitat. In R. tamen haec tantum: scriptito, scriptitas. In reliquis verbis, uti exhibuimus, consentit uterque codex, excepto quod in R. tertiae ubique personae desiderantur. Omnia autem haec sic exhibentur ab Impressis: Scriptito, scriptitas, scriptitat; domo, domitus, domito, domitas, domitat; curro, cursus, curso, cursas; cursat et cursito, cursitas, cursitat; video, visus, viso, visis, visit. In hoc postremo nolui receptum retinere: *visit, visit.* Quamvis enim formam *visare* inveniri dubitem, tamen in hanc partem peccare malo, quam codicum lectiones deserere. Ea enim sola ratione fieri potest, ut multa verba internortua, in solis Grammaticorum libris adhuc relicta, verum et ibi editorum arbitrio saepissime delecta, restituantur et revocentur. *Interposita ti faciunt genitivum.* Sic S. O. P. et Mediol. Sed

R.

faciunt genitivum, ut mons, montis; Mars, Martis; puls, pultis; exceptis differentiae causa frons et lens, quae cum faciunt per tis genitivum frontis, significant graece τὸ μέτωπον. Et lentis, τὴν φακὴν. cum autem per dis faciunt genitivum, significat frondis, τὴν φυλλάδα. Lendis autem τὸ κονίδιον. Praeterea libripens, quia a verbo pendo componitur, consonantem verbi servat, faciens genitivum per dis: libripens, libripendis. Fac a gente de-

R. Ald. et Putsch. exhibent: *interpositione.* *Exceptis differentiae causa frons et lens.* Quae sequuntur quamvis non incorrupta videntur, tamen emendationem, quae multis modis fieri posse videbatur hac ipsa de causa, quod nihil certi invenire poteram, adhibere nolui. Sufficiat varietatem librorum laudasse. In S. ita: Exceptis differentiae causa frons et lens, quae cum facit (a prima manu: *faciunt*) per tis genitivum, significant graece (hoc voc. delectionis signo notatum) frontem (a prima manu *frontis*); cum autem per dis faciunt facit (hoc posterius etiam a prima manu *faciunt*) genitivum, significat (a prima manu *significant*) frondem (a pr. m. *frondis*) lens (a pr. m. *lendis*) autem ΤΟΚΟΝΙΟΠΑ (quae iam sequuntur lineae superscripta sunt) facit lendis, quod est animal; Lens lentis, quod est legumen. In R. hoc modo: Exceptis differentiae causa, lens et frons, quae cum faciunt per tis genitivum, significant graece frontis: ΤΟ ΜΕCΟΠΟΝ. et lentis: ΤΗΝ ΦΑΤΗΝ. Cum autem per dis faciunt genitivum, significant graece frondis: ΤΗΝ ΦΙΑΑΑ lendis: ΤΟ ΚΟΝΙΑΙΟΝ Ab his etiam differunt Editi. In O. haec leguntur: Exceptis differentiae causa frons et lens, quae cum faciunt per tis genitivum, significant graece frontis et lentis; cum autem per dis faciunt genitivum frondis significant lendis autem quod est animal lens. tis legumen. In P. vero: E. d. c. f. e. l. q. c. f. per tis genitivum, significant graece fontis τὸ μέτωπον et lentis ὁ φακὸς cum autem per dis faciunt genitivum frondis significant τὸ φύλλον lendis autem τὸ κονίδιον quod est animal lens. tis. legumen. Cum his plane consentit Editio Mediolanensis. In Aldina et Putschiana est,

derivativum. Hic et haec gentilis et hoc gentile. Videtur etiam genus a gente derivari, unde et genius, et genialis, et generosus, et composita indigena, ingenuus, degener.

CAPUT V.

At regina gravi iam dudum saucia cura.

Scande versum. At re, gina gra, vi iam, dudum, saucia, cura. Dic caesuras. Semiquinariam: At regina gravi. Quot figurarum est? Decem, habet enim tres pedes spondeos et duos dactylos. Partes orationis quot habet? Septem. Quot nomina? Quatuor: *regina*, *gravi*, *saucia*, *cura*. Et quid aliud? Unam coniunctionem: *at*, et duo adverbia: *iam dudum*. *At* quae pars orationis est? Coniunctio. Coniunctio quid

qui exhibuimus. *Derivativum*. Editi: derivativa. *Videtur etiam*. Videtur autem S. O. *Degener*. Hoc verbum sequitur Scholion in textu R. quod vide suo loco.

CAPUT V.

Scande versum. In S. ut edidimus. In R. contra sic: *Scande versum. At regina ut supra. Et duos dactylos*. Quae post haec in editionibus leguntur: *Tracta pedes. At regina gravi iam dudum saucia cura*; eorum nihil in R. In S. vox *tracta* tantum, eaque cum signis delectionis. Nos omisimus. *Partes orationis quot habet? septem*. Ita in S. et Editis omnibus. In R. vero uno tenore sic: Partes orationis septem, nomina quatuor. *Quot nomina? Quatuor*: Ita unus S. Editiones vero: *nomina quatuor*; quocum, ut diximus, etiam R. consentit. Verba: *coniunctio quid est?* — usque ad —: *quod est contrarium*; desunt in R. ita ut oratio cohaereat: *Coniunctio. Cuius or-*

quid est? Pars orationis adnectens ordinansque sententiam. Quot accidunt coniunctioni. Potestas, ordo, figura. Cuius potestatis? Copulativae, est tamen etiam et adversativae quam gracci ἐναντιωματικὴν vocant, sicut etiam hic. Nam Aenea quiescente regina turbatur, quod est contrarium. Cuius ordinis? Communis, licet enim etiam postponere eam quomodo: *Et*, sed metri causa; quod fere in omnibus potest inveniri praepositivis coniunctionibus. Cuius figurae? Simplicis. Fac ab ea compositum. Atque. Quem habet accentum? Gravem in versu, quomodo omnes praepositivae coniunctiones. *Regina*, quae pars orationis est? Nomen speciei derivativae. Dic primitivum? Rex. Hoc quoque unde nascitur? A re-

ordinis? cet. *Adnectens* Sic S. Ald. Putsch. Sed in O. P. et Mediol: *connectens*. *Quot accidunt coniunctioni? Potestas* cet. In Editis interposita leguntur haecce: *Tria. Quae?* quae ignorantur a codice. *Licet enim etiam.* Vox *enim* abest ab Editis. *Quomodo ET.* Post vocem *quomodo* in S. conspicitur parva tanquam unius, longioris tamen, vocis lacuna. Deinde pergit: *et metri causa. Metri causa.* Nescio, quae barbaries in omnes Editiones induxerit hunc ordinem: *causa metri.* Eam saltim codices nesciunt. *Praepositivis coniunctionibus.* Vox *praepositivis* deest in O. P. et Mediol. Legitur vero et in codicibus et in Aldina et Putschiana. *Fac ab ea compositum.* Sic S. cum Editionibus. Aliter in R. qui totum locum sic exhibet: *Cuius figurae? simplicis, compositum ATQUE, gravem habet accentum in versu* cet. *Nomen speciei derivativae.* Ita R. cum Editionibus. Aliter in S. *Nomen. Quid est nomen? Pars orationis* cet. *Quot accidunt nomini? Qualitas et rel. Cuius est speciei? Derivativae.* manifesto quae sint testimonio, totum hoc opus ab alio quodam ita, uti nunc habetur, interrogationum et responsionum formulis distinctum esse, cum tamen a suo auctore longe aliud profectum fuis-

rego verbo, unde genitivum in *gis* terminavit. Dicitur autem hoc γένος κοινὸν ἀνομοιοκατάληκτον, nec in toto fixum, nec in toto mobile. Et omnia quaecunque masculinum habent tertiae declinationis, femininum faciunt primae, ut rex, regina, leo, leaena et lea; draco, dracaena; hospes, hospita; sospes, sospita; leno, lena; strabo, straba, et si qua similia inveniantur. Est autem hoc nomen, rex et regina, verbale, quia a verbo nascitur. Ex hoc tamen quoque fit verbum denominativum id est a nomine derivatum, regno, regnas, regnat. Quale nomen est? Appellativum generis feminini, numeri singularis, figurae simplicis, hic casus nominativi, declinationis primae. Quae derivantur ex eo? A rege, *regius*, *regalis*. Quid interest inter regium et regalem? Regius possessivum, regalis vero ad claritudinem pertinet, id est dignus rege. Dic deminutivum eius. Regu-

fuisset. S. *Terminavit.* pro *terminat* in utroque codice. *Terminat et.* O. P. et Med. In antecedd. post verbum *rego*, agnoscunt P. et Med. graecum interpretamentum: *id est ὠθόνη.* *Dicitur autem hoc:* γένος κοινὸν ἀνομοιοκατάληκτον — *mobile.* Omnis haec linea deest in R. ubi haud dubie librarii incuria excidit. In S. graeca tantum desunt; qui praeterea cum Mediol. legit: *nec in totum — nec in totum —.* In Aldina: ἀνομοκατάληκτον. *Et lea.* Assumsi ex uno R. *Inveniantur.* Solus S: *inveniuntur.* In antecedd. leguntur P. et Mediol: Et si qua alia similia. *Verbale, quia a verbo nascitur.* Verbiale in R. Quae in antecedd. ante vocem *rex* leguntur *id est* delevi auctoritate codd. *Quale nomen est — derivantur ex eo.* Haec et quae media leguntur, desunt in R. *Quid interest inter regium et regalem.* Haec desunt in R. *regalem* scripsimus ex auctoritate codicis S. *Claritudinem.* Ita Scripti. *Claritatem.* omnes Editi. *Dic deminutivum eius. Regius* cet. Ita S, cum editio-

ni-

gulus et regillus, quae etiam propria inveniuntur. Inde puto etiam regulam dici, qua mensura exaequatur, quasi mensuram regens. Dic compositum ab eo. Int rrex, regificus. *Gravi*, quae pars orationis est? Nomen. Quale? Adiectivum. Cuius speciei? Primitivae, generis communis. Omnia enim adiectiva in is desinentia communia sunt, et in e faciunt neutrum. Numeri singularis, figurae simplicis, casus ablativi. Omnia enim supradictae formae nomina in i terminant ablativum. Fac ab eo derivativum. Gravior, gravissimus, gravitas et gravida, et verbum gravo, gravas. *Tam*, quae par orationis est? Adverbium. Cuius est significationis? Temporis; figurae

nibus. Contra R. sic: *Deminutivum regulus.* *Quae etiam propria inveniuntur.* Absunt ab R. *Inde puto etiam regulam dici.* Sic R, cum Ald. et Putsch. *Unde puto etiam regula dici.* O. R. et Med. in S. vitiose: *Indipositio etiam regulam duci.* *Quasi mensuram regens.* Hoc in codicibus est, et unice verum est. *Quasi mensura regens*, Ald. Putsch. P. et Mediol. Codicibus accedit O. *Dic compositum ab eo. Interrex.* Compositum, interrex. R. Sequuntur iam Scholia textui interposita. *Quale? adiectivum. Cuius speciei? primitivae.* Haec ita exhibentur a solo S. In reliquis sic: *Nomen adiectivum speciei primitivae.* *Fac ab eo derivativum.* Pro postrema voce O. Ald. Putsch. *derivatum.* Cum scriptis consentit. P. *Fac derivativum abeo.* Mediol. In R. interrogatione, ut saepe, omissa: *Derivativum, gravitas* cet. *Gravior, gravissimus.* Haec desunt in R. leguntur autem in S. Pro *gravida* pene scripsissem *gravedo*; sed nolui contra libros facere. Quae iam sequuntur in impressis omnibus: *hic et haec grandis, et hoc grande, et grande*; ea desunt in utroque codice. Rectissime. *Adverbium.* Quae hoc verbum in Editis excipiunt: *Adverbium quid est. Pars orationis et reliqua. Quae accidunt ei? tria significatio et reliqua*; quanquam his ipsis verbis leguntur in S; tamen quia meram repetitionem continent eorum, quae

rae simplicis. Quem habet accentum? Gravem, ut omnia fere monosyllaba praepositiva, nisi differentiae ratio prohibeat; ut ne, quando μὴ significat, gravatur, quando vero τὸ πάνυ, circumflectitur; *sic*, quando similitudinis est circumflectitur, quando vero iurandi, gravatur, ut:

Sic tuo Cyrneas fugiant examina taxos.

Dudum similiter adverbium temporis est, et sciendum, quod utrumque hoc, id est *iam* et *dudum* non solum de praeterito tempore dicitur, sed etiam de futuro, ut:

Iam dudum sumite poenas.

Quomodo etiam: quando, aliquando, olim, unquam; haec omnia tam praeteritum quam futurum possunt significare. Et putant quidam dudum quasi diudum dici, haec enim syllaba, id est dum, solet expletiva inveniri ut, quidum, agedum, adesdum. *Saucia* quid est? Nomen. Quale? Appellativum. Cuius speciei?

quae supra iam legebantur, et quia eorum nihil in R. expulimus. *Cuius significationis? temporis.* Significationis, temporis. R. *Quem habet accentum? gravem.* Ita S. cum Editis. In R. contra: *Gravem habet accentum.* *Ut omnia fere* cet. *Ut* est ex coniectura, omnes enim *et* praebent. *Ut NE, quando μὴ significat, gravatur.* Ut NE quando cet. S. Ut ne quando ΜΕΜ significatur (omisso *gravatur*) R. Ut ne quando οὐκ significat. P. Mediol. *Quando vero τὸ πάνυ.* Quando vere NA NC. S. Quando vero TO ΠΟΝΤ. R. Quando vero ἵνα μὴ. P. Mediol. In O graeca semper desiderantur. *Quando vero iurandi.* Quando iurandi S. Quando iurantis. Editionis. Nostram lectionem praebet. R. *Sic tua Cyrneas.* Sic tua grinei. S. Idem etiam *taxus.* *Dudum similiter.* Nunc demum conspirant S. et R. in exterminanda interrogatione. Edid omnes: *Dudum* quae pars orationis est? Adverbium temporis et est sciendum cet. *Agedum, adesdum.* Agendum. Aldina. Adeodum. S. *Saucia, quid est?* Ut edidimus, est in S. Verum O. P. et Mediol. habent: *Saucia,*

ciei? derivativae, sive participialis. Nam a participio sauciatus nascitur saucius, quomodo a lassatus lassus, a laceratus, lacerus. *Cura*, quid est? Nomen. Quale? Appellativum; potest tamen et Dea aliqua intelligi. Scimus enim quod Virgilius apud inferos inter monstra, habitantia in faucibus inferorum, ponit etiam curas quasi deas aliquas, et:

Ultrices posuere cubilia Curae.

Unde nascitur? verbum ex re, an res ex verbo potius?

cia, quae pars est? Neque reliquae editiones cum scriptis consentiunt. Eae enim: *Nomen quale? appellativum, speciei derivativae.* Contra Codex R. ut solet, hic rursum: *Saucia, nomen appellativum, speciei derivativae* cet. *Participialis* uterque codex ms. *participalis.* *A laceratus, lacerus.* Ita Scripti, nisi quod in S. super lineam: *vel lacessus.* Quae autem nunc in editionibus sequuntur omnibus: *Et lacer. Sic enim Ovid. VI. Metamorphoseon;* horum nihil in Scriptis. *Cura quid est?* Cura quae pars est. Editi omnes. Nostram lectionem debemus codici S. Nam in R. nihil interrogationis ac responsionis ita: Cura, nomen appellativum. Potest tamen et de aliqua re intelligi. *Potest tamen et Dea aliqua intelligi.* Editiones omnes: *Potest tamen et de alia re intelligi.* Scripti vero: *de aliqua re.* Quomodo autem differant: nomen appellativum ipsius rei, et nomen app. de aliqua re, nemo facile dicet. Ut brevi dicam, auctor scripserat: *dea aliqua*, quam rem sequentia extra dubium ponunt: *Ponit etiam curas quasi deas aliquas.* Neque tamen etiam satis explicari potest, quid sit: nomen *appellativum ipsius rei.* Possit quidem vox *ipsius* orta videri ex compendio *ipl̄is* incorporalis, totum ut sit: *nomen appellativum rei incorporalis;* sed praestat cum codice. R. verba: *ipsius rei* plane omittere. Ergo sic dedimus. *Scimus enim quod.* Ita codices. *Quia* in editis. *Et ultrices.* Sic Scripti. Ut ultrices. Editi. *Unde nascitur?* cet. Uti editum est, manuscriptorum librorum indicia secuti, correximus. In S. legitur ita: A. *Et quenascitur verbum ex re. an res ex verbo.* M. *Potius antecedit verbi actus* (antea erat *verbum actus*, sed correctum), *quo sine res esse non*

po-

tius? Antecedit verbi actus, quo sine res esse non potest. Nec enim cursus intelligi potest sine currente, nec cogitatio sine cogitante, sic ergo nec cura sine curante. Videtur ergo esse derivativum verbale, a verbo curo, curas, curat. Dic nomina derivata ex eo. Curiosus, curagulus, curator, curatio, curatura, curia, curialis. Composita securus, obscurus, triscurium, et quidam putant ab eo curam dici, quod cor agitat.

CA-

potest. Et quenascitur i. e. ex quo nascitur. Hinc est quod legitur in R: *Unde nascitur, unde nascitur* (ita bis *verbum ex re an res ex verbo? Potius antecedit verbi actus in hoc quia sine re esse non potest. Unde* est, quod in S. *ex quo* fuit, nisi quod hoc interpretamentum. *In hoc* glossa. *Quia sine re*, facta ex non intellectis *quo sine res.* Proinde Editiones uno consensu sic exhibent: *Et quaeritur utrum verbum ex re, an res ex verbo nascatur et potius antecedit verbi actus in hoc nomine quia sine re esse non potest.* Verba *et quaeritur* originem suam debent iis, quae corrupte exhibet S: *et quo.* Hoc sumto consequens erat, ut introduceretur *utrum — nascatur.* Ex glossa *in hoc* factum est: in hoc nomine. Verba *quia sine re*, quamvis auctoris menti repugnantia, retenta sunt tamen. *Derivativum verbale.* Derivativum verbiale. R. S. *Dic nomina derivativa.* Haec et quae sequuntur usque ad finem capitis desunt in S. Adsunt in R. scholiis etiam explicata, sed ita ut absit forma interrogationis: *Nomina derivativa ex eo curiosus* cet *Triscurium.* Haec voc abest a codice R. explicata tamen in scholiis. ubi *triscurium*, hac scriptura, quam dedimus. Tricurium in Editis. Pro *curagulus* in O. P. Med. *curaculus.* Omnem autem hunc de derivativis locum sublatum vellem. Denique *quod cor agitat* pro eo est in Editis: *quod cor urat et agitet.*

CA-

CAPUT VI.

Interea medium Aeneas iam classe tenebat.

Scande versum. Intere, a medi, um Aene, as iam, classe te, nebat. Quod habet caesuras uniam, semiseptenariam. dic. Interea medium Aeneas. Quot figurarum est? Decem. Habet enim tres dactylos et duos spondeos. Quot partes orationis habet hic versus? Sex. Quot nomina? tria: medium, Aeneas, classe. Quot verba? unum: tenebat. Quid aliud? Duo adverbia: interea et iam. *Interea*, quae pars orationis est? Adverbium. Cuius significationis? Tem-

CAPUT VI.

Scande versum cet. Ita in utroque Mss. Hinc etiam in sequentibus quae habent editi: *Tracta singulos pedes — tenebat*; in R. plane desunt, in S. nihil reliquerunt, quam: *Tracta singulos pedes. Interea* cet. Haec nos omisimus. *Quot habet caesuras.* cet. Haec et sequentia, uti edidimus, sunt in Mss. Editiones ita habent: *Quot caesuras habet? semiseptenariam*, *ut* cet. *Sex. Quot nomina? tria.* Ita Scripti. Sed Editi in hanc rationem conspirant: Septem; nomina tria. *Quot verba? Unum: tenebat.* Verbum unum, tenebat. Editiones. *Quid aliud?* Haec quaestio deest in O. P. et Mediol. *Cuius significationis.* Ante haec longa legitur repetitio eorum, quae supra cap. IV. pag. 48. dicta erant de adverbio, in S: *Quot accidunt adverbio? Tria: significatio, species, figura. Nam comparatio non generaliter accidit omni adverbio; speciem autem omnia habent adverbia, sunt enim vel primitiva vel derivativa.* Ex his omnibus haec pauca inveniuntur in R: *Comparatio generaliter non accidit omni adverbio.* Horum autem omnium nihil in editis libris, quos

 sunt

Temporis. Potest tamen esse et loci. Cuius est speciei? Derivativae, ab *in* enim derivatur *inter*, ex quo hoc adverbium componitur. Cuius est figurae? Compositae. Ex quibus? Ex integro et corrupto, *ex inter* et *ea*. Ideo autem corruptum dicimus *ea*, quia cum sit neutrum plurale corripi debuit; sed quia factum est adverbium producit a. In omni enim adverbio cum fit finalis a producitur, excepto ita. Potest tamen ablativus intelligi singularis, qui in compositione solet huiuscemodi inveniri, ut *quocirca*, *quapropter*. *Medium*, quae pars orationis est? Nomen. Nomen quid est? Secundum Donatum pars orationis cum casu, corpus aut rem proprie communiterve significans. Secundum Apollonium pars orationis quae singularum corporalium rerum vel incorporalium sibi subiectarum qualitatem propriam vel communem significat. Quale est hoc nomen? Appel-

nunc sequendos existimavi. *Potest tamen esse et loci.* Ordo e S. In R.: Potest tamen et esse loci. In Editis: Potest tamen et loci esse. *Cuius est speciei? derivativae.* Speciei derivativae in Editis et R. qui etiam in antecedd. legebat: Interea significationis temporis. *Cuius est figurae* cet. Sic in S. Contra R: Figura compositae ex integro et corrupto, *inter* et *ea*. Aliter in editicia lyna. Ibi haec ita cum antecedd. cohaerent: Ex quo hoc adverbium componitur ex integro et corrupto, interea. *Ideo autem corruptum dicimus.* Unus R.: *productum dicimus*, quod nihili. *Corripi debuit.* Ordo est e codd. *Nomen quid est?* Quid est nomen. Editi. In R. haec interrogationis formula omittitur. *Secundum Donatum — communiterve significans.* Haec et intermedia desiderantur in R., in quo sequentia ita habentur: *Secundum Apollonium pars orationis, quae* cet. *Singularum.* O. P. et Med. singularium. *Sibi subiectarum.* Subiectorum. S. cum Editis. si-

pellativum. Cuius speciei? Adiectivae, est tamen et mobile. Et videtur etiam derivativum esse a modo, hoc est mensura, unde est et modius. Et differentiae causa medius mutavit o in e; vel a graeco dictum est, τῶι μέσος, medius. Sciendum tamen, quod omnia adiectiva in us desinentia mobilia sunt, excepto vetus, veteris, quod antiquissimi veter dicebant. Cuius generis? Neutri. Dic masculinum. Medius; ex quo fit media medium. Omnia enim tam in us, quam in er desinentia adiectiva si sint secundae declinationis, cum apud graecos vel communia vel mobilia inveniuntur; apud nos sine dubio mobilia sunt, hic fortunatus haec fortunata hoc fortunatum,

sificet. Editi: *manifestat.* Quae iam in Editionibus et codice S. sequuntur: *Quot accidunt nomini? Sex, qualitas, species, genus, numerus, figura, casus. num comparatio generalis accidens non est;* plenum fastidii conclusent repetitionem, quam non agnoscit R. Expulimus ergo. *Est tamen et mobile.* Interposita sunt in editionibus: *ad aliquid;* ex maiore Prisciani opere ed. Putsch. pag. 580. depromta, sed hic in Scriptis non apparentia. Ergo eiisimus. *Mutavit.* Mutat. Editi praeter Putschianam, quae habet *mutato o.* Τῶι μέσος. Editiones: *μέσος.* In S: TOIMHCOC; in R: ΤωΜΗCOC; ut appareat, articuli dativum casum esse debere. *Medius.* Post hoc verbum leguntur haec in R: *Unde ton meson nomen medius significationis, ut magnus.* Id est: unde τὸ μέσον cet. Apertum scholion. *Adiectiva in us.* Interposita in Edd. vox: *appellativorum.* *Omnia enim* cet. Ita S. Aliter R: *Omnia nomina adiectiva tam in us quam in er desinentia.* *Cum apud Graecos vel communia vel mobilia inveniantur.* Desunt haec in R. In Editionibus: *inveniantur.* *Apud nos.* Haec ex solo S. reposuimus. Graeca quae mox sequuntur exempla in libris scriptis desunt, ergo delevi. Neque etiam satis apposita sunt. In Graecorum lectione libri editi,

tum, bonus, na, num, armiger, armigera, armigerum, sacer, a, um. Cuius est numeri? Singularis, figurae simplicis, casus hic accusativi; tenebat enim verbum, accusativum exigit. Est tamen in omnibus neutris idem casus nominativus, accusativus, et vocativus. Cuius declinationis? Secundae. omnia enim in um desinentia sine dubio secundae erunt declinationis. Fac ab eo derivativum. Medietas, mediocris, meditullium. Medicus quoque videtur inde dictus, quia temperantia medium est inaequalitatis quae solet fieri ex contrariis elementis. Mediastinus inde videtur componi quia medias partes balnei tenet, hoc est in medio lavantium stat. Dic aliud compositum. Mediterraneus et mediamna. Adverbium medie. *Aeneas*, quae pars orationis est? Nomen

int solent in his, multum discrepant. *Cuius est numeri — declinationis? secundae.* Haec omnia cum intermediis desunt in R. *Casus hic accusativi.* Casus accusativi. Editi. *Omnia enim in um desinentia* cet. Exhibuimus, quae erant in S. In R: Omnia in um desinentia secundae sunt declinationis. In Editis verba *sine dubio* ad finem apposita sunt, praeter O. P. Mediol. quae ea non agnoscunt. *Fac ab eo derivativum.* Derivativum: medietas. R. *Mediastinus inde videtur.* Quoque, quod interponitur ab Editis, deest in Scriptis. *Dic aliud compositum.* Haec quaestio deest in O. P. Mediol. Eadem cum reliquis sequentibus usque ad novum vocabulum: *Aeneas* deest in R. *Mediterraneus et mediamna.* Mediterraneus et mediana. S. Mediol. Addunt O. P. et Mediol. et *mediamal.* In sequentibus pro *medie* scriptum exstiterat in S: *meridie*; sed *ri* litterae erasae sunt. Quae nunc sequuntur in Editionibus: *Verbum ab eo compositum dimidio, dimidias, inde dimidiatus*; auctoritate codicis S. fretus omisi. *Nomen proprium.* In S. vocabulo *proprium* super scriptum trium illud in his *quale.* Ex quo Editiones fecerunt: *pro-*

prium

men proprium. Cuius speciei? primitivae, generis masculini, numeri singularis, figurae simplicis, casus nominativi. Quotae declinationis? primae. Cur? Quia omnia graeca in as desinentia si apud illos per ου faciunt genitivum, apud nos sine dubio sunt primae mutata ου in ae ut: Αἰνείας, Αἰνείου, Aeneas, Aeneae. Antiqui tamen huiuscemodi nomina absque *s* solebant proferre, quod Terentius ubique facit, Sosia, Byrrhia, Chaerea, Geta ponens, ut in Andria:

Aut tu aut hic Byrrhia.

Iuvenalis:

Ceu Marsya victus.

Fac derivativum ab eo quod est Aeneas. Possessivum Aeneius, Aeneia, Aeneium. Et secundum Apuleium, Aeneicus, Aeneica, Aeneicum. Sic enim ponit

prius qualitatis. *Cuius speciei.* In his et sequentibus exprimendis secutus sum Codicem S. In R. haec omnia breviter sic: *Nomen proprium, speciei primitivae, declinationis primae, quia* cet. In Editionibus, ut edidimus; nisi quod et ibi quaestiones, praeter ultimam *cur?* Omissae sunt. Sed pro cur habent illae: *quare?* *Per ου faciunt genitivum.* Sic scripti, excepto, quod in S. est: *per* OI. Sed Editi: *in ου diphthongum effertur genitivus.* *Geta ponens* Geta deest in R. *Aut tu, aut Byrrhia.* in S. Reliqui omnes: *aut tu, aut hic Byrrhia.* Exemplum e Iuvenale deest in R. In S. vero legitur: Ut Marsya victus est. Contra in O. P. Mediol. desideratur exemplum e Terentio cum duobus vicinis nominibus: *Chaerea, Geta.* *Fac derivativum* cetera. Haec omnia ita leguntur in R: *Derivativum, Aeneius, Aenia, Aeneium.* *Et secundum Apuleium.* Desunt haec cum exemplo ex Apuleio in R. In S. ita scripta sunt: *Et secundum Apuleium aeneanicus, aeneadica, aeneadicum. Sic enim ponit in epitomis historiarum: aeneadica gens;* ut pateat: librarium voluisse scri-

sit in epitomis historiarum, Aeneica gens. Patronymicum Aeneades secundum analogiam. Nam in as vel in es desinentia si faciunt in ου genitivum graecum, in ades faciunt patronymica. Itaque hoc ubique usus poeta:

Aeneadae in ferrum pro libertate ruebant.
Defessi Aeneadae.

In uno tamen loco auctoritate poetica usus Aenides dixit:

Sit satis, Aenide, telis impune Numanum,
Oppetiisse tuis.

Quasi ab Aeneus, sicut a Peleus Pelides, nominativo. Unde etiam poemati suo Aeneis inscripsit, quod est femininum Aeneidae, quod per synaloepham Aeniden dixit sicut pro Peleides Pelides. Caeterum secundum analogiam ab Aeneadae, Aeneas, Aeneadis debebat dici. *Iam* quae pars orationis est? Adverbium. Cuius significationis? temporalis. Cuius speciei? primitivae, figurae simplicis. Quem accentum recipit. Per se acuitur, in versu autem gravatur nisi encliticum ei adiungatur ut iamque; tunc enim acuitur.

tum; *Aeneaulent.* *Patronymicum.* In utroque codice est *patronomicum*, ut paullo inferius, *patronomica.* *In ου genitivum graecum.* In OI genitivum Graecum. S. *Auctoritate poetica usus.* Vox *usus* in libris editis deest. *Sit satis Aenide.* Sic vatis Aenidae S. reliqua de versu desunt. *Unde etiam poemati suo.* Unde in poemate suo. O. P. Mediol. *Per synaloephan.* Sic in utroque codice, nisi quod ibi per synalipham. Reliqui: *per synaeresin.* *Caeterum secundum analogiam — dici.* Haec desunt in R. *Cuius significationis* cet. Expressi scripturam codicis S. *In versu autem.* In versu hoc S. *Ut iamque.* Desunt in S. Totus autem locus a verbis: *Iam*

tur. *Classe*, quae pars orationis est? Nomen appellativum. Cuius speciei? secundum quosdam derivativae. Quidam enim ἀπὸ τῶν κάλων derivativum esse putant. Est autem univocum. Nam plura significat et navium multitudinem et hominum collegia, et equitum ordines. Fac derivativum. Classicus, classica, classicum. Sonitus quoque tubarum classica inde nominatur quia classis equitum ordines vocant, ut dictum est, qui maxime utuntur tubis. *Tenebat*, quae pars orationis est? Verbum. Verbum quid est? Secundum Donatum pars orationis cum tempore et persona sine casu. Secundum alios pars orationis cum tempore et modis sine casu actum sive passionem significans. Non enim omnia verba personas habent, ut infinita et impersonalia et gerundia. Oportet autem definitiones generales esse. Quot accidunt ven-

Iam, quae pars — usque ad — *tunc enim acuitur*; ita legitur in R: *Iam quae pars? Adverbium, significationis temporis.* Nihil amplius. *Cuius speciei?* Dedimus, quae erant in S. *Speciei derivativae. Est autem* R. *Quidem enim ἀπὸ τῶν κάλων derivativum esse putant.* Ita dedimus ea S. qui tamen Graeca sic scribit: ΑΠΑΤΟΙΝ. In R. cum Graeca non adsint, sunt tamen in Scholio, quod margini inferiori appositum legitur: *Classes multitudo navium est apotekalon, i. e. a lignis, ex quibus fiunt. Et hominum collegia.* Post haec verba leguntur in Aldina et Putsch. *Quae συμμορίας Graeci vocant.* In P. et Mediol. *quae συλλογον Gr. vocant.* Haec in neutro codice, nulla lacuna indicata. *Fac derivativum.* Derivativum R. ut solet, omissa quaestione. *Secundum Donatum* cet. Ut edidimus, est in S. In impressis vero: Secundum Donatum ut supra dixi. Breviter in R. ita: *Tenebat quae pars? Verbum; non enim omnia verba personas habent. Actum.* In Editis: actionem. *Oportet autem definitiones generales esse.* Desunt in R. *Quot accidunt verbo* cet. Ex-

 pres-

modo: utinam tenerer, tentus essem vel fuissem, teneor. Subiunctivo modo: cum tenear, tenerer, tentus sim vel fuerim, tentus essem vel fuissem, tentus ero vel fuero. Infinitum: teneri, tentum esse vel fuisse, tentum iri. Participia veniunt a verbo passivo duo, praeteriti tentus, futuri tenendus. Nomen verbale, tentor, femininum tentrix, ipsa res tentio. Cur teneo tenui, et teneor tentus sum? Quia omnia in neo desinentia sic faciunt praeteritum, ut moneo, monui, moneor, monitus sum, seneo, senui. Exceptis maneo, mansi; et maneor, mansus sum, et nevi, neor, netus sum.

CAPUT VII.

Sic fatur lachrimans classique immittit habenas.

Sic, quae pars orationis est? adverbium. Quid est ad-

modo. Edd. *Participia veniunt* cet. Participia duo Edd. *Nomen verbale.* In S: nomen verbale. *Monitus sum, seneo, senui.* Desunt in S. *Exceptis.* Excepto. Edd.

CAPUT VII.

Sic, quae pars orationis est. Ante haec verba leguntur in editionibus decantata illa: Dic caesuras, semiquinariam et semiseptenariam. Sic fatur lacrimans classi. Quot figurarum est hic versus? Decem. Cur. Quia habet duos dactylos et tres spondeos. Tracta singulos pedes. Sic fa, tur lacri, mans clas, si quim, mittit ha, benas. Quot partes orationis habet hic versus? Septem nomina duo: classi, habenas. Verba duo: fatur, immittit. Participium unum: lacrimans. Adverbium unum: sic, Et coniunctionem: Que. De quibus omnibus nihil invenitur in Mss. *Quid est adverbium* cet. Haec assumsi-

vis, tentum esse vel fuisse et tensum esse vel fuisse, tentum ire et tensum iri. Quae differentia est inter infinita passivi et impersonalis? Quia passivum verbo eget tantummodo ut amari volo. Ostendo enim me pati velle aliquid ab alio. Impersonale vero infinitum non solum verbo, utpote infinitum, sed etiam certa aliqua persona, sive per pronomen, sive per nomen, eget, utpote impersonale. Si enim dicam amari a me volo pro amare accipitur, quod est activum. Impersonale enim semper activam vim habet. Gerundia tenendi, do, dum, tentum tentu. Participia veniunt a verbo activo duo: praesentis temporis tenens, futuri tenturus. Passivum indicativo modo: teneor, tenebar, tentus sum vel fui, tentus eram vel fueram, tenebor. Imperativo modo: tenere, teneatur, teneamur, tenemini, teneantur; tenetor, teneatur, teneminor tenentor vel teneantur. Optativo mo-

finitis impersonalium. Infinitivis imp. Edd. *Infinitus* tamen in S. *Tentum ire et tensum iri.* Sic est in codice S. Editi: Tentum iri vel tensum iri. In R. de his exemplis haec tantum leguntur: tentum esse vel fuisse. *Inter infinita.* Inter finita O. P. *Verbo eget.* Verbum eget. S. *Non solum verbo.* Non solum verbum R. qui accusativus etiam in sequentibus invenitur: certam aliquam personam. *Pro amare accipitur.* His verbis explicit caput hoc in R. ac statim, nulla apparente lacuna sequitur initium sequentis: *Sic futur lacrimans* cet. *Impersonale enim semper.* Impersonale autem s. S. *Praesentis temporis tenens, futuri tenturus.* Praesentis temporis et futuri. Praesentis, tenens; futuri, tenturus. Edd. *Passivum, indicativo modo.* Sic in codice. Editiones habent: Declina etiam passivum. Indicativo modo, tempore praesenti. cet. Tempora indicationes et nomina, ut supra, etiam nunc desunt in S. *Imperativo modo.* cet. Dedimus ut est in S. *Infinitum.* Infinitivo

servat prima et tertia pluralis persona, nam secunda indicativum sequitur in omni coniugatione, amare, ametur, amemur, amamini, entur. In secunda vero coniugatione secunda quidem persona productam habet e penultimam, tertia autem a post e, ut docere doceatur, quam servat prima et tertia pluralis, ut doceamur, docemini, doceantur. In tertia coniugatione e correptam habet penultimam secunda persona, ut legere, tertia vero a, quam servat prima et tertia pluralis, ut legere, legatur, legamur, legimini, legantur. In quarta i penultimam habet productam, ut munire, tertia vero persona a post i quam servat prima et tertia pluralis, ut muniatur, muniamur, munimini, muniantur. Sed haec in regulis verbalibus latius tractata invenies. Futuro: fator, fetur, faminor fentur vel fantor. Optativo modo: utinam

ab editis libris exhibet hic codex S. nam in R. haec omnia omissa. Is igitur sic: *Quam servant tres plurales personas, ut: amare, ametur, amemini, amentur.* Ac deinde, ubi de secunda coniugatione agitur: *Eamque servant tres plurales personas, ut: doceamur doceamini, doceantur.* Item in tertia: *quam servant plurales omnes*, ut: *legere, legatur, legamur, legamini, legantur.* Eodem modo ubi de quarta sermo est: *Quam tres plurales servant, ut: muniamur, muniamini, muniantur.* In loco de prima, quod per se intelligitur, omissa etiam sunt verba: *Nam secunda* (persona) *indicativum* (al. add. quum) *sequitur in omni coniugatione.* Quomodo haec varietas orta sit, quam, utpote quae sit contra ipsam auctoris mentem, qui aliis in locis imperativi secundam personam pluralem convenientem cum indicativo scribit, in textum recipere dubitavi, haud facile dictu est. *Sed haec in regulis verbalibus.* In S. *Verbialibus. Futuro.* S: *Futuri. Fetur.* In Edd: fator ille. Quod sequitur: *faminor* deest in S. ergo omisimus. *Optativo modo*, cet. Temporum nomi-

nam farer, fatus essem vel fuissem, fer. Subiunctivo modo: cum fer, farer, fatus sim vel fuerim, fatus essem vel fuissem, fatus ero vel fuero. Infinita: fari, fatum esse vel fuisse, fatum iri. Gerundia: fandi, fando, fandum, fatum, fatu. Participia veniunt a verbo deponenti tria, praesens, praeteritum et futurum. Praesens fans, unde et infans qui loqui non potest. Praeteritum, fatus, futurum, faturus. Et sciendum quod in omni verbo quod habet participium praeteriti temporis ex hoc per interpositionem ru facimus futurum, ut amatus, amaturus; doctus, docturus, dictus, dicturus, exceptis paucis, mortuus, moriturus, in quo secundum analogiam praeteritum debuit esse moritus. Nullum enim participium geminat u. Similiter orior, ortus, oriturus, pro orturus, cassus, cariturus. Sed haec quoque in regulis verborum latius tractavimus. Cur impersonale non habet hoc verbum? Quia nullum in r desi-

mina rursum desunt in S. *Infinita.* Edd: infinitivo modo. *Participia veniunt* cet. Horum, et eorum, quae hactenus lecta sunt, per pauca tenet R. Is enim breviter sic: *Declina. For, fatus, fatum fatu. Tria participia a verbo deponenti, praesens ut fans, unde componitur infans* cet. *Fata, fatum — futura, futurum.* Desunt in Mss. *Geminat u.* Ordo e scriptis libris. Editi: u geminat. Quae sequitur vox *similiter* deest in S. *Pro orturus.* Post haec leguntur in Edd. duo exempla: *Partus, pariturus; ortus, oriturus;* quibus a codicibus nostris nulla accedit auctoritas. Propterea omisimus. *Cassus, cariturus.* Sic est in R. O. P. Mediol. In uno S. *Casus.* In Putsch. et Ald. *Caritus*, quod nihili. *Sed haec quoque. Sed hoc quoque.* In Edd. *Sed haec.* In R. sine *quoque. Latius tractavimus.* Ita scripti. *Plenius* Edd. omnes praeter O., quae *plenius. Quia nullum in r desinens* sic scripti Editi: *Quia nullum*

in

sinens generat ex se impersonale, id est nec passivum nec commune nec deponens, excepto uno misereor, quod miseret impersonale fecit, e contrario illorum quae ex activis vel neutris nascuntur, quae faciunt in *ur*. Nam pleraque illorum, vel magis omnia, exceptis paucis, passivam habent declinationem et tertiarum personarum, ut statur, amatur, quiescitur, itur. Excepta vero sunt a contingo, contingit; placeo, placet; evenio, evenit; vaco, vacat; iuvo, iuvat; in quibus tertiae similia sunt activae personae, vel neutrali impersonalium. Nam poenitet, piget, taedet, pudet, licet, libet positiva sunt, quamvis libeo et liceo dicatur, sed alterius sunt significationis; antiquissimi tamen et poeniteo, et

in or desinens. *Generat ex se impersonale.* Verba ex se omittunt Edd. *Nec passivum nec commune.* Ordo debetur Mss. *Excepto uno misereor.* Exc. u. miseror. O. *Impersonale fecit.* Facit impersonale. Impressi. *Quae faciunt in ur.* Haec assumsimus ex uno R. *Et tertiarum.* *Et* dedimus e scriptis. *Amatur* deest in R. *In quibus tertiae similia sunt.* Hanc librorum scriptorum lectionem deserere nolui, quia, quod in Edd. legitur, *similes*, haud dubie est ex correctione. Pro *neutrali* in R: *neutralis.* In antecedd. *Excepta vero sunt*; habent omnes, praeter Ald. et Putsch. quae praebent: *Excipiuntur autem.* *Sed alterius sunt significationis.* Quae post haec leguntur in Aldina et Putschiana: *libeo enim τὸ πωλεῖν, liceo vel liceor ἐκπλειστηριάζω significant*; ea ita leguntur in R: *Liceo enim vendo unde et licitatio ipsa res dicitur, i. e. venditio.* In S. desunt. In Mediol. sic: *Libeo enim g.* (i. e. graecum) *liceo vel liceor g. significant.* Graeca deesse in O. P. indicavit Bondamus. Iam cum Graeca eiusmodi sint, ut dubitari possit, an non ab auctore profecta sint; auctoritate codicum totum locum pro interpretamento habui, omisique. *Πωλοῦμαι* est liceo, non libeo. *Ἐκ*- *πη*

et pudeo, et pigeo; et misereo dicebant. Nomen verbale vel participiale fandus, fanda, fandum. Pleraque enim verba etiam si participia futura passiva non habent, nomina tamen formae huiuscemodi pleraque inveniuntur habere. Praeteriti quoque pleraque participia in tus desinunt, et mutant tus in tor, et faciunt nomen verbale, ut amatus, amator; doctus, doctor; lectus, lector; auditus, auditor, sic ergo fatus, fator, possumus dicere. Antiqui tamen etiam passive proferebant fatus, unde fatum dictum. Id enim esse dixit Plato fatum, voluntatem et iussionem dei. Fac compositum ab eo quod est for. Affor, affaris, affatur, ut apud Virgilium:

Af-

ϑημαρίζω verbum est ignotum, de cuius auctoritate dubitari licet. *Pigeo* abest a R. *Nomen verbale vel participiale.* Nomen verbiale vel participiale R. nomen verbiale vel participale. S. Nomen participiale vel verbale. Edd. *Futura passiva. Passiva* vox deest in R. *Formae huiuscemodi.* Huiuscemodi forma Ald. Reliquae edd. huiuscemodi formae. *Inveniuntur habere.* Ordo e codd. *Praeteriti quoque.* Praetérita quoque. O. P. Mediol. Praeterea quoque. Ald. Putsch. Quae iam sequuntur haud mihi dubium est, quin depravata sint. Libri scripti ab Edd. nihil discrepant, nisi quod pro *tor* habeant *or*. Emendatio multis modis fieri potest. Sed hoc ipsum in causa est, cur abstineam manus. *Antiqui tamen etiam passive* cet. In his omnibus ea edita sunt, quae legebantur in codice R. Reliqui enim omnes libri magis minusve depravata exhibent. *Antiqui tamen etiam passive proferebant fatus pro dictus dicentes unde fatum dictum est in usu adeo id enim esse dixit Plato fatum voluntatem et iussionem dei.* S. *Antiqui tamen etiam passive proferebant fatus pro dictus dicentes, unde fatum dictum et fatum dei. Idem enim esse dicit Plato, fatum voluntatem et iussionem dei.* Ald. Putsch. cum quibus consentiunt O. et P. excepto quod vocem *unde* ignorant. *Antiqui tamen etiam passive proferebant fatus pro dictus dicentes. Fu-*

sus

Affaturque deos et sanctum sidus adorat.

Et sciendum, quod rarissime simplicis prima persona invenitur in usu for quomodo et dor. Inde putant quidam etiam fas et nefas dictum, quod iustum est dici vel taceri. Ex quo fasti et nefasti dies, et festi. Cur participium huius verbi praeterito tempore a habet ante tus? Quia omnia quae in avi faciunt praeteritum in activis, et omnia communia et deponentia primae coniugationis, in atus a penultima producta praeteritum participii faciunt, ut amo, amavi, amatus; accuso, accusavi, accusatus; luctor, luctatus; osculor, osculatus; criminor, criminatus. *Lacrimans*, quae pars orationis est? Participium. Cuius generis? Communis trium generum. Omnia enim participia praesentis temporis trium generum sunt, et in duas desinunt consonantes n et s. Nam etsi naturaliter quaedam ad mares pertinent, ut fu-

tuo,

dum dictum et visum dei. Idem enim esse dixit Plato fatum voluntatem et visionem dei. Mediolanensis Editio. *Quomodo et dor.* Quomodo et a do, dor. Edd. Quae post haec verba in Edidis et S. sequuntur: *ipse res fatus et fatio et fatum*; auctoritate codicis R. omisi. *Et festi.* Editi: et fasti τὰ ἀμφιλόγια. Sed P. et Mediol. exhibent: *et festi ἀποφραδες.* Nos secuti sumus codicem S. Nam in R. haec omissa erant. Nolimus tamen, quam exhibuimus, lectionem pro vera affirmare. Verum codici obsequendum duximus. *Osculor, osculatus.* Haec desunt R. *Participium.* Quae nunc in libris edidis leguntur: *Quid est participium? Pars orationis partem capiens nominis; partemque verbi. Participio quot accidunt? Septem. Quae? Genus, numerus, figura, casus, tempus, significatio, forma*; ea ut repetita ex superioribus, nec in ullo codice apparentia, omisi. *Cuius generis? Communis trium generum.* Sic S. cum Editionibus. Verum totus locus sic exhibetur in R: *Lacrimans, quae pars? Par-*

ti-

tuo, devirgino, vel ad feminas, ut futuor, nubo, devirginor; possumus tamen in alterum sexum transferre, vel figurate, vel per irrisionem, vel per epicoena; ut si dicam bona anima est, quae istam virginem devirginavit; vel bonus animus qui illi marito nupsit. bene igitur dicitur quod omnia verba et participia apta sunt ad omne genus dici. Cuius casus hic? Nominativi, potest tamen etiam esse vocativi. Omnia enim sive nomina sive participia nominativum et vocativum similem habent, exceptis graecis et in us desinentibus secundae declinationis, cuius propria, si *i* ante *us* habuerint, abiecta us vocativum faciunt, ut Virgilius Virgili. Alia ergo omnia, us in e convertentia, faciunt vocativum ut Turnus, Tur-

ticipium, omnis generis. *Ut si dicam* cet. Merito fecissem, si haec usque ad verba —: *ad omne genus dici* elecissem. Sunt enim aperta interpolatio. Sed quoniam uterque codex eam agnoscit, eam eiusdem aetatis esse iudicavi, qua est tota huius libri forma, uti nunc habemus. Qua ratione nec varietates librorum indicare supersedebimus. Primum in antecedentibus verba: *devirgino*, *futuor*, *devirginor* a R. absunt. Pro: *per epicoena* R. per epichena; S. per *eresina*; Editi: per epicoenon. Deinde pro: *illi marito nupsit*; uterque Codex Ms. *illum maritum nupsit.* Denique pro: *apta sunt ad omne genus dici*; exstat in R: *apta sunt et ad omne genus dici possunt.* Idem est in S. a correctoris manu. Nam prima manus habet: *apta sunt et ab omni genere possunt dici.* Editi, ut expressimus. *Cuius est casus hic? Nominativi.* Cuius est casus? Nominativi in hoc loco. Editi. *Sive nomina, sive participia.* Sic scripti. Nomina sive participia. Editi. *In us desinentibus.* Sic unus S. Reliqui vitiose: *In ius desinentibus.* *Cuius propria si i ante us.* Cuius est proprie si cet. R. Cuius propria si ante us i. Editi. *Alia ergo omnia.* Alia vero us. Edd. Quae antecedunt: *Terentius*, *Terenti*, ab-

Turne; socius, socie; myrtus, myrte; laurus, laure. Virgilius:

Et vos o lauri carpam, et te proxima myrte.

Est tamen etiam in huiuscemodi invenire saepe vel euphoniae causa vel metri nominativum pro vocativo positum, ut Lucanus:

Degener o populus

populus pro populе posuit, et Virgilius:

Corniger hesperidum fluvius regnator aquarum

fluvius pro fluvie posuit. Cuius est temporis? Praesentis. Nulla enim participia in duas consonantes desinentia temporis praeteriti vel futuri inveniuntur. Sciendum tamen quod quomodo participia praeteriti temporis coniuncta cum verbis temporis praesentis praeteritum tempus significant, ut lectus sum es es; sic participia praesentis si conjungantur cum verbis praeteriti temporis, loco praeteriti temporis accipiuntur, ut amans feci, studens legi. Cuius est significationis? Activae. Nascitur enim a verbo lacrimo, la-

absunt ab codicibus Mss. *Laurus, laure.* Recepi ex R. ubi deerant: *Socius, socie. Virgilius: Et vos* cet. Virgilius in bucolicis. Edd. Nomen *Virgilius* abest ab R. ubi nudum exemplum sine auctoris mentione ponitur. *Est tamen etiam* cet. Potest tamen etiam — invenire. P. et Mediol. In ordine a nobis exhibito consentiunt libri scripti, ut fere semper. Edid, praeter citatos P. et Mediol: *Est tamen invenire etiam. Euphoniae causa vel metri.* Sic in Mss. *Euphoniae vel metri causa.* Editiones. *Degener o populus.* Reliqua versiculi pars: *post saecula longa decorum*, cuius postremum verbum Putsch. habet: *decorum*; deest in Scriptis. *Sciendum tamen.* Sciendum autem. Edd. *Cuius est significationis? Activae.* Desunt in R. qui statim sequentia ita ponit: Nascitur a verbo

lacrimas, lacrimat. Cuius activum passivam vim, passivum activam videtur habere. Nam patitur dolorem qui lacrimat et facit qui lacrimatur. Multa tamen similia inveniuntur, ut lugeo et lugeor, ploro et ploror. Formas verborum suorum vel species activa habent participia, ut lecturio, lecturiens; fervesco, fervescens; curso, cursans; cursito, cursitans. Cuius numeri? Singularis, figurae, simplicis. Cui casui adiungitur. Accusativo: lacrimans illum. Necesse est omnia participia his casibus adiungi, quibus et verba, ex quibus nascuntur; ut lacrimo illum, lacrimans illum; invideo tibi, invidens tibi; misereor tui, miserens tui. Nam si ad alium casum transeant, perdunt etiam vim participii, et ad nomi

Cuius activum cet. Dedimus, ut erat in §. *Cuius activum passivam habet vim* cet. R. *Cuius activum vim passivam, passivum vim activam* cet. Ita turbant ordinem Editi, ut semper. *Formas verborum suorum vel species activa habent participia.* Sic dedi ex mea cōniectura. In R. ita: Formas verborum suorum, vel species activorum habent participia. In §: Formas vel species activorum verborum habent participia. In Editionibus: Formas suorum verborum vel species habent participia. Ratio manifesta. Non omnia participia possunt formam vel speciem verborum suorum, nedum activorum, habere. *Activorum* autem vocem agnoscit uterque codex. Hinc *activa participia* feci, quia nulla alia participia, quam praesentis activa, omnes verborum suorum species imitari possunt, ut Ferveo, fervens; fervesco, fervescens. Curro, currens; curso, cursans; cursito, cursitans. An eodem iure dici possit cursatus et cursitatus, rectè ambigitur. *Cuius numeri? — adiungitur.* Haec desunt in R. Ubi ita: Accusativo casui adiungitur. *Necesse est.* Editi addunt *enim*, quod ignorant Mss. *His casibus.* Sic S. R. O. P. Mediol. *In casibus.* Ald. Putsch. *Nam si ad alium casum transeant, perdunt*

mina transferuntur; ut si dicam amans illum, participium est, quia et amo illum dicimus. Sin autem amans illius, nomen est, quod significat: ἐραστὴς ἐκείνου. Unde etiam comparationem accipit, amantior, amantissimus. Similiter timens illum, et timens illius, fugiens illum, et fugiens illius, ut Terentius

Fugiens litium.

Semper tamen ex participio praesentis temporis tria gerundia vel participialia solent nasci ablata s et addita di, do, dum; ut amans, amandi, amando, amandum; lacrimans, lacrimandi, lacrimando, lacrimandum, et participium futuri passivum lacrimandus a lacrimor. Est etiam nomen ὁ δακρυτέος. Declina verbum tam activum quam passivum: lacrimo, lacrimas, lacrimat, lacrimor, lacrimatus. Quotae est declinationis lacrimans? tertiae. Omnia enim participia praesentis temporis tertiae sunt declinationis, ut pote in duas desinentia consonantes, praeteriti vero temporis participia et futuri cum sint mobilia, mas-

etiam cet. *Transeunt* in S. *Ad* pro *in* scripsi, *etiam* addidi e Mu. *Quod significat:* ἐραστὴς ἐκείνου. In neutro codice graeca. Affuisse ostendit S. ubi est: *Sin autem amans illius*; voce *nomen* alio loco superscripta. In R. est: *Sin autem nomen est; amans illius dicimus.* In P. et Mediol: ἀγαπητὸς ἐκείνου. Nostra autem ratio debetur Aldo. *Fugiens litium.* Scripti. Fugitans litium. Editi. In antecedd. Editi addunt: *in Phormione*, quod nesciunt Scripti. *Participialia.* Participalia. Uterque cod. scriptus. *Et participium futuri passivum* cet. Exhibuimus, quae sunt in R. Diversa in S: *Ex participio futuri nomen ὁ δακρυτέος ex praeteritis participiis nascuntur.* Sic a prima manu; a posteriore: *Et participium futurum nomen* cet. Pro *est etiam nomen* in Ald. et Putsch: Est tamen etiam nomen. In O. P. Me-

masculinum et neutrum secundae habent declinationis, femininum vero primae, ut hic et haec et hoc lacrimans, lacrimatus, lacrimata, lacrimatum; lacrimandus, lacrimanda, lacrimandum; lacrimaturus, lacrimatura, lacrimaturum. *Classi?* Superius sufficienter de hoc tractavimus. *Que*, quae pars orationis est? Coniunctio. Cuius est potestatis? Copulativae, ordinis postpositivi. Est autem encliticum, et haec et aliae duae coniunctiones ue, ne. Ne autem solet etiam abiecta *e* encliticam vim retinere, ut Pyrrhin', tanton'. Quae enclitica: *que*, *ue*, *ne*, praepositionibus ante se positis erigunt extremae syllabae fastigium, ut propterque illum, interue homines, Cuius figurae? Simplicis. Compositaque semper postponitur, ut atque quoque. Namque syllabice quoque additur in fine et vim coniunctionis amittit enclitī-

Mediol: Et tamen etiam nomen. *Secundas habent declinationis, femininum vero* cet. Secundae sunt declinationis cet. S. Ceterum quae a voce *Interim* usque ad voc. *Classi* leguntur intermedia, desunt omnia in R. *Classi.* Ita S. R. Reliqui ex errore typographico, qui omnes occupat: *Classis.* Ceterum notandum, sequi in utroque codice verba: *quae pars est*; deleta tamen et obducta. *Coniunctio.* Quae hoc verbum in Editis excipiunt: *Quid est coniunctio? Pars orationis adnectens ordinemque sententiae. Quot accidunt coniunctioni? Tria: potestas, figura ordo*; ea ut ea superioribus repetita desunt in utroque codice. In R. contextus ita cohaeret: *Coniunctio, potestatis copulativae, ordinis postpositivi. Encliticam vim retinere.* Editi: possidere. *Ut Pyrrhin', tanton'.* Ut Persius: tanton'. S. et sequitur spatii aliquid vacui, tanquam versiculus Persii omissus esset. *Quae enclitica,* Ita reposui ex S. Reliqui: *Enclitica*, praeter R. ubi vox abest. *Cuius figurae? Simplicis.* Figurae simplicis. R. *Compositaque.* Composita *que* R. Mediol. Putsch. *Namque syllabice quoque* cet. De-

cliticae, ut undique denique itaque. Tunc autem penultimo acuto profertur, quando coniunctio est rationalis. Utraque pleraque quaeruntur cum sint una pars orationis, nec *que* divisa vel pro coniunctione accipiatur, cur non tertium ab ultima acutum habuerunt. In quo possumus dicere, quod accentus masculinorum et neutrorum, qui penultimus est acutus, acuit et feminina in suam legem cadentia. Nec mirum euphoniae causa hoc in his evenisse, cum in aliis quoque compositis hoc invenitur, ut calefacis, tepefacis, suaverubens, quae omnia debent secundum ana-

dimus, quae erant in R. Locus eget emendatione, quae quia multis modis fieri posse videbatur, manum abstinuimus. Non enim est difficile, proponere emendationes; sed difficile est ex multis probabilibus dispicere verum. Nunc varietatem librorum laudasse sufficiat. *Namque syllabica quoque additur in fine et vim coniunctionis emittit enclitice, ut: undique, denique, itaque. Quando autem penultima acuto profertur, id est, quando coniunctio est rationalis.* Sic in S. brevi spatio post haec relicto. — *namque. Syllabica quoque additur in fine et vim coniunctionis emittit. Et enclitice, ut undique denique. Itaque quando antepenultima acuto profertur, id est quando coniunctio et rationalis.* In his Edidi consentiunt, nisi quod in P. ultima verba ab: *id est* usque ad finem desunt. *Quaeruntur.* Scripti. *Quaeritur.* Editi. *Nec que divisa.* Sic in R. quem secutae sunt Ald. et Putsch. *Nec que divisa* O. P. Mediol. *Neque divisa.* S. *Vel pro coniunctione accipiatur.* Vel pro coniunctione accipitur S. *Vel pro coniunctione accipiantur.* R. *pro coniunctione accipiatur.* A. Putsch. *Cur non tertium ab ultima acutum habuerunt.* Ita S. R. *Cur non tertium ab ultimo acutum habuerunt.* Ald. Putsch. *Cur non tertia ab ultimo acutum habuerit.* P. et Mediol. *habuerint* O. *In suam legem cadentia.* Ita Scripti. *Concidentia* in Edd. *Cum in aliis quoque compositis.* Haec e Mss. In Editionibus est: *Cum in aliis quoque quibusdam compositorum. Hoc invenitur.* Hoc idem invenimus. Ald. Putsch.

analogiam in ante penultima habere acutum, in penultima tamen habuerunt. Immittit quae pars orationis est? Verbum, modi indicativi, formae perfectae, coniugationis tertiae correptae, significationis activae, numeri singularis, figurae compositae ex corrupto et integro. *In* praepositio mutavit n in m, quia sequens verbum ab m incipit. Solet enim p, vel m, vel b sequente anteposita n in m converti, ut compono, impono, committo, comburo, imbuo. Cuius temporis? Praesentis, personae tertiae. Declina. Indicativo modo: immitto, immittebam, immisi, immiseram, immittam. Imperativo modo: immitte, immittat, immittamus, immittite, immittant vel immittunto. Optativo: utinam immitterem, immisissem, immittam. Subiunctivo: cum immittam, immitterem, immiserim, immisissem, immisero.

In-

Putsch. Hoc idem invenitur. O. P. Mediol. *Significationis activae, numeri singularis.* Haec desunt in R. Priore loco *generis activi* habent Edd. *In praepositio.* Editiones: *Nam compositio. Solet enim p, vel m*, cet. In codicibus est ita: *Solet enim p, vel m, vel b antepositam n in m converti*; sine sensu. Editi vero: *Solet enim vel* (hoc *vel* abest a Mediol.) *p vel m vel b sequente n in m converti in compositione.* Vocem *sequente*, quam praebent Edd. retinuimus. *Anteposita* pro *antepositam* posuimus. *Impono — comburo —.* Haec duo reposuimus e libris scriptis. *Declina.* Quae iam sequuntur, ita inveniuntur in R: *Immitto, immisi, immissum, immissu. Participia activa immittens, immissurus; passiva immissus, immittendus. In to desinentia verba* cet. in S. vero haec sunt: *Indicativo modo immitto, immittebam, immisi, immiseram, immittam et reliqua per omnes modos.* Sed haec postrema: *et reliqua per omnes modos*; erasa sunt paullum, pro quibus in margine, signo indicante, huc pertinentia leguntur, quae dedimus. Coniugatio per omnes formas explicata et

 di-

Infinitivo: immittere, immisisse, imissum ire. Impersonalia: immittitur, immittebatur, immissum est vel fuit, imissum erat vel fuerat, immittetur. Imperativo: immittatur immittitor. Optativo: utinam imitteretur, immissum esset vel fuisset, immittatur. Subiunctivo: immittatur, immitteretur, immissum sit vel fuerit, immissum esset vel fuisset, immissum erit vel fuerit. Infinita: immitti, immissum esse vel fuisse, immissum iri. Gerundia: immittendi, immittendo, immittendum, immissum, immissu. Participia activa: immittens, et immissurus. Passiva: immissus, immittendus; nomen verbale immissor, ipsa res, immissio. Cur immitto, immisi facit praeteritum? In to desinentia verba, c quidem antecedente, tria sunt, quorum unum in xi facit praeteritum perfectum: flecto, flexi; duo autem in xui necto, nexui; pecto, pexui. Ut Asper. Charisius vero *pexi* protulit. *E* brevi antecedente in eandem to syllabam terminantia duo inveniuntur, quorum alterum in vi syllabam, alterum in ui disiunctas faciunt praeteritum: peto, petivi; meto, messui. M. Ca-

diducta est in Editionibus. *Cur immitto immisi facit praeteritum.* Cur misi facit praeteritum. Editi. *Flecto, flexi.* Sic in codicibus, quos secutus est Putschius. Reliquae editiones omnes: *plecto, plexi.* *Ut Asper.* Ita S. *Sic Asper de verbo.* Editi. In R. vero haec cum sequentibus: *Charisius vero pexi protulit. E brevi antecedente*; desunt. Linea enim una excidit. Cf. Prisciani Gr. Lib. X. pag. 902. ed. Putsch. Ubi tamen Asperum *pectivi* protulisse affirmatur, quod codices exhibent: *pectui*, quae scriptura vera est. *In campo Tiburtino.* Ita dedimus e codice S. In R. utrumque exemplum cum auctorum nominibus omissum. *In campo Tiburti* scriptum a Putschio.

In

Cato in secundo originum: *In campo Tiburtino, ubi hordeum demessuit.* Cassius Emina in tertio Annalium: *ubi hordeum demessuerunt.* *P*, antecedente unum invenitur; inepto, ineptui. *R*, antecedente duo: verto, verti, et sterto, sterti. *T*, antecedente unum: mitto, misi. Sed antecedente s unum: sisto, steti, quod etiam ab sto, steti fit. Cum igitur in si faciunt praeteritum perfectum, supina in *sum* vel in *su* faciunt, ut laesi, lusi, arsi, risi; laesum, lusum, arsum, risum, vel laesu, lusu, arsu, risu. Unde et laesus, lusus, arsus, risus. Laesurus, lusurus, arsurus, risurus. Fac alia a verbo mitto composita. Amitto, demitto, summitto, omitto, committo, admitto, permitto, promitto, praemitto, praetermitto. Ab emitto, emissarius nascitur. Et a simplici missus hic et haec missilis et hoc

In campo Tiburtino ubi desunt in Ald. P. O. et Mediol. *Cassius Emina in tertio.* Sic plene scriptum in S. *Emina* etiam edd. praeter Putsch. Omnes tamen editiones habent: *in V.* Cf. Priscian. Gram. lib. X. pag. 903. ubi idem exemplum laudatur, sic tamen: Cassius Hemina in tertio annalium. *In campo Tiburte. ubi hordeum demessuerunt.* Ita codices nostri. *T antecedente unum: mitto.* T antecedente unum invenitur immitto. Edd. *Sed antecedente S unum.* In his edd. secuti sumus. In S. erat: *S antecedente s;* fuit tamen a prima manu: *antecedente s;* et prius *s* compendium est pro: *sed.* In R: *In sI unum, sisto* cet. *Quod etiam ab sto, steti fit.* Haec sapiunt glossema. Sunt tamen in S. sed ita: *et abito, steti fit,* ubi apertius se prodit glossatoris manus. In R. desunt. *Vel in su faciunt.* Vel in tum faciunt. S. a pr. m. *Amitto, demitto, summitto, omitto.* Ordo et numerus compositorum est e libris scriptis. In Editis etiam *remitto* legitur, quod abest a scriptis. *Permitto* deest in O. P. Mediol. *Praetermitto* repostimus ex Scholiis, quae

hoc missile. Possumus etiam, hic et haec missibilis et hoc missibile dicere, quomodo penetralis et penetrabilis. *Habenas*, quae pars orationis est? Nomen. Quale? Appellativum. Cuius speciei? Derivativae. Unde derivatur? A verbo habeo, unde etiam aspirationem habet, et per b mutam scribitur. Nam avena quae τὸν βρόμον significat, et sine aspiratione est, et per u scribitur. Est igitur habena cum aspiratione nomen verbale. Cuius generis? Feminini. Numeri pluralis, figurae simplicis, casus accusativi, declinationis primae. Cur? Quia omnia in a desinentia declinationis primae sunt, exceptis neutris, quae graeca sunt, et apud graecos in τος faciunt genitivum, apud nos autem *os* in *is* convertentia tertiae sunt declinationis, ut τόρευμα, τορεύματος; toreuma,

erant in R. Verba: *ab admitto admissarius*, quae sunt in Ald. Putsch. absunt a reliquis. *Nascitur.* Deest in Ald. et Putsch. In O. P. Mediol. haec et sequentia aliter: *Immissarius, remissarius; nascitur et missus, sagitta ab emittendo, hic et haec missilis et hoc missile.* Omnia autem haec cum scholiis textui insitis coniuncta sunt in R. ut difficile sit dictu, an non etiam inter ea, quae nunc pro verbis auctoris habentur, scholia sint. Lubenter enim accenserem iis omnia, quae post verba composita laudantur: *Ab emitto emissarius* cet. R. enim sic haec cum Scholiis coniungit: *Emitto inde emissarius.* Sed vide Scholia. *Unde etiam aspirationem habet. Inde* est in Editis. *Avena, quae τὸν βρόμον significat.* Ita expressis literis in R: ΤΟΝ ΒΡΟΜΟΝ. In S. vero est: quae *oppomion* significat, quod idem verbum habent Scholia in R. vide Scholia. P. exhibet: *βοτανα αυλου.* In Mediol. ex errore typographico: *βοτανα αυλον.* Ceterum *βρόμον* significare avenam, vel lexica docebunt. *Faciunt genitivum.* Faciunt voc. in utroque codice deest. In Putsch. ex foedo errore typorum le-

ma, toreumatis, σχῆμα, σχήματος; schema, schematis. Litterarum vero nomina tam in a quam in quascunque alias litteras desinentia et apud nos et apud graecos indeclinabilia sunt, ut ἄλφα, βῆτα, γάμμα. Non recte enim Donatus digammon posuit. Ab habeo fit habito, habitudo, habitaculum, habilis. Composita: inhibeo, cohibeo, prohibeo, perhibeo, exhibeo.

CAPUT VIII.

Tu quoque littoribus nostris Aeneia nutrix.

Tu quae pars orationis est? Pronomen. Quid est

legitur in antecedd. *Et apud in Graecis.* Σχῆμα — *Schematis.* Desunt in S. *In quascunque alias.* Sic script. Editi: in alias quascunque. *Non recte enim digammon posuit.* Scripti. Non enim recte Donatus digammum posuit. Editi. *Ab habeo fit.* Ab eo fit. S. *Composita: inhibeo* cet. Ordo et numerus compositorum e Codicibus.

CAPUT VIII.

Tu, quae pars orationis est. Hoc loco libri in longe diversa abeunt. Nos secuti sumus codicem S. Ante haec verba haec inveniuntur in R: *Scande versum. Tu quoque littoribus nostris Aeneia nutrix. Quot habet caesuras? duas. Semiquinariam: Tu quoque littoribus. Et semisepenariam: Tu quoque littoribus nostris. Quot figurarum est? Decem. Habet enim tres dactylos et duos spondeos. Tracta singulos pedes. Tuquoque etctr.* (sic) Impressi vero haec habent: *Quot caesuras habet? Duas; semiquinariam et semiseptenariam. Tu quoque littoribus nostris. Quot figurarum est? Decem; habet enim tres dactylos et duos spondeos. Tracta singulos pedes. Tu quoque littoribus nostris Aeneia nutrix. Quot partes orationis. Sex. Nomina tria: littoribus, Aeneia, nutrix. Pronomina duo: tu, nostris. Coniunctionem: quoque. Tractu per singulas par-*

tes

est pronomen? Pars orationis, quae pro nomine posita tantundem pene significat, personamque interdum recipit. Ideo autem pene, quia substantiam tantum significat, non tamen etiam qualitatem quomodo nomen. Bene igitur videntur fecisse qui carentia personis finitis separant a pronominibus. Nam pronomen proprie est, quod pro proprio nomine ponitur. Itaque quia propria nomina plus aliis omnibus nominibus finita sunt, certam enim rem aliquam significant, pronomen quoque quod loco proprii nominis accipitur debet finitas habere personas. Sunt igitur pronomina de quibus nulla dubitatio est, primitiva quidem personae primae: ego, et obliqui casus eiusdem pronominis; secundae: tu, tertiae vero sex: sui, ille ipse, iste, hic, is. derivativae primae personae: meus, noster, nostras; secundae: tuus, vester, vestras; tertiae: suus. Haec tam apud nos quam apud graecos pronomina ab omnibus

tes. Tu quoque. *Quid est pronomen.* Quae post haec verba in libris Editis sequuntur: *Pars orationis, quae pro proprio nomine unicuique accipitur, personasque finitas recipit. Item aliter;* ea desunt in MSS. Ergo delevimus. *Ideo autem pene, quia substantiam tantum significat.* Ideo autem dico pene cet. Editi omnes. *quia quamvis substantiam significat.* Ald. et Putsch. *Nam pronomen proprie est.* Pronomen proprie. Editiones. *Rem aliquam.* Ita scripti. *Aliquam rem.* Editi. *Debet finitas habere personas.* Hoc ordine MSS. consentientes, ut in his semper. Editi: *debet finitas personas habere. De quibus nulla dubitatio est.* Quae nunc sequuntur in editionibus: *Quindecim, octo primitiva et septem derivativa;* ea a codd. MSS. absunt; eorum tamen pars, ut scholion, alieno loco leguntur in R. Vide scholia. *Sui, ille, ipse, iste* cet. Ordinem codd. secutus sum.

tibus accipiuntur. Caetera vero quae sunt infinita, vel interrogativa, vel relativa, substantiae, vel qualitatis, vel quantitatis, vel numeri, magis nomina dicenda sunt, quam pronomina. Substantiae, infinitum vel interrogativum: quis; relativum: qui; qualitatis interrogativum vel infinitivum, vel relativum: qualis; significat enim ποῖος penultimo acuto, quod est interrogativum, et ποιὸς ultimo acuto, quod est infinitum, et ὁποῖος, quod est relativum. Eius redditivum: talis. Quantitatis interrogativum vel infinitum vel

cum. *Magis nomina dicenda sunt, quam pronomina.* Haec desunt in S. Habent autem et R. et Editi omnes. Sed in R. a scholio etiam excipiuntur, quod vide suo loco. *Substantiae infinitum vel interrogativum.* Sic priscae editiones, cum quibus consentit R. nisi quod ibi *vel* omissum est. *Substantiae infinitum vel qualitatis interrogativum.* S. nullo idoneo sensu. *Qualitatis interrogativum* cet. Sic in R. Vox *qualitatis*, quae antea alieno loco legebatur in S. nunc deest. Editi sic: *interrogativum vel infinitivum vel relativum qualitatis, ut. Significat enim* ποῖος, *penultimo acuto* cet. Libri in diversa hic abeunt. In S. est: *Significat enim* ΠΟΙΟC *penultimo acuto; et* ΠΟΙΟC *ultimo acuto; et* ΟΠΟΙΟC. *eius redditivum talis.* Mira in R: *Significat enim* ΠωΙωC *vel noioc penultimo acuto, quod est interrogativum et* ΠωΙωC *vel noc ultimo acuto redditivum talis.* In O. Graeca, ut semper, absunt. In P. et Mediolanensi: *Significat enim o* ποιος *penultimo acuto quod est interrogativum. Et* ποιος *ultimo acuto. Infinitum et o* ποιος *relativum. eius redditivum talis.* Haec foede turbata, melius sic exhibentur ab Ald. et Putsch: *Significat enim* ποῖος, *penultimo acuto, quod est interrogativum; et* ποιὸς (Ald. rursum ποῖος) *ultimo acuto, quod est infinitum; et* ὁποῖος, *quod est relativum.* Si quis autem miretur, quomodo potuerit auctor dicere ποῖος, *penultimo acuto*, cum circumflexum potius habeat, is meminerit, eundem dixisse: ποιὸς *ultimo acuto*, cum tamen gravem habeat. Nimirum *acuere* apud Grammaticos saepe est idem, quod

vel relativum: quantus. Significat enim τὸ πόσος penultimo acuto quod est interrogativum; ultimo acuto ποσός, quod est infinitum; et ὅσος quod est relativum. Redditivum eius: tantus. Numeri interrogativum et infinitum et relativum: quot; significat enim πόσοι penultimo acuto, et ultimo ποσοί, quod est infinitum, et ὁπόσοι quod est relativum. Eius redditivum: tot. Derivativum ab eo quod est quis: cuius, a, um, et cuias. Et ab eo quod est quot: quotus et quotenus. Et quibusdam videtur, ab eo quod est

quod accentu notare. *Significat enim τὸ πόσος* cet. Sic uti ediditus ad litteram in codice S. Neque aliter esse potest. Verum vitiata in R: *Significat enim* ΠωΙωC *vel tonos penultimo acuto, quod est interrogativum; ultimo acuto* ΠωΙωC *vel tonos, quod est infinitum* et OCOC, *relativum*. Ex quibus tamen vera scriptura facile eo prodit. Beviora habent P. et Mediol. *Significat o τοσος penultimo acuto, quod est interrogativum; ultimo acuto o τοσος, quod est relativum*. Neque aliter in O. nisi quod ibi desunt Graeca. In Ald. et Putsch. alia quidem, nec tamen meliora: *Significat enim ὁπόσος penultimo acuto, quod est infinitum; et ὅσος, quod est relativum. Quot. Significat enim πόσοι* cet. In his Editi et scripti alter altero vitiosior. Atque S. quidem ita praebet: *Quot significat enim* (lacuna sequitur) *penultimo accentu acuto.* ΠΟCOI. *quod est relativum.* Ab hoc non longe differt R: *Quas. significat penultimo accento acuto.* ΠωC ωC. *vel nocbc quod est relativum.* Sed P. et Mediol. ita: Significat enim *ποσα* penultimo acuto, quod est infinitum, et *ὁσοι*, quod relativum. Meliora Ald. et Putsch. quae nobiscum consentiunt, nisi, quod posse vocem *ultimo* addidimus: *ποσοι. Derivativum ab eo quod est quis.* Scripti. Derivativum eius quod est quis. Editi. *Quotus et quotenus.* Sic in MSS. Posteriori etiam vocabulo in R. superscriptum: *adverbium quousque pergis.* Et tamen desuetum locum dico. In Edd. legitur: *quotus et quotennis et quotenus.* Et scripserim *quotennis*, ut unice verum, nisi cavendum esset, ne forma minus usitata aliqua auctoritate confirmaremus. Fortasse

est tot esse totus, sed alia videtur esse significatio. Haec tamen nomina praedicta plerique latinae artis scriptores pronomina esse infinita dixerunt. Nec mirum, cum Didymus quoque et multi alii vetustissimi Graecorum, inter articulos haec numeraverunt. Romani vero cum articulos non habeant, inter pronomina posuerunt. tanta autem videtur esse cognatio articulorum et pronominum, quod Stoici in una parte orationis utrumque posuisse videantur, articulos finitos pronomina dicentes. Quae vero grammatici Graecorum, inter articulos ponunt, illi infinitos dicebant esse articulos; nec non etiam supradictas dictiones, quas Apollonius, Herodianus, et Dionysius inter nomina rationabiliter posuisse videntur. Haec autem latius in libro de pronomine tractavimus. Sed ut breviter dicam loco propriorum nominum non possunt accipi ea quae generalia sunt etiam appellativorum, quod suum est pronominum. Nam dicentes quis

tasels autem *quatiens* legendum erit. *Et quibusdam videtur* cet. Sic in libris, turbatus ordo in Editionibus. *Plerique latinae artis scriptores.* Sic ex MSS. dedimus. *Scriptorum* habent Editi. *Inter articulos haec numeraverunt* cet. Haec, ut expressimus, leguntur in Edd. et uno codice R. Dissentit S. in quo locus sic exhibetur: *Inter articulos haec non habuerunt, sed inter pronomina posuerunt.* Quae certum est, a mente auctoris aberrare. Est tamen etiam in R. verbo *numeraverunt* (sic enim ibi legitur. Edd. *numeravere*) superscriptum: *NON. Utrumque posuisse videantur.* Sic dedimus ex R. *Utrumque posuisse inveniantur.* & *Utrumque esse putant.* Editiones. *Rationabiliter posuisse videntur* Ita iterum codices MSS. a quibus discedere, religioni mihi duxi. *In libro de pronomine,* Scripti. *In libro qui est de pronomine.* Editi. *Quod suum est pronominum.* Mira loquendi forma pro eo, quod esset: *quod proprium*

est

quis interrogamus de omni substantia, vel *qualis* de *omni* qualitate, vel *quantus* de omni quantitate, vel *quot* de omni numero. Pronomen autem definitae alicuius personae vult esse, et rem certam significate. Quot accidunt pronomini? Sex, species, genus, numerus, figura, persona, et casus. Cuius speciei *tu?* Primitivae. Fac ab eo derivativum. Tuus, tua, tuum, et adverbium tuatim, et per ἐπέκτασιν tute, te correpta, ut Ennius:

O Tite tute Tati tibi tanta Tyranne tulisti.

Cuius generis? Communis trium generum. Quomodo enim apud graecos trium generum sunt communia: ἐγώ, σύ, οὗ; sic apud nos ego, tú, sui. Nume-

est pronominum. Sed vide supra cap. II. pag. 29. not. ubi eadem ratio in uno erat codice. *Et adverbium tuatim, et* cet. In diversa hic abeunt libri. Et in S. quidem ita: *Adverbium tuatim et per epentesin tuapte, te correpta, ut: o Tite* cet. In R. vero: *Adverbium tuatim et per epentesin tuapte. ut hennius: o Tite* cet. Ceterum in hoc voci *tuatim* superscriptum est: *tuo more* et voci *epentesin, adiectionem.* In P. et Mediol. *Et adverbium tuatim et per* Κατα ταυτον ἐπεκτασιν *tuapte te correcta, ut o Tite* cet. Sic et O. nisi quod is Graeca ignorat. Nos in his dubii dedimus lectionem, quae est in Aldina et Putsch. excepto quod verba: *quae est correpta* mutavimus in: *te correpta*; et nomen *Ennius* ex R. adiecimus. Cf. Prisciah. lib. XII. pag. 947. *Quomodo enim apud Graecos* cet. Sic dedimus ad vestigia codicis R. qui habet: *Quomodo enim apud Graecos trium generum sunt communia:* ΗΓω. CωΤ. ΗΤ; *sic apud nos. ego, tui, sui.* In S: *quomodo enim apud Graecos trium generum sunt communia; sic apud nos: ego, tu, sui.* Ita graecis deficientibus nulla indicata lacuna. P. et Mediol: *quomodo apud Graecos ο ους υ ου ῳ ουν trium sunt communia generum; sicut apud nos: ego et tu, mei, tui, sui.* Eadem modo in O. nisi quod ibi grae-

neri singularis, figurae simplicis, personae secundae, casus nominativi et vocativi. Hic autem magis nominativus est, cum per apostrophen dicitur, quae exigit nominativum, et cum *quoque* coniunctum, quod ad alios nominativos relatum est, id est: *ut Misenus et Palinurus, tu quoque. Quoque* quae pars est? Coniunctio, accipitur enim pro: *et tu.* Est tamen etiam loco adverbii invenire hanc dictionem positam, ut:

Multa quoque et bello passus dum conderet urbem.

Hic enim pro similiter necesse est id accipi, cum sequitur: *et.* Quid est coniunctio? Pars orationis adnectens ordinansque sententiam. Quot accidunt coniunctioni? Tria: potestas, ordo, figura. Cuius est potestatis? Copulativae. Cuius ordinis? Postpositivi. Vetustissimi tamen solebant etiam praeponere eam. Cuius figurae? Compositae, ex corrupto et integro. *Que* enim corripitur, quod si produceretur, esset integra pars. Quem habet accentum? Penultimum acutum; omnes enim fere coniunctiones postpositae generalem servant accentuum regulam. *Littoribus*, quae pars orationis est? Nomen. Quale? Appellativum, generis neutri, numeri pluralis, figurae simplicis, casus dativi, declinationis tertiae.

Cur?

---

graeca desunt. Neque multo aliter in Ald. et Putsch. excepto quod ibi graeca sic exhibentur: ἰγὼ, σὺ, ἐμοῦ, σοῦ, οἷ. *Cum per apostrophen dicitur.* Sic Indicativo modo praeter Aldinam et Putsch. omnes. *Ad alios nominativos relatum est.* Relativum est in R. ad aliud nominativum in S. *Est tamen etiam.* Potest tam etiam. F. *Illud. Declinationis tertiae.* Addunt Editiones: *corripere. Sa-*

Cur? Quia omnia in us desinentia neutra tertiae declinationis sunt, et in *ris* faciunt genitivum. Excipitur *pus* indeclinabile, et *virus*, quod Lucretius secundae posuit declinationis:

Diri primordia viri.

Pelagus vero graecum est, hoc pelagus, pelagi; et vulgus, vulgi, tam masculinum quam neutrum. Quot differentias habet penultima syllaba genitivi in ris terminantium supradicti casus neutrorum nominum. Si verbis adiacent, quae *e* correptam penultimam habuerint, servant e ante ris genitivi, ut munero, munus, muneris; vulnero, vulnus, vulneris; sidero, sidus, sideris, ex quo componitur considero et desidero; latero, latus, lateris; operor, opus, operis. Si vero monosyllaba sint, et producunt *u* in nominativo; servant *u* ante *ris* in genitivo quoque productam, ut ius, iuris; tus, turis; rus, ruris; plus, pluris. Si vero sint comparativa, masculino-

rum

praedicti casus neutrorum si cet. Secutus sum in his ea, quae inveni in priscis editionibus O. P. Mediol. Reliquorum librorum varietates hae sunt: *Supradicti casus neutrorum nominum? si verbis adiacent* cet. R. *Supra dictum casum neutrorum nominum? Si verbis adiacent* cet. S. *Supra dictorum neutrorum nominum? Si verbis adiacet* cet. Ald. Putsch. *Et producunt u in nominativo.* Sic codices nostri et Edd. praeter Ald. et Putsch. Aldina enim habet: et producunt in nominativo; Putschiana vero: et producuntur in nominativo. *Servant u ante ris productam.* Sic in S. *Masculinorum eundemque femininorum* Haec ita leguntur in S eadem absunt a R. vitiose. In Ald. et Putsch. est: *masculinorum eorumdemque femininorum* etc. Contra in O. P. Mediol. *masculinorum eorundem ea femininorum.* Quibus omnibus nihil sani efficitur. Locus plus uno modo tenuit

pe-

tum eundemque femininorum sequuntur genitivum, id est, o penultimam servant ante ris; ut minor, minus, minoris; maior, maius, maioris. Alia vero omnia o correptam habent ante ris, ut corpus, corporis; pectus, pectoris; littus, littoris; pignus, pignoris; foenus, foenoris; quamvis verba eorum magis e penultimam habent, pignero et foenero. Fac ab eo quod est litus derivativum. Littoreus et littoralis. Quidam autem littus ἀπὸ τῶν λιτῶν volunt esse, quia proficiscentes et revertentes solent ibi vota concipere et dona litare. *Nostris* quae pars orationis est? Pronomen. Quale? Possessivum et derivativum. Ex quo casu solent derivari? Ex genitivo, ut nos nostrum vel nostri, noster, idque sine dubio ex singulari numero ostenditur: Ego mei, meus; tu, tui, tuus; sui, suus. Unde et penultimae corripiuntur. Cuius ge-

potest, propterea manus abstinuimus. Si tamen dicam quod exspectaverim; est: *masculinorum et femininorum sequuntur nominativum. Id est o penultimam servant.* Sic omnes praeter Ald. et Putsch. quae exhibent: *o penultimam servantia.* Ceterum *reservant* pro *servant* in S. *Alia vero omnia.* Vox *omnia* abest ab Editis. *Pignus pignoris, foenus foenoris.* His additae leguntur in Mss. et editionibus Ald. et Putsch. voces: — *et pigneris*, — *et foeneris*; quas eiiciendas esse cum per se patet, tum ostendunt veteres editiones O. P. Mediol. quae eas non habent. *Quidam autem litus* ἀπὸ τῶν λιτῶν cet. Sic est in R. Sed S. habet: *Quidam autem litus volunt esse nominatum, quia proficiscentes et revertentes solent ibi vota concipere et dona litare.* Quae lectio vide ne sit vera. In P. et Mediol. leguntur, quae cum recepta nostra lectione consentiant, nisi quod graeca haec exhibent: ἀπὸ τοῦ λιτανεύω. *Unde et penultimae corripiuntur.* Post voc. *penultimae* in S. unius verbi lacuna. *Cuius generis hic? Nostri. Solendum tamen* cet. Sic Mss. *Cuius generis?*

generis hic? Neutri. Sciendum tamen quod omnis dativus et ablativus pluralis, tam in nominibus mobilibus quam in pronominibus et participiis, communis est trium generum. Cuius numeri? Pluralis, figurae simplicis, casus hic dativi; omnis autem dativus et ablativus pluralis similis est, ut dictum est. Et unde possumus scire differentiam? Ab iunctura et ordinatione, id est, ἀπὸ τῆς συντάξεως, quae facile potest sciri ex singularium iunctura, quae non habet similes dativum et ablativum, ut in omnibus primae declinationis nominibus, et tertiae in e terminantibus ablativum, et quartae et quintae. In his enim manifeste ostendit casus differentiam. Cum igitur verbum *dedisti* sine dubio dativum exigit, si quis supradictarum declinationum nomina ordinet, necesse est dativum adiungere, ut: dedisti poetae vel ho-

neutri. *Sed sciendum* cet. Edd. *Tam in nominibus mobilibus*. Secutus sum Ald. et Putsch. Reliqui libri in diversa abeunt singuli. Alius *in omnibus nominibus*; alius *in nominibus*; alius *in omnibus mobilibus* cet. *Ab iunctura*. Sic Mss. *A iuncturæ*. Edd. *Et ordinatione*. Et ordine unus R. *Id est ἀπὸ τῆς συντάξεως* cet. *Idem* pro *id est*, habet Ald. *item* servat Putsch. In S haec omnia desunt, pro quibus leguntur: *singularum partium*. Reliqui: *id est*, uti dedimus. Graeca sic exhibentur in P. et Mediol: ἀπὸ τῆς συνάξεως καὶ τάξεως. In R. expresse omnia, uti dedimus, scriptura tantum deteriore. Pro *quae* ubique legitur *quod*. *In his enim*. Additur in R. ex glossemate: *casibus vel declinationibus*. *Dativum exigit*. In indicativo modo omnes praeter Ald. et Putsch. *Signis supradictarum declinationum nomina ordinet*. Dedimus, quae sunt in R. Reliqui non parum variant. Atque in S. quidem: *Si quid ex supradictarum declinatione nomen ordines*. Sed in Edd. aliter: *Si quod supradictarum declinationum nominum ordines*; quae tamen e correctione pro-

homini vel senatui vel rei. Non licet enim nisi dativum huic verbo adiungere. Et nota quod quatuor habent declinationum differentias pronomina; sunt enim quae tam genitivum quam dativum in i terminant, quae sunt tria et communia trium generum, ut ego mei, mihi; tu, tui, tibi; sui, sibi. Sunt quae genitivum in ius dativum vero in i proferunt, qui casus sunt communes trium generum, ut ille, illius, illi; ipse, ipsius, ipsi; iste, istius, isti; hic, huius, huic; is, eius, ei. Sunt alia quae secundae declinationis nominum declinationem servant, qualia sunt possessiva, meus, tuus, suus, noster, vester. Sunt etiam alia, quae tertiae declinationis, ut nostras, vestras; nostratis, vestratis. *Aeneia*, quae pars orationis est? Nomen. Quale? Appellativum, quamvis enim possessoris proprium nomen significat, tamen omnis possessio eius commune hoc nomen potest habere, ut: Aeneia mater, Aeneia mens, Aeneia facies, Aeneia manus, Aeneia nutrix, Aeneius ager, Aeneius filius, Aeneius ensis, Aeneium lumen, Aeneius

profecta esse videntur. *Vel rei.* Sic recte Editiones. *Vel rei* in Scriptis. *Dativum huic verbo.* Dativo hoc verbum. R. *Qui casus sunt communes trium generum.* Scripti. *Quae sunt communia trium generum.* Editi. *Sunt alia, quae secundae declinationis nominum declinationem servant.* Sic Scripti. *Sunt alia, quae sequuntur secundam declinationem mobilium nominum.* Edd. *Sunt etiam alia, quae tertiae declinationis, ut* cet. Sic in S. In R. paucis omissis: *sunt, quae tertiae* cet. Verum in Editionibus sic: Sunt et alia tertiae declinationis nominum declinationem servantia, nostras cet. *Quamvis enim possessoris proprium nomen significat.* Ordo est e Scriptis. Indicativus invenitur in R. O. P. Mediol. *Aeneia mater,* cet. Horum

peium munus, Aeneium regnum. Cuius generis? Feminini, numeri singularis, figurae simplicis, declinationis primae. Ex quo nomine derivatur? Ab Aenea, de quo in superioribus latius tractavimus. *Nutrix*, quae pars orationis est? Nomen. Quale? Appellativum vel derivativum. Cuius speciei? Appellativorum verbalis. Ex quo verbo masculinum eius nascitur? A nutrio. Solent autem in *tor* verbalia in *trix* facere feminina, mutata *tor* in *trix*; ut lector, lectrix; armator, armatrix; accusator, accusatrix. In supradicto vero euphoniae causa vel alternitatis, παραλληλότητος, *tri* syllaba subtracta est contra regulam. Cum nutritor enim sit masculinum, debuit femininum nutritrix esse, sed absurditas soni minuit syllabam. A quo verbo derivatur? A nutrio, nutris, nutrit. Declina verbum. Nutrio verbum activum, indicativo modo dictum, temporis praesen-

rum omnium ordo et numerus e Scriptis est. *De quo in superioribus latius tractavimus.* Mss. De quo superius latius diximus. Edd. *Appellativum vel derivativum.* Posterior vox addita est e Mss. *Armator armatrix, accusator accusatrix.* Recepi e Mss. *Alternitatis*, παραλλήλότητος cet. In S. graecum vocabulum, lacuna nulla relicta, omissum. In R. sic legitur: *alternitatis* per ΑΛΛΗΛΟΤΗΤΑ. *TRI syllaba subtracta est.* Una syllaba subtracta est S. *Cum nutritor enim.* Hoc ordine libri scripti. Editi: *cum enim nutritor. Nutrio verbum activum.* Quae iam sequitur verbi *nutrio* coniugatio, *esm*, in magna varietate librorum incertus quem sequerer, ad codicem R. exprimere tutissimum ratus sum. Contractiora habet S, sed in eo semper plenior ratio omissa est, omissioque his signis indicata: *et rel. et cet.* Editi consentiunt in prolixa temporum eorumque nominum recensione. Operosum autem est, illas varietates indicare; et cum non viderem, in quem illud hoc loco utilitatem futurum

qui

sentis. Nutrio, nutris, nutrit; nutrimus, nutritis, nutriunt, temporis imperfecti: nutriebam, nutriebas, nutriebat; nutriebamus, nutriebatis, nutriebant. Perfecti: nutrivi, nutrivisti, nutrivit, et pluraliter nutrivimus, nutrivistis, nutriverunt vel nutrivere. Plusquamperfecto: nutriveram, nutriveras, nutriverat; pluraliter: nutriveramus, nutriveratis, nutriverant. Temporis futuri: nutriam, nutries, nutriet; et pluraliter: nutriemus, nutrietis, nutrient. Imperativo modo: nutri, nutriat, nutriamus, nutrite, nutriant. Futuro: nutrito tu, nutrito ille, nutriamus, tote, triunto. Optativo modo: nutrirem, res, ret; nutriremus, retis, rent; nutrivissem, sses, sset; nutrivissemus, tis, ent; nutriam, as, at; nutriamus, atis, ant. Subiunctivo modo: cum nutriam, as, at, amus, atis, ant. Cum nutrirem, res, ret; nutriremus, tis, ent. Cum nutriverim, ris, rit; nutriverimus, tis, rint. Cum nutrivissem, ses, set, emus, etis, ent. Cum nutrivero, ris, rit, rimus, ritis, rint. Infinitivo modo: nutrire, nutrivisse. Futuro: nutritum ire. Impersonali modo: nutritur, nutriebatur, nutritum est vel fuit, nutritum erat vel fuerat, futuro nutrietur. Imperativo modo: nutriatur, nutritor. Optativo modo: utinam nutriretur, nutritum esset vel fuisset, nutriatur. Subiunctivo modo: cum nutriatur, nutriretur, nutritum sit vel fuerit, nutritum esset, vel fuisset, nutritum erit vel fuerit. Infinitivo: nutriri, nutritum esse vel fuisse, nutritum iri. Gerundia vel participialia: nutriendi, nutriendo, nutriendum, nutritum, nutritu. Partici-

pia: nutriens, nutriturus. Passivum: nutrior, nutriebar, nutritus sum vel fui, nutritus eram vel fueram, nutriar. Imperativo: nutrire, nutriatur, nutriamur, nutrimini, antur; nutritor, nutriminor, nutriantur, vel nutriuntor. Optativo: utinam nutrirer, untritus essem vel fuissem, nutriar. Subiunctivo: cum nutriar, nutrirer, nutritus sim vel fuerim, nutritus essem vel fuissem, nutritus ero vel fuero. Infinitivo: nutriri, nutritum esse vel fuisse, futurum nutritum iri, participia verbi passivi: nutritus, nutrita, nutritum; nutriendus, nutrienda, nutriendum. Nomen verbale nutritor feminimum nutrix; ipsa res nutritio. Fac ab eo derivativum? Nutricula, quod est deminutivum, ut Iuvenalis:

Gallia vel potius nutricula causidicorum.

CAPUT IX.

Ut belli signum Laurenti Turnus ab arce.

Quot caesuras habet? Unam, semiquinariam. Quomo-

esset, huic labori facile me supersedere posse putavi. Habeto igitur ea, quae in R. inventa sunt, levissimis tantum hinc inde in scriptura aliisque minutis rebus mutatis. *Femininum nutrix.* Vox *femininum* abest ab Editis. *Quod est deminutivum.* Quae est deminutivum. Editiones.

CAPUT IX.

Mirae turbae in R. Sequitur enim inscriptio: *Incipit lib. VIII.* sed tractatur in eo versus primus libri noni: *Atque ea diverso penitus dum parte geruntur.* Verum proximus liber, cum inscriptione: *Incipit*

modo? Ut belli signum. Quot figurarum est? Quinque. Quare? Quia constat ex quatuor spondeis et uno dactylo. Tracta singulos pedes. Ut bel. Spondeus ex duabus longis et cetera. Quot partes orationis habet? Septem. Quot nomina? Quinque: belli, signum Laurenti, Turnus, arce. Quid aliud? Adverbium *ut*, et praepositionem *ab*. *Ut*, quae pars orationis est? Hic adverbium temporale, alias autem similitudinis; potest esse et adiecta *i*, tamen eandem

git IX. liber; tractat versum libri octavi: *Ut belli signum Laurenti Turnus ab arce.* In S. iustus ordo, sed longior, quam in reliquis capitibus inscriptio: *Incipit explanatio Prisciani Grammatici in primum versum octavi libri Aeneidos feliciter. Quot caesuras habet?* Quae ante haec verba in Editis leguntur: *Scande versum* cet. ea desunt nunc in Scriptis. Sed S. margini haec appicta habet, tanquam in textum reponenda: *Scande versum. Ut belli signum.* Nos omisimus. *Unam, semiquinariam.* Sic in R. *Unam. Quam? semiquinariam.* S. Sed Editi solam vocem: *semiquinariam* exhibent. *Quot figurarum est.* Addunt editiones: *hic versus. Et uno dactylo.* Addunt Editi: *et uno trocheo. Tracta singulos pedes.* Editiones praebent: tracta per singulos pedes. *Ut bel. Spondeus ex duabus longis cetera.* Sic ad litteram uterque codex. Nimirum recensum singulorum pedum cum ipsorum nominibus exhibitum in suo codice scriptum inveniebat librarius, quem describere operosum videbatur. Alia in Editionibus, in quibus totus versus uno tenore repetitur ita: *Ut belli signum* cet. *Septem.* In S. sequuntur iam singulae septem voces punctis distinctae supra lineam. In R. textui insunt. Sed nos priscas editiones secuti omisimus. *UT quae pars orationis est.* Ante haec verba leguntur in S. maiusculis literis scripta: *Tracta singulas partes*; quorum nihil in reliquis. *Hic adverbium temporale, alias autem similitudinis; potest esse* cet. Nimirum ita locum distinxi. Mss. nihil iuvant; memorabile tamen est, eos in hoc ordine consentire: *et adiecta tamen I.* Editi sic: *Hic adverbium tem-*

eandem habet significationem, uti. Cui adicitur *nam*, et fit adverbium optandi utinam. Similiter cum *vel* compositum, velut et veluti, adverbium similitudinis est. Et quando ἵνα vel ὅτι graecum significat, pro coniunctione causali accipitur. Est etiam, quando optativum est, ut Terentius in Phormione:

Ut illum Di, Deaeque omnes perdant.

Belli, quae pars orationis est? Nomen. Quale? Appellativum. Cuius speciei? Derivativae, ab eo quod est bonum, bellum deminutivum est. Per ἀντίφρασιν igitur, hoc est, per contradictionem pro malo *bellum* dicitur, id quod malo hominum est inventum.

A

perale, alias autem similitudinis potest esse; et adiecta I tamen eandem significationem habet. *Cui adicitur.* Ita Codd. *cui additur.* Edit. *Adverbium optandi.* Editiones: optantis. *Similiter cum vel compositum* cet. Ita correcte exhibet hunc locum codex S. Reliqui omnes praeter Putschium: *Similiter compositum cum velut et veluti.* Putschius tamen emendatius: Similiter compositum cum vel, velut et veluti. *Et quando ἵνα vel ὅτι.* Sic ad vestigia codicum nostrorum dedimus. In S scriptum: *Et quando ina vel uti.* In R. legitur *Quando autem ina vel ory.* *Est etiam, quando optativum est.* Hunc locum depravatum esse puto. Nonne etiam *utinam* optativum erat? recte, sed non *ut* simplex. Verum est aliud, quod me movet, non integrum locum credam. In utroque enim codice apparet hoc loco lacuna unius vocis, quae vox in S. erasa est, in R. nunquam scripta. Qui supersunt in S. literarum ductus, videntur aliquid similitudinis habere cum Graeco: ως; neque tamen hanc vocem scriptam fuisse pro certo affirmaverim. *Ut illum Di, Deaeque omnes perdant.* Est hic ordo in Mss Sed in Editis erat: *Ut illum Di omnes Deaeque perdant.* *Id quod malo hominum est inventum.* Secuti sumus Aldinam et reliquas editiones veteres. Scripti variant. R. habet: *id est pro malo hominum inventum est.* In S. vero est: *id ut quod*

A *bono* autem nascitur bonus bellus, bona bella, neutroque bonum bellum facit. Omnia enim in *us* desinentia masculina geminant l in deminutivis, ut geminus, gemellus; gemina, gemella; geminum, gemellum. Et sciendum quod inveniuntur etiam ipsorum deminutivorum comparativa et superlativa, quomodo comparativorum deminutiva, quae apud graecos non invenis. Unde Terentius in Adelphis:

Atque unumquodque, quod quidem erit bellissimum, Carpam.

Sicut enim invenitur bellior, bellissimus a positivo, qui est bellus; ita a comparativis neutralibus, maius et grandius, inveniuntur deminutiva, maiusculus, maiuscula, maiusculum; grandiusculus, grandiuscula, grandiusculum; et a plus, plusculus, pluscula, plusculum. Ex bello, quod bonum significat, bellaria dicuntur τὰ τραγήματα. Dic ab eo quod

quod male inventum est hominum. *A bono autem nascitur* cet. Exhibuimus, quae inventa sunt in R. eaque haud dubie unice vera. Reliqui multum differunt. O. P. Mediol. Putsch. ita exhibent: *A bono ergo masculinum bonus bellus, et femininum bona bella et neutrum bonum bellum facit.* A quibus non multum discrepant S. et Aldina, ubi legitur — *a bono. Ergo masculinum* cet. *Apud Graecos non invenis.* Unus Putsch: *non invenies.* *Atque unumquodque, quod quidem erit bellissimum, carpam.* Sic scribendum esse putavi. Variant libri. In R: Atque unum quoque, quod quidam illorum bellissimum. *Sicut enim invenitur.* cet. Haec in R. a me inventa et pro genuinis habita sunt. Non enim videntur a glossatore profecta, quia tam arcte cum textu cohaerent. Et mirari posses merito, prioris de comparatione deminutivorum praecepti exemplum poni, non item alterius de comparativorum deminutivis. Τὰ τραγήματα. Secutus sum Aldinam et Putschianam. Articulum non agnoscit Me-

quod est bellum, quod pugnam significat, derivativum aliud. Bellicus, bellica, bellicum; et ex hoc bellicosus, bellicosa, bellicosum. Belligenus quoque proprium est a bello derivatum; bello, as, verbum, ex quo bellax, quod est trium generum. Bellans enim participium bellator et bellatrix facit. Ab eo est etiam Bellona, dea bellorum. Duellum antiqui dicebant pro bellum, ex quo perduellio. A bello compositum est: bellipotens, et belliger, et imbellis, et rebellis, et rebello verbum. Et debello quoque compositum est verbum. Inde etiam: debellatum est. Belli etiam portae, quamvis duae sint partes, pro uno tamen nomine proprio accipiuntur, quod significat fores templi Iani. *Signum*, quae pars orationis est? Nomen. Quale? Appellativum. Cuius speciei? Primitivae. Fac derivativum ab eo. Deminutivum: sigillum et verbum: signo, as, et signio, signis. Et ex eo compositum, insignio, insignis, un-

Mediol. ΤΑΠΑΓΗΜΑΤΑ. S. ΘΡΑΓΗϽ-CΑΘΑ. R. *Belligenus*. Libri variant inter: Bellienus, Belliennus, Belligenus, Belliegnus, Bellignus. Ac *Belligenus* quidem habet O. et P. et scholiastes in legisse ex eius verbis patet, quae vide suo loco. *Quod est trium generum.* Sic R. cum editionibus. Addit S. *communne.* *Antiqui dicebant.* Ordo est e codicibus. Ceterum pro *duellum* in R: *duellum.* Pro: *perduellio*, quod est in codicibus, habent O. P. Mediol: *perduellium*, quod etiam scholiastes legisse videtur. *A bello compositum est.* Ab eo componitur. Editiones. *Belli etiam portae.* Sic ex coniectura dedi pro: *belli enim portae.* *Quod significat fores templi Iani.* Haec in R. instructa sunt a scholiis textui illatis permultis, quae quidem videntur plures habere auctores. *Et signio signis.* Haec desunt in O. P. Mediol. et libenter omisissem, nisi fuissent in codice S. et Aldina. *Ex eo compositum.* Ex quo insignio. Ha-

unde insignitus. Praeterea significo, as, et signifer, et antesignanus. Et designo, unde designatus, consigno, resigno, unde Virgilius in quarto Aeneidos:

Et lumina morte resignat.

Est autem univocum id est ὁμώνυμον, significat enim τὴν σφραγῖδα καὶ τὸ ἄγαλμα καὶ τὸ τοῦ πολέμου σημεῖον. τὸ ἐν τῷ κόντῳ, καὶ τὸ σύνθημα, ut in eodem libro:

Dat

Huius compositum O. P. Mediol. *Antesignanus.* Antesignarius. R. Quae iam in editionibus sequuntur: *hoc est propugnator signorum*, quamvis in utroque codice, tamen inter Scholia reponere ausus sum. Qui reliqua horum verborum Scholia inspexerit, me laudabit. Praeterea desunt in O. P. Mediol. *Unde designatus.* Haec restitui, codicum vestigia secutus. In R: *Designo unde consigno*; quod nihili. Sed verbum amissum esse arguunt. In S: *Designo unde designat*; hoc est: *unde designatus*; nam, ut notum est, *designatus* ex compendio scribitur *designat*'. *Consigno* tamen retinui. Quae deinde post *resigno* leguntur: *i. e. aufero*, et quae post versum Virgilii: *i. e. aufert*, in S. non comparent, et in R. inter reliqua Scholia leguntur. *Significat enim* τὴν σφραγῖδα cet. Exhibeamus loca codicum. Lectu enim iucundissimae solent esse hae varietates, etiamsi nihil magnopere novum allaturae sint. Igitur legitur in R: Significat enim ΘΗΝ ΦΡΑΓΙΔΑ ΚΑΙ ΘωΔΓΛΑϽ CΑ ΚΑΙ-ΤΟΤΟΝ ΠΟΗΑϽ-COHNCϽ-CHIωN. ΤΟΗΝΤΟΚΟΝΤΟ ΚΑΙΤΟ CΙΝϵΕΜΑ VI. ΤΗΝ. CΦΠΑΓΙΔΑ. ΚΑΙ. ΤΟ ΑΓΑΔΜΑ ΚΑΙΤΟ-ΤΟΝ ΝΑΟϵΜΟΜΟΝΜϵΙΟΝ ΤΟϵΝΤΟΚΟΝΤω ΚΑΙΤΟ CΙΝϵΘΜΑ. Virgil. in eodem libro: *dat bello tessera signum.* ΚΑΙ. ΤΟ ΤΟΝ ΠΩΛ-ΗϽ-CON CIϽ-CIωN i. e. signum, unde simia dicitur eo quod habet signum hominis ΚΑΙ Τω ΗΘωΚωΝΘω ΚΑΙ. ΤΟ CΙΝΘΗΜΑ ΚΑΙ ΤΗΝ CΑΑΗΙΚΤΑ. Haec omnia cum his repetitionibus et inter polationibus in R. Praeterea supra lineas etiam Scholia quaedam sunt, e quibus memorabile, quod articuli graeci his latinis literis explicantur: ar. Iam videamus, quae sint in S. Ibi quidem pauca in textu, sed sunt in margine, signo tamen indicante, quo textus

Dat belli tessera signum,

καὶ τὴν σάλπιγγα. ut Lucanus:

Signa canunt.

Laurenti, quae pars est? Nomen appellativum. Cuius speciei? Derivativae possessivum. Est tamen etiam patriae si est ablativus ab eo quod est hic et haec et hoc Laurens, Laurentis. Potest tamen et proprium ipsius civitatis esse si sic genitivus accipitur: hoc Laurentum huius Laurenti, ut sit ab arce Laurenti hoc est ab arce urbis Laurenti. Sed si est ab eo quod est hic et haec et hoc Laurens, ab hoc et ab hac et ab hoc Laurenti, pro Laurentina posuit unde Lucanus:

Laurentinosque penates.

Laurentum autem nominatum est a lauro inventa in arce, teste ipso poeta. Compositum ab eo quod est laurus, lauriger, unde laurigeros currus. A Lauro etiam laureatus, laureata, laureatum. Cicero fa-

loco reponenda sint. Atque tum omnia sic cohaerent: Significat enim ΤΗΝ ϹΦΠΛΓΙΔΑ ΚΑΙ ΤΟ ΑΤΑΛΜΑ ΚΑΙ ΤΟ ΤΩΝ ΠΛΟ Ϲ ΜΟΝΟΝ. ΜΕΙΟΝ ΤΟ ΕΝ ΚωΝΤω ΚΑΙ ΤΟ ϹΙΝΘΕΜΑ. Virg. in eodem libro: *dat bello tessera signum* ΚΑΙ ΤΗΝ ϹΑΛΠΙΓΓΑ. ut Lucanus: *signa canunt*. Sic in S. Pro voce ἄγαλμα alius quis cursiva manu τὸ ἔνταλμα. Pauca horum habent Mediol. et P: Significat enim σύνθημα ἐπὶ πολέμου, ut in eodem libro, *it bello tessera signum*. Καὶ σημεῖα: ut Lucanus: *Signa canunt*. Aldina et Putschiana accedunt codicibus nostris, nisi quod habent: τῶν πολέμων, quod mutandum censui in τοῦ πολέμου; et ἐπὶ τῷ κόντῳ pro quo codices nostri, ut descripsimus: ἐν τῷ κόντῳ. *Cuius speciei?* Interrogationem Mss. habent. *Derivativae possessivum*. Ita utarque codex. *Derivativorum possessivum*. Editiones. *Si sic genitivus accipitur*. *Sic* addidimus ex R. O. P. Mediol. *Pro Laurentina*. Pro Laurentia. utraque cod. Ms. *Cu-*

pro

fasces laureatos, hoc est victoriae lauros habentes, et ex ea proprium Laurentius, Laurentia. Et comprehensivum, quod graeci περιεκτικον vocant, lauretum, veluti myrtetum, rosetum. Dic possessivum. Laureus, quomodo myrteus, corneus. *Laurus*, quotae declinationis est? Invenitur secundae et quartae. Omnia enim arborum nomina in *us* desinentia feminina sunt, et secundae declinationis ut cupressus, cupressi; myrtus, myrti; alnus, alni; ulmus, ulmi; ornus, orni; pirus, piri. Exceptis quinque, quae tam secundae quam quartae inveniuntur, quercus, laurus, pinus, ficus, cornus. Laurea etiam pro lauro accipitur. *Turnus*, quae pars est? Nomen. Quale? Proprium. Cuius speciei. Univocae. Potest enim etiam appellativum intelligi piscis palustris. *Fac ab eo possessivum?* Turnius, Turnia, Turnium, sicut a Saturnus, Saturnius, Saturnia, Saturnium. Patronymicum potest secundum analogiam dici Turnides, sed raro in latinis nominibus solent eiusmodi formae patronymicae fieri, quamvis poe-

prehensivum. Sic in codicibus nostris, quos secutus est Putschius. *Dic possessivum*. Secuti sumus in his et sequentibus priscas editiones. Scripti variant. In R: *Inde et laureus, quomodo myrteus, corneus. Dic aliud derivativum. Laurentius proprium et Laurentia vel Laureus et Laurea.* In S. vero: *Dic derivativum. Laureus, quomodo myrteus, corneus. Dic aliud derivativum. Laurentius proprium et Laurentia.* Reliqua quae sunt: *Laureus et Laurea*; linea superscripta inveniuntur. *Ut cupressus, cupressi* cet. Haec e codicibus, quos etiam Putschius secutus est, qui tamen *alnus, alni* ignorat. Verum in R. pro *ornus, orni*, vitiose *cornus, corni*. *Piscis palustris*. Addunt Editi: *et fluvius*. In S: *piscis fluvialis*. *Secundum analogiam*. Editi: *per ana-*

poeta Scipiadas figuravit a Scipione, sed et ipsum ἀπὸ τοῦ σκιπίωνος, quod graecum est, videtur esse. *Ab*, quae pars orationis est? Praepositio. Cui casui servit? Ablativo. Quid interest inter ab, et *a*, et abs? Quod consonante sequente *a* plerumque scribendum est, vocali vero omnimodo ab. Sed invenitur ab etiam consonantibus sequentibus, sed quae non aspere post *b* sonant, *a* vero vocali sequente, nisi loco sit consonantis *i* vel *u*, nunquam invenitur, ut *a* Iove, *a* Venere. *Abs*, autem *q* vel *t* vel *c* sequentibus, paucis anteponitur tam in *appositione* quam in compositione; in appositione, ut abs te, pro *a* te. In compositione, ut abstuli, abscondo, absque ullo malo pro sine ullo malo. *Arce*, quae pars orationis est? Nomen. Quale? Appellativum. Cuius speciei? Derivativae. Ab arceo verbo dicitur arx, quia facile munimento suo arcet hostes. Inde etiam summitates montium, ex quibus facile *possunt* depelli hostes, arces dicuntur. Et arcus quod longe arceat similiter hostes. Declina verbum. Arceo, arces,

ἀπὸ τοῦ σκιπίωνος. *Figuravit.* Figuraverit R. *Sed invenitur.* Ita I. *Non invenitur.* R. Sine coniunctione in Editionibus. In antecedd. pro *omnimodo* est in O. P. Mediol. *omnino.* *Absque ullo malo.* Sic praeter Putsch. omnes. Quo hic auctore: *Absque ullo modo* dederit nescio. *Cuius speciei? derivativae.* Quaestionis formula in MSS. In seqq. pro *quae*, *quia* reposui ex codice S. *Quod longe arceat similiter hostes.* Coniunctivum *arceat* tuentur MSS. Libri editi variant inter: *arcet*, *arcent*, *arceat*, *arcamus.* *Declina verbum.* Mirae varietates in libris scriptis editisque. Quas notare omnes et longum est, et nullius plane pretii. Proinde hoc sufficiat notasse, consistere eas varietates intra fines quarundam formarum, quae ab alio omis-

ves, arcet. Quotae est coniugationis? Secundae, generis vel significationis activae. Praesens: arceo. Imperfectum: arcebam. Perfectum: arcui. Plusquamperfectum: arcueram. Futuro: arcebo. Imperativo modo: arce, arceat; arceamus, arcete, arceant. Futuro arceto tu, arceto ille, arceamus, arcetote, arcento vel arceant. Optativo modo tempore praesenti, et praeterito imperfecto: utinam arcerem, plusquamperfecto: arcuissem. Futuro: arceam. Subiunctivo modo: cum arceam. Praeterito imperfecto: cum arcerem. Perfecto: cum arcuerim. Plusquamperfecto: cum arcuissem. Futuro: cum arcuero. Infinitivo modo: arcere. Praeterito: arcuisse. Futuro: arcitum ire vel arciturum esse. Gerundia vel participialia: arcendi, do, dnm; arcitum, arcitu. Participia veniunt a verbo activo duo. Praesentis: arcens. Futuri: arciturus. Passivum: arceor, ceris, cetur; cemur, cemini, centur. Imperfecto: arcebar, baris, batur; bamur, bamini, bantur. Arcitus sum vel fui, secundum analogiam, quamvis in usu deficit, compositum tamen eius coereor, coercebar, coercitus sum, in frequenti est usu. Plusquamperfectum: arcitus eram vel fueram. Futuro: arcebor. Imperativo modo: arcere, arceatur, amini, antur. Fu-

omissae, seu brevius indicatae, ab alio adscriptae seu latius tractatae sunt. Ceterum hoc addo. In fine, ubi in codice R. quem unice secuti sumus, legitur: *Nomen verbale: arcitor* cet. scriptum exstat in S. et Edd. *Gerundia vel participialia nomina communia sunt, sum activo, quam passivo, arcendi, arcendo, arcendum; arcitus, arcitu.* Quae verba, quo spectent, videant alii.

Futuro: arcetor tu, arcetor ille, arceminor, arceantur, arcentor. Optativo: utinam arcerer. Plusquamperfecto: utinam arcitus essem vel fuissem. Futuro: arcear. Subiunctivo: cum arcear. Imperfecto: *cum* arcerer. Perfecto: cum arcitus sim vel fuerim. Plusquamperfecto: cum arcitus essem vel fuissem. Futuro: cum arcitus ero vel fuero. Infinitivo: arceri, arcitum esse vel fuisse, arcitum iri. Nomen verbi *arcitor* non est in usu. Verbum frequentativum: arcesso, arcessas, arcessat. Participia veniunt a verbo passivo duo: praeteriti arcitus, futuri *arcendus*

CAPUT X.

Atque ea diversa penitus dum parte geruntur.

Scande versum? Atque ea, diver, sa peni, tus dum, parte ge, runtur. Quot caesuras habet? Duas, semiquinariam: atque ea diversa; et semiseptenariam: atque ea diversa penitus. Quot figurarum est? Decem. Quare? Quia constat ex tribus dactylis et duobus spondeis. Tracta singulos pedes? Atque ea | diver | sa peni | tus dum | parte ge | runtur. Quot partes orationis habet iste versus? Septem. Quot nomi-

Duas, semiquinariam: Atque ea cet. Ut edidimus, erat in § Reliqui nihil nisi: *Duas, semiquinariam et semiseptenariam. Tracta singulos pedes. Atque ea* cet. Haec aliter in §. Is enim sic: *Tracta singulos pedes. Atque ea dactylos ea tene longa, et duobus brevibus.*

mina? Duo *diversa* et *parte*. Quot verba? Unum) *geruntur*. Quot pronomina? Unum, *ea*. Quot adverbia? Duo *penitus* et *dum*. Quot coniunctiones? Unam, *Atque*. *Atque*, quae pars orationis est? Coniunctio. Cuius potestatis? Copulativae, ordinis communis, id est tam praepositivi quam postpositivi, invenitur. Sed raro postponitur quomodo: *etiam*, *et*, *quia*. Quid interest inter: *que*, *et*, *ac*, et *atque*? Quod *que* semper postpositiva est et enclitica, et significat non modo *et* sed etiam τε graecam, quando repletiva est; *ac* autem semper praepositiva est, et accipitur etiam pro adverbio similitudinis quomodo *atque* Terentius:

Ne simili utamur fortuna atque usi sumus.

Similiter ponitur *ac* pro *quam*; ut illud in tertio Aeneidos:

Haud secus ac iussi faciunt.

Et autem tam praepositive quam postpositive posita copulationem solam significat. Cuius figurae *atque*? Com-

et cetera. *Atque, quae pars orationis est?* Ante haec leguntur in S: *Tractata per singulas partes;* quorum nihil in reliquis. Vide supra Cap. VIII. pag. 91. et Cap. IX. pag. 103. *Sed raro postponitur.* Ita S. et omnes reliqui Sed R. habet: *Sed raro postpositivi.* *Quia.* Inter eas coniunctiones, quae raro postponuntur, est in R. et Editionibus etiam *quia*, quae tamen abest a cod. S. *Quod QUE semper postpositiva est.* Sic editiones. *Quia* est in Scriptis. *Sed etiam TE graecam.* In utroque codice scriptum est *TEI.* *Terentius: Ne simili utamur* etc. Haec reduximus ex codice R. ubi inter scholia textui illata inventa sunt. Nec minus verba: *ut illud in tertio Aeneidos* de quibus in R. *ut illud* exstabat, e codice S. desumsimus. *Et autem.* Pro his in impressis legitur: *Et atque*, quae lectio quam facile

Compositae, ex duobus integris *at*, et *que*. Quem habet accentum? Praepositiva omnis coniunctio et praepositio gravatur, postpositiva vero generalem accentum servat dictionum. *Ea*, quae pars orationis est? Pronomen. Quale? Subiunctivum vel relativum. Primitivum an derivativum? Primitivum. Quot sunt pronomina indubitabilia? Primitiva quidem octo, primae personae, unum: ego; secundae unum: tu; tertiae sex: ille, ipse, iste, hic, is, sui. Et quare prima persona, et secunda singulas habent voces, tertia vero tot et tam diversas? Quia prima persona et secunda semper sunt praesentes, et iuxta se colloquuntur et demonstrativae sunt tertia vero modo iuxta se colloquitur, modo longe, modo praesens, modo absens, modo demonstrativa, modo relativa, modo discretiva. Quid interest inter *hic* et *iste* et *is*? Quia *hic* praepositivum est et demonstravum, et in declinatione nominum a grammaticis pro articulo accipitur, *iste* vero demonstrativum est; *is* subiunctivum, vel relativum. *Ille* potest et in loco ali-

potuerit ex vera corrumpi, non est quod dicam. In R. *autem* solum; in S. *et autem*. *Vel relativum*. In S. lineae superscriptum: *vel redditivum*. *Tertiae sex: ille* cet. Sic quidem in S. a prima manu nec minus in Editis omnibus. In R. vero et in S. ab altera manu est: *Tertiae ille*. *Infinita sex: ipse, iste, hic, is, idem, sui*. *Iuxta se colloquuntur*. Ita in S. Editi: *iuxta se loquuntur*. Sed R. exhibet: *Iuxta se collocantur*; quae lectio etiam exstat in margine S. *Et discretivae sunt*. E MSS. revocavimus. *Modo iuxta se colloquitur*. Dedimus e codice S. In R. vero: *modo iuxta se collocatur*. Totum autem hoc deest in Editis. *Is subiunctivum vel relativum*. Additur in S: *vel redditivum*. Similiter infra: *demonstrativum vel relativum*; additur in S: *vel redditivum*. *In loco aliquo lo-*

aliquo longe posito esse demonstrativum et relativum. Potest tamen idem esse et cum significantia aliqua proferri, ut Virgilius in septimo Aeneidos:

Sic Iuppiter ille monebat.

Ipse autem et relativum et discretivum est; relativum est, ut idem in eodem:

Ipse modo Aeneas, nostri si tanta cupido est.

Discretivum, ut ego ipse, tu ipse, ille ipse. Idem in secundo Aeneidos:

Quaeque ipse miserrima vidi.

Ideo autem discretivum dicitur, quia discernit personam, cui coniungitur, ostendens per se facere et non per alium ut: *quaeque ipse miserrima vidi;* hoc est, ipse per me, et non per alium. Dic derivativa pronomina quot sunt? Septem: meus, tuus, suus, noster, vester, nostras, et vestras. Quot sunt declinationes pronominum? Quatuor: una illorum, quae in *i* faciunt genitivum et dativum, ut mei, mihi; tui, tibi; sui, sibi. Secunda illorum quae in *ius* habent genitivum: illius, huius. Tertia eorum quae secundum mobilia declinantur nomina, ut meus, tuus,

longe posito. In illo aliquo cet. R. In hoc loco aliquo cet. P. et Mediol. *Cum significantia aliqua.* Consignificantia O. P. Mediol. cui voci in R. superscriptum: *intellecta. Potest tamen idem esse.* Ita MSS. *Potest* omittunt Edd. *Virgilius in septimo Aeneidos;* reduxi haec ex codice S. *Relativum est,* reposui ex MSS. *Ut idem in eodem.* Haec in uno S. *Idem in secundo Aeneidos.* Sic in S. In reliquis vero desunt. *Cui coniungitur.* Cui adiungitur Edd. *Ut: quaeque ipse miserrima vidi.* Repetitio huius exempli, necessaria ea, est e codd. *Tertia eorum, quae secundum mobilia declinantur.* V. *Eorum* omittit Editi. *Declinatur* Aldina et Putschia-

tuus, suus. Quarta quae tertiam nominum declinationem servat, ut nostras et vestras. Quae sunt dubia? Quae Stoici quidem antiquissimi inter articulos cum praepositionibus ponebant. Romani autem inter pronomina infinita vel interrogativa vel relativa vel redditiva, Dionysius vero et Apollonius et Herodianus rationabiliter inter nomina posuerunt. Sunt autem substantiae vel qualitatis vel quantitatis vel numeri infinita. Substantiae; ut *quis* quod tam interrogativum est quam infinitum, cuius relativum est *qui* quod per se quidem acuitur, in lectione vero gravatur. Invenitur tamen etiam pro *quis* atque tunc circumflectitur. Obliqui autem eius casus, quando relationem significant, gravantur. Qualitatis; *qualis*, quod penultimam circumflectit, quando interrogativum est, quando vero infinitum est vel relativum acuit ultimam, quae tamen in lectione sopitur. Eius redditivum talis. Dic quantitatis? *Quantus*, quod si-

ra. *declinaverunt.* R. *Stoici quidem.* Soici quidam O. P. et Mediol. *Romani autem inter — inter nomina posuerunt.* Ita in Ald. et Putsch. cum quibus scripti consentiunt. Priorem partem paulo aliter Edd. O. P. Mediol: *Romani infinita nomina vel interrogativa, vel relativa, vel redditiva inter pronomina ponebant; Dionysius* etc. *Vel numeri infinita.* Hanc editionum omnium lectionem deserere nolui, quamvis aliter in scriptis. In R: *vel numeri infiniti.* In S: *vel numeri. infinitae substantiae* etc. *In lectione vero gravatur.* Editi vitiose: *in relatione.* Vide statim infra: *in lectione sopitur.* Ubi vox *sopitur* per glossam: *gravatur* explicata est in Cod. R. *Obliqui autem eius casus. Eius* erat in codice R. Reliqui: corrupte. *Eius redditivum talis.* Editi: eius relativi redditivum *talis*; praeeunte Putschio, qui nempe codici S. vocem *relativi* non agnoscenti. In R,

similiter tria significat. Interrogativum est, quando penultima acuitur; quando vero ultima, infinitum vel relativum est, quod similiter in lectione capitur; eius redditivum tantus. Numeri, *quot*, quod significat interrogationem, infinitionem, relationem, sed quando interrogativum est, acuitur, quando autem relativum, in lectione gravatur. Eius redditivum tot. Dic derivativum ab eo quod est *quis?* Cuius, cuia, cuium, quae sunt possessiva infinita, quae graeci non habent. Praeterea hic et haec cuias et hoc cuiate, huius cuiatis, quae sunt gentilia infinita. Et est sciendum quod haec declinationem pronominum habent: quis vel qui, cuius. Et eam tamen inaequalem, cum accusativum *quem* faciat et ablativum a quo vel a qui, et dativum pluralem quis vel quibus. Quae sunt alia nomina quae declinationem pronominum habent? In *us* quidem desinentia sex: unus, nullus, ullus, solus, totus, alius. In *er* vero duo: uter

R. vero est: *Eius relativum talis. Interrogativum est, quando* cet. Dedimus lectionem codicis R. cui etiam, mutatis paucis, accedit S. Is enim: *Interrogationem, quando penultima acuitur; quando vero ultima; infinitum vel relativum est, quod similiter in lectione capitur.* Verum longe alia in libris editis. Ii enim sic: *Interrogationem, relationem, infinitionem. Quando vel infinitum est vel interrogativum, acuitur, quando vero relativum, in locutione gravatur.* Quae mendosa esse, per se patet. *Acuitur; quando autem relativum.* Voces his adduntur ab omnibus libris: *vel infinitum*, quas, cum certum locum nullum teneant, et ubique contra mentem auctoris inculcentur, omisi. Posses tamen eas post v. *relativum* intro mittere. *Praeterea hic et haec cuias.* Pro *cuias* in edd. est *cuiatis*, quod ex correctione editorum ortum videtur. *Et eam tamen inaequalem.* Et eam tam in alia R. Haec vitiosa ex non intellectis aliis codicis com-

uter et alter, et ex his composita. Excepto neuter, neutri. Dic nominativum ab eo quod est ea? Masculinum eius is, femininum ea, neutrum id. Quid habet notandum hoc pronomen? Quod nominativum pluralem masculinum tam in *ei* facit quam in *ii*, et dativum et ablativum tam in *eis* quam in *iis*, et quamvis i duplicetur, tamen pro una accipitur syllaba in metris quomodo di et dis pro dei et deis. Fac ab eo quod est is compositum. Idem eiusdem. Et quid interest inter masculinum et neutrum? Quod masculinum producitur, neutrum vero corripitur. *Diversa*, quae pars orationis est? Nomen. Quale? Appellativum. Cuius speciei? Derivativae. Unde derivatur? A verbo vertor, versus participium et a participio factum est nomen compositum: diversus, diversa, diversum. Generis *feminini numeri singularis*, quando femininum est, quando vero neutri, pluralis. Et notandum, quod omnia mobilia *in a* faciendis. *Excepto neuter neutri.* Editiones: *excipitur neuter neutri. Dic nominativum ab eo quod est EA.* Mirum est, quod hic omnes edd. exhibent: *ab eo, quod est ID.* Proinde in sequentibus omissa sunt verba: *neutrum id*, in quibus edd. consentiunt. *Quid habet notandum hoc pronomen.* Haec desunt in R. ita tamen ut exidisse appareat. *Tam in eis quam in iis.* Sic in Mss. Editi: *in eis et in iis. Quomodo di et dis.* Sic habent Codd. Editi: *quomodo dii et diis. Nomen. Quale?* cet. Haec, uti excudi curavimus, sunt in utroque codice. Editi omissis interrogationum et responsionum formulis: *Nomen appellativum, speciei derivativae, a vertor verbo* cet. *Et a participio factum est* cet. Quae exhibuimus, sunt in S. R. vitiose haec habet: *A vertor verbum versus facit participium et a participio factum est* cet. Editiones sic: *A vertor verbo versus participium,*

cientia feminina et nomina et pronomina et participia, similem habent femininum singularem et neutrum pluralem, ut primus, prima, prima; pulcher, pulchra, pulchra; armiger, armigera, armigera; satur, satura, satura; ille, illa, illa; iste, ista, ista; is, ea, ea, hic; haec et singulare est femininum, et plurale neutrum. Nec non etiam quis quae, quod tam singulare est femininum quam plurale neutrum. participia quoque amaturus, amatura, amatura, amatus, amata, amata. Cuius numeri? Singularis, quia femininum est in hoc versu, figurae compositae, ex duobus integris id est *di*, praepositione, quae separatim non invenitur per se, et *versa*. Sunt autem inseparabiles praepositiones, quae per se separatae nun-

plum, unde est factum cet. *Similem habent femininum singularem et neutrum pluralem.* Sic uno consensu omnes libri et scripti et editi. Posses dicere, vocem *nominativum* usquam omissam esse in his Nec hoc tamen verum esse contenderim. *Primus, prima, prima.* Sic dedimus, codicum quidem vestigia secuti, ex coniectura. Nimirum est in codicibus in his fere semper ad hunc modum: *pulcher, pulchra, pulchrum.* Sed non requiritur neutrum singulare, verum neutrum plurale. Atque hoc exstat in Edd. ita tamen ut in O. P. Mediol. ad hanc normam sit: *Primus, prima et pluraliter prima.* Ald. et Putsch. sic: *Primus, prima, primum, et pluraliter prima.* Persuasi sumus, lectum fuisse ad eum modum, ut dedimus. Nam cum librarii nescirent, quid esset illa repetitio: prima, prima; pulchra, pulchra; alius quidem interpretari eam studuit addendo: *et pluraliter*; alius pro vitio habens scripsit: *primum, pulchrum* et reliqua eodem modo. *HAEC et singulare femininum et plurale neutrum.* Hic, haec, hoc singulariter est femininum et pluraliter neutrum Edd. nisi quod P. *femineum.* In his minutiis variant saepissime libri, neque operae pretium est, has exscribere varias lectiones. *Figurae compositae.* In S: Cuius figurae? compositae.

nunquam possunt inveniri hae: di, dis, re, se, am, et con. Quas tamen praepositiones ideo diçimus, quod interpretatio quoque earum apud graecos praepositiones eas esse ostendit, et praepositivum locum sibi semper in compositione defendunt. Diversus tamen apud latinos frequenter, non solum pro varius, sed etiam pro separatus accipitur et discretus, a quo etiam derivatur diversitas. *Penitus*, quae partorationis est? Adverbium. Cuius significationis est? Hic localis, alias qualitatis. Significat enim prorsus vel intima parte, ut Virgilius in tertio Aeneidos:

Insequor, et causas penitus tentare latentis

et hic tamen similem habet significationem *penitus*, id est in penitissima parte, hoc est in intima Italia. Antiqui enim et penitior et penitissimus solebant ab eo dicere, velut ulterior ultimus. Cuius speciei? Primitivae. Ex eo enim nomen penitiór et penitissimus

Di, dis, re, se, am, et con. Hic numerus est in S. Addit R.: *an* et *o*. *Ideo dicimus, quod.* In S: *dicimus quod* omisso *ideo*, quod inter lineas est. *Ideo dicimus quando* R. *Sed etiam pro separatus.* Voculae: *sed etiam* desunt in R. In eodem deest etiam: *frequenter*. *Ex quo etiam derivatur.* Sic exhibet S. In reliquis: ex quo derivativum etiam — ex quo etiam derivativum. Ceterum notandum, codicem S. habere quaestiunculam huc pertinentem, alieno tamen loco paullo superius post verba: *in compositione defendunt* positam, quae sic habet: *Hoc derivativum ab eo quod est diver diversus.* (sic) *Vel intima parte.* Sic Mss. *Vel in intimam partem* Edd. praeter O. P. Mediol. *Ut Virgilius in tertio Aeneidos* cet. Sic plenius scripta exstant haec in S. In reliquis brevius ita cohaerent cum antecedd: *Vel intima parte est: causas penitus* cet. *In intima Italia.* Ita dedi ex coniectura. Omnes: in intima Italiae, quod si quis praetulerit, non invideo. *Ex eo enim nomen pe-*

ni-

mus nascitur, et adverbium comparativum penitius, superlativum penitissime. Cuius figurae? Simplicis. *Dum*, quae pars orationis est? Adverbium temporale, quomodo hic. Est etiam coniunctio causalis quando pro ἵνα graeca coniunctione accipitur, ut Virgilius in primo Aeneidos:

Multa quoque et bello passus, dum conderet urbem.

Et sciendum quod adverbium indicativo coniungitur, coniunctio vero subiunctivo. Est tamen etiam pro coniunctione repletiva; ut:

Sosia,
Adesdum paucis te volo.

Et: *nedum illi corruptis moribus victoriae temperarent.* Ex eo derivatur dudum; post nec quoque, vel post non vel post haud posita, adverbium est temporale, ut: necdum, nondum, hauddum. *Parte*, quae pars orationis est? Nomen. Quale? Appellativum. Cuius speciei? Primitivae, generis feminini, nu-

mitior et penitissimus nascitur. Editiones intrudunt: *fit. Quomodo hic.* Sic Scripti, quam lectionem optime explicat Scholium in R. huic loco appositum: *hic enim tempus significat.* Nimirum ne quis putet, auctorem velle: *hic* esse etiam adverbium temporale. Editiones: *quoque hic. Quando pro ἵνα Graeca coniunctione.* Non dubium est, quin auctor ita voluerit, quamquam in his non videtur percepisse vim particulae *dum.* In R. legitur: *quando pro ἵνα Graece i. e. ut coniunctione.* In S. vero, ut edidimus. *Ut Virgilius in primo Aeneidos.* Sic plene exhibet codex S. Reliqui: *ut Multa quoque* cet. *Et sciendum quod adverbium.* Editi intrudunt vocem *dum. Est tamen etiam pro coniunctione repletiva.* Ita Mss. cum quibus faciunt O. P. Mediol. Sed in Ald. et Putsch. est: *Est tamen quando pro coniunctione repletiva accipitur. Post nec quoque,*

vel

numeri singularis, figurae simplicis, casus ablativi. Cur partis facit? Quia omnia in *rs*, vel *ls*, vel *ns* desinentia interposita *ti* faciunt genitivum, ut: pars partis; puls, pultis; mons, montis. Exceptis a corde compositis, quae *d* habent pro *t*, ut: vecors, vecordis; concors, concordis; discors, discordis. Servant enim primitivi consonantem genitivi. Et differentiae causa frons, frondis, ἡ φυλλάς, et lens, lendis, τὸ κονίδιον, praeterea glans, glandis; libripens, libripendis quod a verbo pendo componitur. Fac ab eo, quod est pars, deminutivum. *Particula*. Verbum vero partio et partior, quod in eadem invenitur significatione, et ex eo composita dispertio et dispertior, impertio et impertior. Dic ab eo compositum. *Participium* et *participo*, *participas*, *participat*, verbum; similiter componuntur ab eo: expers, expertis et particeps, participis, et proportio et bipartitus et tripartitus, et similia. *Geruntur*, quae pars orationis est? Verbum. Quale? Perfectum. Quo modo dictum? Indicativo modo. Cuius coniugationis? Tertiae correptae, significationis passi-

vel non posita — nec dum nondum (omissis *haud dum*) Sic R. quocum consentiunt editiones. *Quia omnia in RS, vel TS, vel NS desinentia.* Unus R: *quia omnia in ars vel in ens vel in uls desinentia. Concors concordis.* Addunt haec codices. Ἡ φυλλάς — τὸ κονίδιον. Haec, hic quidem iterata, erant tamen in codicibus: Atque in R. quidem ΘΗΝ ΦΤΑΛΑΝ ΦΤΑΛΑC — Θω. ΚΟΝΙΑΤΟΝ. Emendatius in S: ΗΦΤΑΛΑC — ΤΟ ΚΟΝΙΑΙΟΝ. Editi horum nihil. Ceterum sequuntur iam Scholia in R. *Componuntur ab eo.* Dedi ex libris scriptis. *Significationis passivae.* R. habet: declinationis passivae. Omnis autem locus ita comparatus est in Edd. Cu-

sivae, numeri pluralis, figurae simplicis, temporis praesentis, personae tertiae. Declina. Gero, geris, gerit et cetera. Quare praeteritum gessi facit? Quia in *ro* desinentia tertiae coniugationis in vi faciunt praeteritum perfectum, ut quaero, quaesivi; tero, trivi. Exceptis: uro, ussi; gero, gessi; curro, cucurri, ex quo composita licet ut duplicent in praeterito perfecto, *cu*, vel non. Decurro, decucurri, vel decurri; percurro, percucurri, vel percurri. Quare gessi, gestus facit participium? Quomodo et ussi, ustus; quaesivi quoque quaestus, ὁ πόρος differentiae causa facit, nam quaesitus ὁ ζητηθείς. Fac frequentativum. Gesto, gestas, gestat. A participiis enim praeteriti, plerumque fiunt frequentativa; et a gesto, gestio, gestis, gestit; id est motu corpo-

tus significationis? Passivae, coniugationis tertiae correptae, numeri pluralis cet. *Ex quo composita licet ut* cet. Sic in S. cui accedit R. nisi quod hic voculam *ut* omittit. Editiones: *Licet ex eo composita duplicent;* nullo idoneo sensu. *Quaesivi quoque quaestus ὁ πόρος* cet. In his multum turbant et Scripti et Editi. Nos secuti sumus codicem S. ad quem proxime accedunt Aldina et Putschiana. P. et Mediol. vero discrepant in Graecis, et pro: *quaestus*, ὁ πόρος; exhibent: *questus* ὀδύρμενος; et pro: *quaesitus*, ζητηθείς; habent: quaesitus ἐξητημένος. Contra R. totum hunc locum tortum et interpolatum ita tenet: *Quaesivi quoque questus hinc* ΗϽ-ϹΠωΡΤωΝ (i. e. ἐμπόριον) *differentiae causa facit. Nam quaesitus* ωΖΘΗΤϹ (i. e. ὁ ζητηθείς) ΖΗΘω (ζητῶ) ΖΗΘΗΤΝ (ζητεῖν) ΖΗΘΗϹΤϹ (ζήτησις). *Unde extemporium* (sic) *mercatum dicitur, ubi lucrum conquiritur. Quero, queris, non solum facit participium quaesitus, sed etiam questus; sed hoc distat. Questus de lucro accipitur graece oporros. Quaesitus vero de inquisitione* ΟΥΟΝΤΙΤΗΤϹ. *Questus etiam venit a queror, quereris et tunc querelam significat. Gesto, gestas, gestat.* Sic in S. a prima ma-

poris significo gaudium. Dic ab eo alia derivativa. Gerulus, unde componitur nugigerulus; et gesticulor, gesticularis vel gesticulare, gesticulatur, et ipsa res gesticulatio.

CAPUT XI.

Panditur interea domus omnipotentis Olympi.

Quot habet caesuras? Unam. Quam? Semiquinariam. Quomodo? Panditur interea. Quot figurarum est? Unius. Quare? Quia quinque dactylos habet Tracta singulos pedes. Panditur | intere | a | domus | omnipo | tentis O | lympi. Quot partes orationis habet hic versus? Quinque. Quot nomina? Tria: domus, omnipotentis, olympi. Quot verba? Unum: panditur. Quid aliud? Adverbium interea. *Panditur*, quae pars orationis est? Verbum. Cuius modi? Indicativi. Cuius formae? Perfectae, *coniu-*

g-

manu. Sed ab altera: *gestito* cet. quocum conspirat R. *Dic ab eo alia derivativa.* Haec e Mss. In Edd: *ab eo derivantur.*

CAPUT XI.

Quae ab initio huius capitis post versum Virgilii leguntur in Edd: *Secunde versum* etc. ea quamvis adsint in codice S. tamen omisimus et quia tam saepe antea lecta semper ponere noluimus, et quia desunt in R. Neque video quid intersit, omittas an ponas. *Tracta singulos pedes. Panditur* cet. Sic ut dedimus, est in R. et impressis. In S. vero: *Tracta singulos pedes. Panditur dactylus ex una longa et duabus brevibus. Panditur quae pars orationis est.* Ante haec verba leguntur in S: *Tracta singulas partes. Fiat. Cuius modi? — cuius formae?* cet. In his quaestiunculis vel omittendis vel apponendis

ve

gationis tertiae, generis vel significationis passivae, numeri singularis, figurae simplicis, temporis praesentis, personae tertiae. Dic activum eius. Pando, Declina, pandebam, pandi, panderam, pandam. Cur mutata *do in di*, fecit praeteritum perfectum? Quia omnia verba tertiae coniugationis, quae ante *do n* habent, mutata *do in di* faciunt praeteritum, ut: scando, scandi; incendo, incendi; offendo, offendi; defendo, defendi; ostendo, ostendi. Excipiuntur quaedam abiicientia *n*: fundo, fudi; scindo, scidi; findo, fidi; duplicantia vero primam syllabam: pendo, pependi; tendo, tetendi; tundo, tutudi. Declina passivum. Pandor, pandebar, passus sum. Cur passus sum facit praeteritum perfectum? Quia omnia passiva in *dor* desinentia tertiae coniugationis verba, nisi sint a *dor* verbo composita, participium praeteriti in *sus* faciunt, ut ludor, lusus; caedor, caesus; defendor, defensus; incendor, incensus. Sed notandum quod cum alia omnia quae *n* habent ante *do* et in participio ante *sus* servant *n*, ut: offendo, offensus; defendo, defensus; incendo, incensus; tendo, tensus; pendo, pensus; tundo, tun-

variant singuli. Alius enim omnia in hanc formam redacta habet, alius partem tantum, alius nihil. Eas varietates notare merito omisimus. *Dic activum eius. Pando, declina.* Haec ita in S. *Pando praeteritum perfectum.* Facit p. p. Edd. *Incendo — offendo — defendo —*; apposui e Mss. *Tundo tutudi.* R. habet: *tundo, tutundi. Quod cum alia omnia. Cum* deest in R. *Ante sus servant.* Edidi: *servent. Tundo, tunsus.* Post haec interpretamentum legitur in R, quod altera manus in S. margini apposuit: *Hi excipiuntur PANDO, quod non servat n; os;* Quod interpretamentum ortum est ex omissio-

tunsus, hoc differentiae causa, ne femininum eius simile inveniatur proprio masculino quod est hic Pansa, ideo passus, passa, fecit, quamvis a patior quoque passus facit, et a pateo passus. Virgilius in tertio Aeneidos:

Et pater Anchises passis de littore palmis

et in primo:

Crinibus Iliades passis peplumque ferebant.

Fundo etiam fudi fusus facit, nec duplicavit s, quia producta vocalis non egebat tali geminatione. Scidi quoque et fidi, quia corripiunt penultimam, duplicaverunt in participio *s* scissus et fissus. Virgilius in nono Aeneidos:

Frangitur, ac fisso transit praecordia ligno.

Imperativus, optativus, subiunctivus et infinitivus supradicti verbi secundum analogiam declinantur. Dic supina. Pandendi, pandendo, pandendum; passum, passu. Dic participia activa. Praesens pandens, futurum passurus. Dic passiva. Praeteriti: passus, futuri: pandendus, nomen verbale: passor. In *sor* autem desinentia, vel in *xor* verbalia, feminina facere non possunt, litterarum dissonantia prohibente. In *tor* enim desinentia mutant *tor* in *trix*, amator, amatrix: doctor,

sione coniunctionis *cum* in superioribus. Omisso enim *cum*, quoniam non cohaerere orationem animadvertebat librarius, hunc partem adsuit. *Hoc differentiae causa.* Hac de causa. O. P. Mediol. *Virgilius in tertio Aeneidos: Et pater.* Sic plene in S. Reliqui partim: *ut Virgil. passis* partim: *ut Virgil. in tertio: passis Peplumque ferebant.* Haec addidi ex S. *Virgilius in nono Aeneidos: Frangitur.* Sic rursum in S. Reliqui: *Virgilius in nono: ut fis Pat*

tor, doctrix; raptor, raptrix; fartor, fartrix. Nomen verbale rei ipsius hic passus huius passus, quod significat τὸ βῆμα, quod patet in spatio distantiae pedum. Est tamen et aliud verbale pandus, panda, pandum; panda est enim res contractior. Unde et Ovidius:

Pandae naris erat.

Nam passio magis a patior est. *Interea*, quae pars orationis est? Adverbium. Quid est adverbium? Pars orationis quae adiecta verbo significationem eius explanat atque implet. Quot accidunt adverbio? Significatio, species, figura. Cuius est speciei? Utrum primitivum, an derivativum? *Inter*, quidem ab in praepositione videtur esse natum; quomodo a sub, subter, ab ex, extra; *ea* vero primitivum pronomen est ablativi casus singularis, vel accusativi pluralis. Cuius est significationis hoc adverbium? Temporis; potest tamen esse et loci. Cuius est figurae? Compositae. Ex quibus? Ex integro et corrupto; si *ea* plu-

Panda est enim res contractior. Sic emendate exhibet R. Nimirum volebat ostendere auctor, qua notionis communitate adiectivum *pandus* coniunctum sit cum verbo *pando*; quamquam hoc, ut saepe in his facit, non plene et accurate. Iam his verbis superscripserat scholiastes hoc interpretamentum: *a pando natum* seu *a pando derivatum*. Unde alii fecerunt: *Donatum*, prioribus illisomissis. Hinc miser Donatus in hunc locum irrepere coepit. Habent enim O. P. Mediol: *Donatus panda res contractior dixit.* Ald. et Putsch: *Donatus panda atque contractior.* S: *Donatus panda et constructior. Utrum primitivum an derivativum.* Haec resumsimus ex S. Eorum loco invenitur in R. vox: *derivativae*; cui assentiunt O. P. Mediol. *Cuius est significationis — et loci.* Haec et intermedia reposuimus ex

pluraliter accipimus. *Inter* enim integrum est quod plerique Latinorum praepositionem accipiunt, Graeci autem adverbium; *ea* vero corruptum. Accusativus enim pluralis *a* producit, propter generalem regulam adverbiorum in *a* terminantium, quae omnia producuntur, ut: interea, propterea, praeterea, excepto ita. Possumus tamen dicere, quia in compositione non necesse est separatorum constructionem servare, et licere etiam ablativum singularem recipere in his adverbiis compositum cum praepositionibus, quomodo: quocirca, quapropter; sic interea, propterea. Frequenter enim etiam simplices ablativi pro adverbiis accipiuntur, ut: una, qua, qui, *dextra*, sinistra. *Domus* quae pars orationis est? Nomen appellativum. Cuius speciei? a graeco derivatur. Graeci enim δωμᾶσθαι dicunt aedificare. Inde et ἡ δόμησις,

S. In reliquis enim desunt. *Si ea pluraliter accipimus.* Accipimus. Editi. *Possumus tamen dicere, quia.* Quod. Ald. et Putsch. *Licere etiam ablativum singularem recipere in his adverbiis compositum.* Ita Mss. Aliter vero in Editionibus: *Licere etiam in his ablativum singularem recipere, ut in his adverbiis compositis.* *Frequenter enim etiam.* Enim vox deest in Edd. *Simplices ablativi.* Simplices activi (i. e. accusativi) O. P. Mediol. *Qua, qui.* His addunt Edd. *quomodo*, quod Putsch. scribit: *quo, modo.* In P. et Med. tamen abest *modo*, ut intelligatur ablativus *quo*, quod ferendum esset. *Cuius speciei? a graeco derivatur.* Sic codd. nisi quod in R: *a graeco derivativum.* Edd.: *speciei derivativae, a graeco enim derivatur.* *Δωμᾶσθαι dicunt aedificare* cet. Graeca haec priora sic scribuntur in Mss: ΔωΜΑCΕΤΙ—ΔωΜΑCΕΤΟ et ΔωΜΟC. S. ΔΟΜΑCΕΤΑΙ—ΗΔΟΜΗCΑ. ΚΑΙ. ΟΔΟΜΟC. R. Discrepant Editi: δομεω, δομω—δομος ὁ οἰκος. P. Mediol. δομήσασθαι δόμησις et ὁ δόμος Ald. et Putsch.

et ὁ δόμος, graece enim masculini est et latine femininum haec domus, quomodo ὁ κρατὴρ haec cratera, ὁ δεκάπους haec decempeda, ὁ πανθὴρ haec panthera, ὁ χάρτης haec charta, ὁ γαυσάπης haec gausapa. Dic derivativum a domo. Domicilium, domesticus; dominus, domo, domas, domat, hoc est sub domo et potestate mea facio. Unde maris domitor pro dominus et dominator. Inde et domitus, hinc Domitius et Domitianus. Dic adverbia ex hoc. In loco, domi, ad locum, domum, de loco, domo, quae graeci dicunt οἶκοι, οἶκαδε, οἰκόθεν; deminutivum eius, domuncula. *Omnipotentis*, quae pars orationis est? Nomen. Quale? Appellativum. Cuius speciei? Adiectivae, figurae compositae. Ex quibus? Ex tribus corruptis, omni et potis et ens, qui omnium potis est. *Antiqui enim* dicebant ens participium ab eo quod est: *sum, es, est*. Ideo ergo a possum verbo potens nascitur tam participium quam nomen, sed quam-

Putsch. ὁ χάρτης. ὁ καρτης. Sic in utroque Ms. *Domesticus, dominus.* Vocem *dominus* hic addidimus ex S. *Sub domo et potestate mea facio.* In his consentiunt codices. Reliqui: *sub dominio. Pro dominus et dominator.* Vocem *dominus* hic iterum scripsimus iubente S. *Inde et domitus.* Iam hic et Editi et Scripti *dominus.* Res docet, *domitus* hoc loco scribendum esse. *Dic adverbia ex hoc* cet. Quae in seqq. graeca leguntur, multum turbata sunt in R. Iam enim supra post voc. *domesticus* haec legebantur: *Unde* ΙΟΚΟΝΟΟ-CIA (i. e. οἰκονομία) ΙΟΚΟΝ (οἶκον) ΙΟΚΟΘΗΝ (οἰκόθεν). Quae ex parte huc pertinere, certum est. Dein hoc loco iusto ordine, falsa tamen, ut patet, scriptura leguntur: ΟΙΚΟΙ. ΟΙΚΑΒΕΙ. In S. ita exhibentur; ΟΙΚΟΙ ΟΙΚΑΔΕ ΟΙΚΟΤΕΝ. Reliqui nihil habent varietatis. *Omnipotentis.* Editi: omnipotens. *Qui omnium potis est.* Ita Mss. *Qui omnium potens est.* Edd. *Ideo ergo*

Futuro: cum potuero. Infinitivo: posse, antiqui potesse. Terentius in Eunucho:

Sed nihil tamen potesse.

Praeterito: potuisse. In futuro deficit. Derivativa ex hoc, possibilis, compos, impossibilis, praepotens et impotens. *Olympi*, quae pars orationis est? Nomen. Quale? Proprium, significat autem et nomen et coelum. Olympus dictum quasi Ὁλολάμπων, quod undique luceat. Cuius speciei? Derivativae vel compositae, a graeco ἀπὸ τοῦ ὅλου καὶ λάμπειν. Fit ab eo derivativum. Olympicus, Olympica, *Olympicum*; et proprium: Olympius, Olympia; et Olympium certamen vel Olympia, quae in honorem *Iovis* celebrabantur certamina Pisis. Inde componitur Olympiodorus, Olympionices. Dic patronymicum Olympias, cuius secundum analogiam Olympiades debet esse masculinum.

C 4

nomina, quae in editis libris desunt. Ego addidi. *Derivativa ex hoc.* Dedimus, quae habet Aldina, praeterquam quod *impossibilis* ex codice R. recepimus. Mss. autem hoc loco manci habent. In S. *Ex hoc possibilis* nihil amplius. R. vero: *Derivativa ex hoc possibilis et compos ex impossibilis et reliqua.* (sic) Neque hic igitur plene. *Olympus dictum quasi* Ὁλολάμπων. Ita S. *Dictum a graeco quasi* ΟΛΟΛΑΜΠΩΝ. R. *dictum a graeco* ὁλόλαμπων. Edd. praeter Mediol. quae habet: Ὁλολαμπος. *A graeco* ἀπὸ τοῦ ὅλου καὶ λάμπειν. Ita dedimus ex R. Reliqui: *a graeco id est* τοῦ *etc. Et proprium, Olympius, Olympia.* Ita e codicum consensu scripsimus. Editiones: — *proprium. Et olympius, olympia, olympium.* *Celebrabantur.* Ita unus S. *Dic patronymicum. Olympias, cuius secundum analogiam* cet. Sic exhibet R. Vitiose S: *Secundum analogiam Olympias debet esse masculinum.* Nihil amplius. Editi plura, nec tamen omnia: *Olympius, cuius secundum analogiam Olympiades debet esse masculinum Olympias* inter compositi posset referri.

Q 4

CAPUT XII.

Oceanum interea surgens aurora reliquit.

Quot habet caesuras? Duas. Quas? Semiquinariam et semiseptenariam; Oceanum interea, ecce semiquinariam. Oceanum interea surgens. Ecce semiseptenariam. Quot figurarum est? Decem; habet enim tres dactylos et duos spondeos. Quot partes orationis habet iste versus? Quinque. Quot nomina? Duo, aurora, oceanum. Quot verba? Unum, reliquit.

Quot

CAPUT XII.

Quae hic iterum in Editionibus leguntur: *Semilo surrum* etc. Quamquam in S. leguntur, tamen et quia desunt in R. et quia haud dubie ad recentiorem libri formam pertinent, omisimus, non veriti iacturam facere. *Duas? Quas.* Sic in S. Interrogationem reliqui non agnoscunt. *Oceanum interea surgens.* De his est in R. nihil, nisi: *a surgens. Surgens* tantum in Edd. Praeterea notandum pro *semiquinariam — semiseptenariam* legi in Edd. nominativo casu: *semiquinaria — semiseptenaria. Duos spondeos.* Quae post haec in Edd. sequuntur: *Tracta per singulos pedes*, cetera; ea sic exhibentur in S: *Tracto singulos pedes. Ocea dactylus ex una longa et duabus brevibus et cetera* (sic). Desunt omnia in R. nos quoque omisimus. Nunquam antea, quam meliores habebimus codices, ad liquidum poterit perduci, quid recens appositum, quid priscum et genuinum in his habendum sit. *Quot partes orationis habet iste versus? Quinque.* Iam sequitur in Edd. enumeratio illarum partium, hoc est, perscribitur, et nunc quidem sexta in hoc capite vice, ille versus. Qua ratione nihil potest cogitari quod sit magis ridiculum. Et tamen haec ipsa iam cap. II. etiam a codicibus probata vidimus, quod nunc quidem non ita est. *Quot verba? unum.* Hae interrogationis formulae, ut edidimus, in utroque codice Edd. non habent.

Quot participia? Unum, surgens. Quot adverbia? Unum, interea. *Oceanum*, quae pars orationis est? Nomen. Quale? Proprium. Cuius speciei? Derivativae, ἀπὸ τοῦ ὠκέως εἶειν, hoc est a celeri motu, dictus est graece Oceanus. Fac ab eo derivativum. Oceanitides, masculinum, et Oceanitis femininum, unde Virgilius in quarto Georgicon:

Oceanitides ambae.

Dic possessivum. Oceanius, Oceania, Oceanium, ut Saturnus, Saturnius, Saturnia, Saturnium. Dic patronymicum. Ὠκεανὸς, Ὠκεανοῦ, Oceanides; femininum Oceanis, velut Πρίαμος, Πριάμου, Priamus, Priamides et Priamis. Et quamvis sit proprium Oceanus, etiam pro appellativo accipitur, quando partes eius significat, ut si dicam: Atlanticus oceanus e

h-

Cuius speciei. Interrogatio deest in Editionibus. *Derivativae.* Ἀπὸ τοῦ ὠκέως εἶειν. Ita ad vestigia codicis R. Aliter enim non intelligo, quae is habet scripta: ΑΠΟΤΟΙΟΚΘωC ЄΥΙΙ. Quid enim aliud syllaba prior ЄΥ; nisi prava scriptura pro: ει? quam literarum permutationem sexcenties inveni in graecis vocibus, *quae in* latinis codicibus obviae sunt. Et dein quid characteres extremi, qui in codice fere ut u latinum cum linea superscripta conspiciuntur, aliud possunt significare, quam IIN h. e. EIN? Mihi quidem nihil est certius, quamvis recte dubites, hanc derivationem, unice veram, antiquitus cognitam fuisse. Addit nostrae inventioni aliquid momenti P. ubi pro vulgato: νάειν legitur: νέειν. In reliquis editionibus νάειν. In S vero: ΑΠΟ ΤΟΥ ωΚЄΟC. Nihil amplius. *Oceanitides masculinum et Oceanitis femininum.* Oceanites — Oceanitis — S. Oceanitides — Oceanitidis —. R. *Oceanitides ambae.* Oceanides ambae. Ald. Praeterea notandum, verba haecce: *masculinum et Oceanitis femininum; unde Virg. in IV. Geor. Oceanitides ambae.* Dic deesse in O. P. Mediol. *Atlanticus Oceanus* cet. Ordo horum est

Indicus oceanus et Boricus oceanus et Erythraeus, sive Aethiopicus; quomodo mare cum totum significat, proprium est; cum partem, appellativum. *Interea*, quae pars orationis est? Adverbium. Cuius significationis? Hic temporalis, alias autem etiam localis, ut Virgilius in primo Aeneidos:

Interea ad templum non aequae Palladis ibant
Crinibus Idiades passis, peplumque ferebant.

Cuius figurae? Compositae ex duobus integris; hoc est, ex inter et ea, qui est ablativus perfectus. Solent autem componi ablativi cum praepositionibus, quae etiam accusativo separatim solent coniungi, quapropter, quocirca, praeterea, propterea; sic etiam interea. *Inter* primitivum est an derivativum? Ab in derivatur inter, quomodo ab ex, exter, et a sub, subter, et a de antiqui deter, unde deterior deterrimus; quae tamen alii a verbo detero facta esse putaverunt. Quomodo autem ab exter, extra, et a super, supra; sic ab inter, intra, hinc intro et intus. Et intra quidem spatium temporis, vel loci significat, intro vero ad locum, intus in loco, comparativus interior, superlativus intimus, verbum intro, intras. *Surgens*, quae pars orationis est? Participium

e codicibus. Sed notandum, ab S. abesse verbà: *Indicus Oceanus*; in R. vero superaddi post voces: *Boricus Oceanus* etiam: *Dericus Oceanus*. *Virgilius in primo Aeneidos*. Assumsi haec e Mss. quod iam fecerat Putschius. *Praeterea*. Addidi e Mss. *Ab in derivatur inter*. Ita est in S. Editi vero: *Derivativum ab IN*. R. autem: *derivativum ab IN et TER*. *Quomodo ab ex exter*. Ita scripsi ex cod. R. Reliqui *extra*. *Intus in loco*. Unus R: *intus in loc.*

pium praesentis temporis, et in duas desinit consonantes *n s*, et commune trium generum. Cuius casus? Nominativi, temporis praesentis, significationis neutrae, formae perfectae, numeri singularis, figurae compositae. Ex quibus? Ex duobus corruptis. Tam sursum enim quam rego, corrupta sunt. Et notandum quod cum in praesenti ex duobus corruptis sit, in praeterito ex integro et corrupto invenitur, surrexi; et multa inveniuntur huiuscemodi, non solum verba, sed et nomina, ut: alterutrius, in nominativo ex duobus integris est, *in* genitivo ex corrupto et integro. Idem, eiusdem, in nominativo ex duobus corruptis est, in *genitivo* ex integro et corrupto. Cogo, coegi, in praesenti ex duobus corruptis est, in praeterito perfecto ex corrupto et integro. Pergo perrexi, in praesenti ex integro et corrupto, in praeterito autem ex duo*bus* integris. Declina. Indicativo: surgo, surgebam, sur-

rr-

In duas desinit consonantes. Ordo ita in R. *Cuius casus? nominativi, temporis* cet. Ita dedimus codicem S. secuti. Reliqui: *Cuius casus? Nominativi et vocativi, hic autem nominativi, temporis* cet. *Figurae compositae. Ex quibus.* Hanc interrogationem addidimus ex R. *Tam sursum enim, quam rego.* Sic Edd. cum uno codice S. In R. vero sic: *Iam sur enim, quam go Alterutrius alterutrius.* Ita recte Mss. Contra Edd: *alterutter, alterutrum. Idem, eiusdem in nominativo ex duobus corruptis est, in genitivo ex integro et corrupto.* Haec nusquam alibi comparentia, reposuimus ex codice S. *Cogo coegi.* Editiones: *cogo, cogit, cogit. Declina.* Sic nude unus R. quod recte et ex consuetudine. Reliqui: *declina verbum eius.* Quae sequuntur formae verbi *surgo* ad codicum consentientem scripturam exhibitae sunt, a qua libri editi non admodum differunt.

Eo

rexi, surrexeram, surgam. Imperativo: surge, surgat, surgamus, surgite, surgant. Futuro: surgito tu, surgito ille, surgitote, surgunto. Optativo: utinam surgerem, surrexissem, surgam. Subiunctivo: cum surgam, surgerem, surrexerim, surrexissem, surrexero. Infinitivo: surgere, surrexisse, surrectum ire vel surrecturum esse. Impersonalia, indicativo: surgitur, surgebatur, surrectum est vel fuit, surrectum erat vel fuerat, surgetur. Imperativo: surgitur. Optativo: utinam surgeretur, surrectum esset vel fuisset, surgatur. Subiunctivo: cum surgatur, surgeretur, surrectum sit vel fuerit, surrectum esset vel fuisset, surrectum erit vel fuerit. Infinita impersonalia: surgi, surrectum esse vel fuisse, surrectum iri. Supina: surgendi, surgendo, surgendum, surrectum, surrectu. Participia, praesentis: surgens. Futuri: surecturus. Est etiam nomen surrectus, quomodo rectus, cum caret tempore. Sciendum tamen quod simplex eius verbi activum est: rego; facit enim regor. Composita autem ab eo quaedam in neutralium transeunt significationem, quaedam permanent in simplicis, ut pergo, surgo neutralia sunt, dirigo autem et porrigo sive porgo, et arrigo et corrigo activa sunt. Dic ab eo quod est surgo nomen verbale? Surrector, surrectrix, ipsa res surrectio et surrectus. Notandum quod in *go* desinen-

per-

Est etiam nomen surrectus. Ita Mss. nisi quod in R. *surrecturus*, quod nihili. *Quaedam permanent in simplicis.* &c. significatione. Ita recte Edd. In S: *in simplicitate.* In R: *in simpliti.* *Et arrigo et corrigo.* Addidimus *et corrigo* ex cod. S. Idem tamen addit eo

nentia *r* antecedente, si non sunt a rego composita; in *si* faciunt praeterita, ut: mergo, mersi; tergo, tersi; spargo, sparsi; alia vero omnia in *xi*, ut: ango, anxi; pingo, pinxi; tingo, tinxi. Exceptis frango, fregi; lego, legi; impingo, impegi; tango, tetigi; pungo, pupugi et punxi. Item a lego composita mutantia primitivi significationem, mutant praeteritum: diligo, dilexi; intelligo, intellexi; negligo, neglexi. *Aurora*, quae pars est? Nomen. Quale? Proprium. Potest tamen, quando pro die accipitur, loco appellativi accipi. Quando enim deam Λευκοθέαν significat, proprium est. Cuius speciei? Derivativae. Ab aura enim aurora. Proprie enim ipse ascensus solis, id est prima pars diei, aurora dicitur, in qua solet pulsu solis aer commotus auram facere. Alii autem a splendore solis dictam putant. Ponunt autem auram pro splendore, teste poeta in sexto Aeneidos:

Discolor unde auro per ramos aura refulsit,

id est splendor. Cuius generis? Feminini, numeri sin-

perfectum: *correxi*. *Spargo*, *sparsi*. Haec reposui e Mss. *Omnia in xi*. Editi: *Omnia in xi per xi*. *Ango anxi*, *pingo pinxi*. In Editis: *Ango anxi*, *pungo punxi*. *Mutant praeteritum: diligo dilexi*. Hoc exemplum: *diligo dilexi* addidi ex uno S. Λευκοθέαν. Graecum nomen apposui ex R. Scholia enim docent, graecam interpretationem affuisse. *Aer commotus*. Aer motus. Edd. *Teste poeta in sexto Aeneidos* cet. Sic plene in S. Reliqui: *Teste poeta in VI. per ramos* cet. *Id est splendor*. Quae iam in omnibus praeter R. sequuntur: *Inde etiam aurum dicitur et aurarii quod favoribus splendidos (alii splendidiores) hoc est claros faciunt, et aurigae, quod splendorem tibi agunt auris, i. e. favoribus populi, hoc est clamoribus; ea*

om-

singularis, casus nominativi et vocativi, hic autem nominativi. Ablativus autem in *a* productum terminatur; declinationis primae. Quare? Quia omnia nomina masculina, vel feminina, vel communia, tam graeca quam latina in *a* desinentia primae sunt declinationis, exceptis illis quae nascuntur a masculinis in *ius* terminantibus genitivum, quae sunt haec: una, ulla, nulla, sola, tota, alia, utra, altera, et quae ex his componuntur. Similiter a qua composita: siqua, nequa, aliqua. Ea enim genitivum et dativum masculinorum servant suorum, unde quidam non ad significationem, sed ad declinationem attendentes pronomina esse putavernnt. *Reliquit*, quae pars orationis est? Verbum. Cuius modi? Indicativi. Cuius formae? Perfectae, coniugationis tertiae, numeri singularis, figurae compositae, ex duobus integris *re* et *liquit*. Separatim tamen *re* dicî non potest; quod tamen quidam volunt a retro vel rursus esse. Quod si sit, ex corrupto et integro invenitur ea pars, *liquit* enim perfectum est. Cuius temporis? Praeteriti. Quare linquo liqui facit praeteritum? Quia *n* habentia ante *quo*, vel *co*, abiecta *n*, faciunt prae-

omnia ex scholio sunt, sub qua forma etiam in R. leguntur. Vide Scholia. Ergo elecimus. *Ablativus autem in a productum terminatur.* Ablativum autem in a productum terminant. O. P. Mediol. *Tota, alia, sola.* *Alia* omittitur in S. sed margini superadditur. *Ea enim genitivum et dativum.* Ea enim genitivos et dativos. Omnes praeter S. cuius lectionem dedimus. *Unde quidam non ad significationem sed ad declinationem attendentes* cet. Unde quidam ad significationem attendentes. O. P. Mediol. *Coniugationis tertiae.* Additum in R: tertiae correptae. (Sic repetita vice.) *Quod si*

praeteritum, ut: linquo, liqui; vinco, vici. Similiter ab eis composita devinco, devici; convinco, convici; relinquo, reliqui; delinquo, deliqui; derelinquo, dereliqui. Et producunt *i* penultimam in praeterito naturaliter. Declina verbum. Relinquo, relinquebam, reliqui, reliqueram, relinquam. Imperativo, praesenti: relinque, relinquat; relinquamus, relinquite, relinquant. Futuro: relinquito tu, relinquito ille; relinquitote, relinquunto. Optativo: utinam relinquerem, reliquissem, relinquam, Subiunctivo: cum relinquam, relinquerem, reliquerim, reliquissem, reliquero. Infinito: relinquere, reliquisse, relictum ire vel relicturum esse. *Declina* etiam passivum. Relinquor, relinquebar, relictus sum et fui, relictus eram et fueram, relinquar. Imperativo: relinquere, relinquatur, relinquamur, relinquamini, relinquantur. Futuro: relinquitor tu, relinquitor ille, relinquiminor, relinquuntor. Optativo: utinam relinquerer, relictus essem vel fuissem, relinquar. Subiunctivo: cum relinquar, relinquerer, relictus sim vel fuerim, relictus essem vel *fuissem*, relictus ero vel fuero. Infinita: relinqui, relictum esse vel fuisse, relictum iri. Gerundia vel supina: relinquendi, relinquendo, relinquendum; relictum, relictu. Participia activa, praesentis tempo-

eis — invenitur. Quod erit ut — invenitur. R. *Similiter ab eis composita.* Ita omnes uno consensu. *Delinquo, deliqui.* Reposuimus e Mss. *Declina verbum.* Coniugatio verbi *relinquo*, usi sequitur, est e Mss. In O. P. Mediol. et activum et passivum tacetur, verbis omissionem indicantibus: etcetera. etcetera. In Ald. et Putsch.

poris: relinquens, futuri relicturus. Passiva, praeteriti: relictus, futuri: relinquendus, nomen verbale: relictor et relictrix, ipsa res: relictio, potest tamen et relictus dici, sed quartae declinationis. Hinc derivatur reliquus reliqua, reliquum, et reliquiae, quod poetae interposita *l* relliquiae metri causa proferunt. Est etiam a delinquo delictum pro peccato, quia delinquit officium suum qui peccat.

CAPUT XIII.

Turnus ut infractos adverso Marte Latinos.

Quot habet caesuras iste versus? Unam. Quam? Semiquinariam: Turnus ut infractos. Quot figurarum est? Decem. Quare? Quia habet duos dactylos et tres spondeos. Quot partes orationes habet. Sex. Quot

Putsch. activi tantum formae omissae sunt. *Est etiam delinquo* cet. Memoratu digna sunt, quae habet S: *Etiam delinquo praeterliquo etiam et nomen quasi praeteritum* (f. participium) *a delinquo et delictum pro peccato* cet.

CAPUT XIII.

Quot habet caesuras. Ante haec vulgata illa: *Scande versum* cet. in S. leguntur, quae nusquam alibi comparent. *Unam. Quam? semiquinariam: Turnus ut infractos.* Haec ita scripsi iubente codice S. In reliquis breviter sic: *unam semiquinariam.* Nihil amplius. *Decem. Quare?* posteriorem vocem addidi ex Mss. *Quot partes orationis habet.* Ultimum verbum tenent Mss. Ceterum quae in antecedd. legebantur per omnes Edd: *Tractu singulos pedes* cet. ea ut soliti sumus, omisimus. Neque comparent in cod. R. Notandum tamen quod in S. pro toto versu legi-

tur,

Quot nomina? Quatuor: Turnus, adverso, marte, latinos. Quid aliud habet? Participium infractos; et unum adverbium: ut. Turnus quae pars orationis est? Nomen. Quale? Proprium. Cuius speciei? Univocum. Significat enim nomen proprium regis Rutulorum, et appellativum piscis palustris. Fac ab eo, quod est Turnus, derivativum? Quomodo Saturnus, Saturnius; sic debebat esse etiam Turnus, Turnius; patronymicum Turnides, quomodo Primus, Priamides. Quare secundae declinationis ex Turnus, Turni? Quia in *us*, correptam desinentia propria secundae sunt declinationis, excepto Venus, Veneris; praeterea Ligus, Liguris, quod *potest proprium* esse et gentile, et si sit proprium, est masculinum solum, hic Ligus, Liguris, si gentile est, invenitur commune, ut hic et haec Ligus, Liguris. Quare Turnus, Turne facit vocativum? Quia omnia in *us* desinentia secundae declinationis in *e* faciunt vocativum, exceptis propriis, quae *i* habent ante *us*, quae per apocopam proferunt vocativum ut Virgilius, *Vir-*

tur, quem ad modum etiam alibi vidimus: *Turnus us, dactylus es una longa et duabus brevibus et reliqua.* (sic). *Quid aliud habet?* Haec et quae in seqq. per interrogationem fiunt, e codd. dedimus. *Univocum.* Edd: *univocas.* *Fac ab eo, quod est Turnus, derivativum?* cet. In his secuti sumus cod. S. a quo non multum *discrepat* R. qui tantum pro: *sic debebat esse etiam Turnus, Turnius;* exhibet: *sic debet etiam Turnus, Turnius possessivum facere.* In reliquis consentiunt. Sed Editi longe aberrant: *Inde derivatur Turnius, quo modo Saturnius a Saturno; secundum regulam patronymicum debet fieri Turnides, quomodo Priamus, Priamides.* Et in his corruptis omnes Edd. consentiunt. *Quod potest proprium esse et gentile.* Quod proprium est,

Virgili pro Virgilie, et Mercuri pro Mercurie (ideoque accentus manet penultimus quamvis brevis sit penultima syllaba. Ex quibus enim aliqua subtrahitur syllaba si integra manet illa, in qua est accentus, integrum etiam servat accentum, ut hic et haec Arpinâtis; perfectum circumflexum habuit penultima syllaba, quae mansit in concisione, dicimus enim hic et haec Arpinâs. Similiter si dicimus munît pro munîvit, circumflectitur *nît*, quia in integra dictione supra se habuit circumflexum, sic etiam tugúri pro tugúrii acutum debet habere penultimum). Et Terenti pro Terentie, Salusti pro Salustie. Euphoniae tamen causa vel metri est, quando nominativis utuntur pro vocativis, ut deus pro dee, fluvius pro fluvie, ut Virgilius, in octavo Aeneidos:

Corniger hesperidum fluvius regnator aquarum,

Et populus pro popule. Lucanus in secundo:

Deneger o populus vix saecula longa decorum.

Unum

est, potest et gentile esse. Edd. *Ideoque accentus* cet. Haec uncinis inclusimus, non quo eliciendа esse iudicaremus, nam tum potius elecissemus; sed ut ostenderemus, quomodo cohaereat oratio. Quae enim post hanc parenthesin leguntur: *Et Terenti pro Terentio* non pertinent ad ea, quae in parenthesi de accentibus dicebantur; sed sunt exempla vocativorum contractorum, quae numerum suprapositorum *Virgili*, *Mercuri*, augent. Ceterum in accentibus notandis secuti sumus codicem S. in quo notae ita erant, uti edidimus. Dein pro *illa rémanet* scripsimus auctoritate Mss. *manet illa*. Repetitam vocem *perfectum*, quae legebatur post V. *Arpinâs*, emisimus suadentibus Mss. et O. P. Mediol. *In octavo Aeneidos*. Reposuimus ex S. *Lucanus in secundo: Degener o populus, vix saeculo longa decorum*. Haec ita exhibentur in S. Reliqui: *Lucanus: Degener*

ge-

Unum autem invenitur appellativum solum, quod et in *i* et *ie* profert vocativum, ut filius, o fili et o filie. *Ut*, quae pars orationis est? Adverbium. *Quid* est adverbium? Pars orationis, quae adiecta verbo significationem eius explanat atque implet. Adverbio quot accidunt. Tria, significatio, species, et figura. Cuius significationis est? Hic temporalis, accipitur enim pro postquam, quando autem significat ἵνα graecam coniunctionem, loco coniunctionis accipitur causalis. Est tamen etiam similitudinis adverbium. Solet autem ei adiici *i* tam coniunctionem significanti quam adverbium. Adicitur ei etiam *nam* et invenitur optandi adverbium utinam. *Igitur ut* et uti unum significat; adverbium quidem est, quando tempus vel similitudinem, vel qualitatem, sive interrogationem, id est quando *quomodo* significat, quando vero ἵνα vel ὅτι graecam coniunctionem significat, coniunctionis loco accipitur. Compositum

gener o populus. *Pars orationis, quae adiecta verbo* cet. Editiones *Pars orationis etcetera* (sic). *Tam coniunctionem significanti.* Uterque codex: *tam in coniunctionem significanti.* In S. vero a prima tantum manu. *Adicitur ei etiam.* Ita codd. Editi vero: *Additur etiam ei.* *Igitur ut et uti unum significat; adverbium quidem est* cet. Sic est in codicibus nostris, optime. Nam quae in Edd. exhibentur manca sunt et corrupta. In O. P. Mediol. sic: *Igitur et ut uti significant adverbium, quod quando* cet. In Ald. vero et Putsch. hae sunt: *Igitur et ut et uti adverbium quidem quando* cet. *Quando vero ἵνα vel ὅτι.* Sic nimirum codicum vestigia secuti edidimus Editiones: *Quando vero ἵνα vel ὅπως;* plane ut supra, ubi Editorum lectionem hanc notare omisimus. Vide supra Cap. IX. pag. 1[illegible] *Compositum autem.* Editi: *compositum namque.* Hae particulae: [illegible]

autem ab uti, *utinam*, adverbium est optandi, ut diximus. Praeterea *utique*, pro videlicet, affirmandi est adverbium. Quem habet accentum, *ut uti* et *utinam?* Praepositiva gravantur per omnes syllabas, subiunctiva autem generalem accentuum servant legem. Sciendum tamen est, quod ut quoque invenitur etiam pro optativo adverbio, ut Terentius in Phormione:

Ut illum dii deaeque omnes perduint.

Cum vel quoque compositum tam ut quam uti similitudinis adverbium faciunt: velut et veluti, ut Virgilius in primo Aeneidos:

Ac veluti magno in populo cum saepe coorta est,
Seditio.

Infractos, quae pars orationis est? Participium. Quid est participium? Pars orationis partem capiens nominis et partem verbi. Cuius est generis. Masculini, casus accusativi, temporis praeteriti, signi-

sum, *suim*, *usquae* saepissime confunduntur, quod non observatum in his et aliis Grammaticorum scriptis multum turbarum protulit. *Praeterea utique pro videlicet.* Sic codices, praeterquam quod in R. vitiose *propterea*. Nimirum uno compendio, vel simili saltem, utrumque verbum scribitur. *Praepositiva — subiunctiva.* Ita codices. *Praepositive — subiunctive.* Ediciones. *Generalem accentuum servant legem.* Ita unus R. Reliqui: *generalem accentum servant. Pro optativo adverbio.* Mss. *Pro optandi adverbio.* Edd. *Perduint.* Tandem antiqua aliqua forma, quas in his scriptis fere ubique obliteratas invenias. Eam praestat hoc loco R. Reliqui in vulgari consipirant. *Virgilius in primo Aeneidos* cet. Haec et quae sequuntur sic plene exhibentur in S. Reliqui et librum indicare et vocem *seditio* omittunt. Praetera in R. hic ordo: *Ac veluti in magno populo.*

nificationis passivae, formae perfectae, numeri pluralis, figurae compositae, ex duobus integris. Et nota quod inveniuntur participia ex verbis, quae non ex duobus integris componuntur, integra in utraque parte inventa, ut infringor, ex integro est et corrupto, tamen infractus ex duobus integris fit. Ideoque possumus non a verbis derivata accipere, sed magis a sese composita. Similiter impingo, impactus; contingo, contactus. Similiter perficio, perfeci; deficio, defeci; conficio, confeci. Nec mirum in verbis et in participiis hoc inveniri, cum etiam in nominibus possint huiuscemodi compositiones esse. Ut idem tam masculinum quam neutrum ex duobus est corruptis, eiusdem vero ex integro et corrupto et e contrario alteruter ex duobus integris, alterutrius vero ex integro et corrupto. Declina verbum. Indicativo: infringo, infringebam; infregi, infregeram, infringam. Imperativo: infringe, infringat; infringamus, infringite, infringant. Infringito tu, infringito ille, infringitote, infringunto. Optativo: infringerem, infregissem, infringam. Subiunctivo: infringam, infringerem, infregerim, infre-

Quae non ex duobus integris componuntur. Indicativum tenent Mss. et ☉. P. et Mediol. Aldus primus introduxit coniunctivum. *A sese composita.* Ita S. In R. vero: *a se esse composita.* Edidi: *a se composita.* *Perficio, perfeci* cet. Hic quidem S. a prima manu aliud quid habuit, sed erasae literae non amplius comparent. *Cum etiam in nominibus.* Cum etiam in pronominibus et nominibus: S. *Declina verbum* cet. Ad haec notasse sufficiat, nos codices in his formis recensendis secutos esse. Varietatem lectionis, potiora tantum

fregissem, infregero. Infinitivo: infringere, infregisse, infractum ire, vel infracturum esse. Gerundia vel participialia: infringendi, infringendo, infringendum; infractum, infractu. Participia veniunt ab activo duo: praesens, infringens; futurum: infracturus. Declina passivum: infringor, infringebar, infractus sum vel fui, infractus eram vel fueram, infringar. Imperativo praesenti: infringere, infringatur, infringamur, infringimini, infringantur. Futuro: infringitor tu, infringitor ille; infringimur, infringuntor. Optativo: utinam infringerer, infractus essem vel fuissem, infringar. Subiunctivo: infringar, infringerer, infractus sim vel fuerim, infractus essem vel fuissem, infractus ero vel fuero. Infinita: infringi, infractum esse vel fuisse, infractum iri. Nomen verbale: infractor, femininum infractrix, ipsa res infractio, et infractus et infractura. Ostendimus enim saepe, quod participia activa futuri temporis, feminina etiam pro ipsa re accipiuntur, ut pictura, usura, natura, iunctura, sic etiam fractura: rarissime in *or* rerum nomina inveniuntur, ex quibus magis verba nascuntur, non ex verbis nomina, ut labor, laboro; color, coloro; amor, amo; honor, honoro. Dic alia composita. Confringo, per-

tum laudare cupientes, in his minutiis omittendam putavimus. Ut *labor, labore; color, colore* cet. Exhibuimus lectionem, quae est in codice 2. Vitiosa in R: *Ut labor a labore, color a colore, amor ab amo, honor ab honoro.* Meliora habent O. P. Mediol: *ut labor labore, a color colore, ab amor amo, ab honor honoro.* Corrupta etiam Ald. et Patsch: *ut labor a labore, color a colore, amor ab amo*; hoc

perfringo, defringo, suffringo, effringo. Cur fra-
go, fregi facit praeteritum? Quia tertiae coniugati-
nis verba in *go* desinentia *r* antecedente, si sint sim-
plicia, faciunt praeteritum in *si* ut: mergo, mersi;
spargo, sparsi, alia vero in *xi* ut: pingo, pinxi;
tingo, tinxi; rego, rexi; unde et ab eo composita:
pergo, perrexi; surgo, surrexi; exceptis lego, le-
gi, et ex eo compositis quando eandem significatio-
nem servant, ut: relego, relegi; perlego, perlegi;
mutata autem significatione in *xi* ut diligo, dilexi;
intelligo, intellexi; negligo, neglexi. Excipitur si-
militer frango, fregi; pango, pegi vel pepigi, e
quo impingo, impegi; excipitur etiam *tango*, *tetigi*
et pungo, pupugi vel punxi, et ago, egi, et ex ei
composita. Cur infractus? Quia omnia in *gi* vel *xi*
praeteritum facientia per *ctus* faciunt participium,
ut legi, lectus; dixi, dictus; tetigi, tactus; sanxi,
sanctus, excipiuntur: flexi, flexus, et fluxi, fluxus.
Adverso, quae pars orationis est? Nomen est hic,
quia caret tempore, unde licet eius comparativum
facere *adversior* et superlativum *adversissimus*. Quale
est hoc nomen? Appellativum. Cuius speciei? Ad-
iectivae qualitatis et mobile et derivativum a partici-
pio

ner honore. *Suffringo, effringo.* Ultimam vocem addidi e codici-
bus. *Quando eandem significationem.* Sic R, cum reliquis. *Rem.* S.
Ex quo impingo, impegi. Apposui ultimum verbum e Mss. *Dixi*
dictus. Mss. dilexi dilectus. Editiones. *Excipiuntur: flexi* cet.
Sic codd. Editi vero: *Excipiuntur duo: flexi* cet. Mediol. etiam:
Excipiuntur duo uti flexi cet. *Cuius speciei? adiectivae qualitatis.*
Speciei adiectivae qualitatis. R. *Derivativum a participio.* Parch.
et

pio id est participiale. Fac ab eo aliud derivativum? Adversarius, adversaria, adversarium. Declina verbum. Adverto, advertis, advertit, et cetera. Dic eius frequentativum. Adversor, adversaris vel adversare, adversatur; quod ab activo factum est deponens, quamvis adverto et advertor aliam significationem habeant. Scis autem quod omnia frequentativa primae sunt coniugationis, et plerumque a participio praeteriti solent fieri, versus, verso; adversus, adversor; exceptis in *go* vel in *sco*, desinentibus. Illa enim a praesenti faciunt frequentativa, ut ago, agito; lego, legito, et scisco, sciscito, et nosco, noscito. Viso enim visis, et lacesso, lacessis, et arcesso, arcessis, non primae sed potius tertiae coniugationis inveniuntur. Frequentativa primae sunt coniugationis, et inchoativa tertiae, meditativa quartae. Dic aliud compositum ab eo quod est verto. Adverto, averto, converto, everto, subverto, animadverto, praeverto, et pene cum omnibus praepositionibus indubitabilibus invenitur, circumverto, anteverto. Et notandum quod adverbia quoque inveniuntur non solum ex obliquis casibus nominum masculinorum vel feminorum, sed etiam ipsi nomi-

ex errore haud dubie typico: *a principio. Fac ab eo aliud Derivativum.* Ordo e Scriptis. *Scis autem, quod omnia* cet. Scias autem cet. Editiones. Praeter O. P. *Versus verso.* Haec in S. linea superscripta, in R. uti dedimus. Edd. vero: *versus vorsor. Non primae, sed potius tertiae coniugationis.* Ceterum notandum, quod O. P. Mediol. in antecedd. habent: *accerso accersis*; pro *arcesso, arcesis. Adverto, everto.* Ultimum addidimus ex S. *Siciliani nos,*

minativo similia, ut adversus, quod quidam quia accusativo coniungitur magis praepositionem existimaverunt. Versus quoque suppositum localibus nominibus adverbium esse invenitur, ut: Italiam versus, Galliam versus, Siciliam versus, Graeciam versus. Salustius tamen etiam praepositionem ei anteposuit in Catilinario: *In Galliam versus, in Hispaniam versus.* Exadversum quoque compositum, ut Terentius in Phormione:

Exadversum
Tonstrina erat quaedam.

A diverto fit derivativum diverticulum Terentius:

Postquam ad ipsum veni diverticulum.

Diversorium quoque dicitur locus, in quo divertimur. Versus quoque litterarum ordinatio, vel quod vertimus stilum a fine ad initium, vel ab initio ad finem, vel quod antiqui a dextera parte in sinistram, et a sinistra in dexteram scribebant. *Vertigo* quoque a *vertex*, a verto, verbo fiunt, et *Vertumnus* deus a *Verticordia*, compositum, dea. *Marte*, quae pars orationis est? Nomen proprium, speciei primitivae.

Fac

tus, Graeciam versus. Haec reposuimus e Mss. *In Catilinario.* Edidimus fide Mss. In reliquis *in Cat.* aut *in Catilina. Diverticulum. Terentius:* cet. Exemplum hoc Terentii cum auctoris nomine eduxi e Mss. nam in Edd. horum nihil. *Diversorium quoque dicitur locus* cet. Haec uti dedimus leguntur in S. omnibusque Editis. Alia habet R: *Diversorium quoque dicitur locus vel hospitium, ubi non ad manendum, sed ad commorandum aliquid divertimus.* Ceterum *divertimur* erat in uno S. *Et a sinistro in dextorum.* Editi: *VEL a sinistra in dextram.* Vitiose. immittur enim scriptura, quae dicitur βουστροφηδόν. Ceterum *dextera — dexterum* scripsimus ad Mss. Bor-

Fac ab eo derivativum. Martius, martia, martium. Est et martiaticus, martiatica, martiaticum dicere, unde stipendia militum martiatica dicuntur. Inde etiam derivatur Mavors, ex quo mavortius. Dicitur tamen etiam *Maspiter*, quasi Mars pater, quomodo diespiter, id est diei pater; Iuppiter. hic et haec martialis et hoc martiale. Potest tamen et proprium esse Martialis. Quid interest inter proprium martialis et appellativum? Qnod si proprium sit, masculinum est, et ablativum in *e* terminat, si autem appellativum sit, commune est et ablativum in *i* terminat, quomodo: *Iuvenalis*, *Felix*. Cur Mars Martis facit? Quia omnia in *ls*, *rs*, *ns* desinentia interposita *ti* faciunt genitivum, ut puls, pultis; ars, artis; mons, montis. Exceptis differentiae causa frons, quod, quando folia significat, frondis facit, frons enim capitis, frontis, et lens, quando pullos peduculorum significat, lendis; quando autem significat legumen, lentis. Praeterea glans, glandis, cuius quidam nominativum et genitivum similem esse voluerunt. Libripens quoque, quia a pendo verbo compo-

normam. *Fac ab eo derivativum.* Ita vel ex ingenio corrigendum erat. Nam nullo composita laudantur, verum derivativa. Nunc etiam Mss. ita exhibent. *Est et Martiacus.* Solemus etiam etc. Sic praeter cod. S. reliqui omnes. *Dicitur tamen etiam Maspiter.* Vocem *etiam* ex coniectura apposui *Maspiter* tenent Mss. *Marspiter* P. et Mediol. Ceterum quae sequuntur: *quasi Mars pater* desunt in S. *Et proprium esse Martialis.* Addunt Ald. et Putsch: *et appellativum. Exceptis differentiae causa.* Excipitur differentiae causa. Edd. *Peduculorum* pro *pediculorum* scripsi ex consensu codicum. In R. tamen: *peduclerum*. *Libripens quoque.* Editi: *Libripens vero. Percurs,*

ponitur, consonantem verbi servavit: libripens, libripendis. Praeterea a corde composita habent genitivum secundum genitivum simplicis: concors, concordis; discors, discordis; vecors, vecordis. *Latinus*, quae pars orationis est? Nomen derivativum, generis masculini, numeri singularis, figurae simplicis, speciei derivativae: potest tamen et proprium esse regis soceri Aeneae et gentile: a Latio latinus, et possessivum: latinus ager. Latium autem vel a latendo vel a latitudine est nominatum. A Latino latinitas, a Latio derivatur etiam Latius et Latiaris. Fac compositum. Latinigena quomodo, Troiugena, Graiugena, sed in eis geminatio *i* mutavit *sequentem i* in *u*, alternitatis causa pro Troiigena Graiigena, Troiugena et Graiugena faciens.

vecors, vecordis. Addidi e Mss. Finem Libri huius faciunt in L. quaedam, quae in pluribus codd. Mss. Prisciani, sed plerumque post Libros de constructione leguntur, de Prisciano eiusque obitu notata a quodam Theodoro, quae vide in descriptione codicum. Deinde duae plagulae schollorum, quae vide in Schollis. *In S.* autem in fine adiectus legitur versus:

Explicuit scribi quantum potui ac renovari.

Deinde sequuntur versus de utilitate huius libri, qui propterea memorabiles sunt, quia argumentum libri adumbrant ostenduntque antiquam hanc esse huius libri formam. Sed et hos versus vide in descriptione codicum, quam exhibuimus.

PRISCIANI

PRISCIANI

DE ACCENTIBUS LIBER.

PRISCIANI GRAMMATICI

DE ACCENTIBUS LIBER.

CAPUT I.

Littera est nota elementi, quae cum scribitur et in voce minime resonat, nihil aliud quam nota ad informandum elementum esse comperitur, sed cum in vocem ex sono prorumpitur, elementi vocabulum concipit. Quod cum ratio ita sese habeat; quasi imago huius rei esse videtur, quippe cum ex aere percusso ictu linguae, unde vox formatur, perficitur. Vox namque corpus esse ostenditur. Nam si corpus non es-

VARIETAS LECTIONIS.

CAPUT I.

Minime. Minima Mediol. Ald. P. Q. *Informandum.* Formandum. Mediol. Ald. G. *Comperitur.* Experitur Gr. G. *In vocem ex sono.* Ex sono in vocem G. Q. *Concipit.* Accipitur. unus Q. *Ictu linguae, unde vox formatur, perficitur.* ictu linguae constet, unde vox formatur. G. Q. ictu linguae constet, utrum vox formetur. Gr. *Vox namque corpus esse ostenditur.* Quae quidem corpus esse ostenditur, vox namque corpus esse ostenditur. G. *Nam si*

Nam

esset, auditus aurium inde minime percuteretur. Sed cum tangit auditum et reverberat elementum, tripartite dividitur scilicet altitudine, latitudine, longitudine. Habet quippe littera altitudinem in pronunciatione, latitudinem in spiritu, longitudinem in tempore, hoc est alte, late, longe auditur. Habent etiam syllabae suum elementum quod productio dicitur. Sed inter litterarum elementum et syllabarum hoc distare videtur, quod litterarum elementa sunt ipsae pronunciationes, syllabarum *vero* ipsae productiones. Quid est enim aliud elementum quam pars minima partium vocis articulatae? Illud vero quod remanet nota vel figura elementi est. Distat autem illud inter litteras et elementa, quod elementa proprie ipsae pronunciationes dicuntur, notae autem earum litterae. Sed abusive et elementa pro litteris, et litterae pro elementis ponuntur. Nam aliud

Nam etsi Gr. G. *Minime vi percuteretur.* Sic Mediol. Ald. G. O. et P. Minime percuteret Q. Omnem dubitationem eximit Gr. qui habet: inde minime percuteret. *Sed dum tangit.* Libri scripti omnes: sed cum tangit, quod praetulimus. *Habet quippe.* Sic ex librorum scriptorum consensu. *Habet quidem.* Impressi. *Alte, late, longe auditur.* Sic Q. aut alte, aut late, aut longe. Ald. Mediol. Putsch. O. P. G. *Et — et — et.* Gr. audiatur G. *Distare videtur* Q. G. Gr. distat Mediol. Ald. O. P. Putsch. *Litterarum elementa.* Literarum elementum Gr. elementa literarum Q. G. *Syllabarum vero* Q. Gr. Vox *elementa* in omnibus scriptis libris deest. In G. etiam vocab. *vero* desideratur. *Quid est enim aliud elementum,* Quid enim est elementum aliud. Q. G. *Distat autem illud.* Distat hoc etiam G. *elementa* Libri scripti omnes *elementum* utroque loco. *Notae autem earum litteras.* Eorum Putsch. illorum Q. reliqui omnes: *earum. Ponuntur.* Libri scripti omnes: *ponuntur.*

Aus

aliud est littera quae videtur, aliud quod per eam colligitur. Videntur autem aut longae, aut rotundae, aut quadratae, colligiturque per eas res gesta alicuius, dum colliguntur in syllabis, de syllabis in partibus, et de partibus in orationibus. Sed nos locuturi de partibus ad accentum qui in partibus vel dictionibus est necessarius transeamus.

Accentus nanque est certa lex et regula ad elevandam et deprimendam syllabam uniuscuiusque particulae orationis, qui fit ad similitudinem elementorum, litterarum, atque syllabarum, qui etiam tripartito dividitur, acuto, gravi, circumflexo. Accentus namque acutus ideo inventus est, quod acuat sive elevet syllabam. Gravis ideo quod deprimat aut deponat. Circumflexus eo quod deprimat atque acuat.

Aut longae esse. Q. Gr. esse aut longae G. esse longae. Mediol. Ald. Putsch. *Colligiturque.* Colligitur nempe. Scripti excusique omnes in vitiosa lectione consentiunt. *Per eas.* Per eam. solus G. *Dum colliguntur.* Sic unus G. *cum de literis colligitur.* Q. Reliqui et scripti et impressi: *dum colligitur. Qui in partibus vel dictionibus.* Sic unus Gr. *pertinentibus qui in dictionibus.* Q. *qui in dictionibus* Mediol. Ald. Putsch. *Transeamus.* Post hanc vocem leguntur in Mediol. Ald. Putsch. *Cuius rei mysterium praebente deo vitam latius tractamus.* Ea absunt a Gr. et G. et merito. *Ad elevandam et deprimendam.* Ad elevandum et deprimendum G. Gr. *Particulae* partis Gr. *Atque syllabarum* syllabarumque. Scripti omnes. *Accentus namque acutus.* Acutus namque. unus G. *Inventus est.* Invenitur. unus Q. *Ideo — quod. Eo — quod.* Sic variant omnes nostri. Unus G. semper *quia*; sed et hic *eo* et *ideo* indifferenter. *Sunt autem accentus decem.* Sunt namque decem accen-

acuat. Sunt autem accentus decem, quos huic in operi praenotare dignum esse existimavi.

Acutus accentus. Nota a sinistra parte in partem dextram virgula ducta sursum. Fit autem tali modo: (ʹ).

Gravis. A summo sinistrae in dextram deprimitur ita: (ˋ).

Circumflexus. Nota de acuto et gravi facta, quae scribitur ita: (ˆ).

Longa linea. Virgula iacens ita: —.

Brevis virgula. Pars circuli iacens inferior ita: (ᴗ).

Hyphen. Quae coniunctio dicitur, qua tunc utimur, quando duo verba connectimus. *Est namque* virgula subiecta versui circumflexa ita: (ᴗ).

Diastole. Quae disiunctio latine dicitur, quae con-

tra-

centus. Ita scripti omnes. *Quos huic ita operi praenotare dignum esse existimavi.* Ordo verborum ex coniectura est. In libris mira dissensio. Quós ita existimavi huíc operi dignum praenotare. G. Q. quos huic ita operi dignum esse existimavi praenotare. G. quos ita huic operi dignum existimavi praenotare. Mediol. *Ald. Pusch. Acutus accentus.* Sic sequentia, sublatis interrogandi et *respondendi* formulis, ex consensu omnium librorum manuscriptorum exhibuimus. Vide notas ad calcem adiectas. Libri autem manuscripti ipsi dissentiunt ita. *Acutus accentus est nota.* G. *Accentus autem virgula est.* Gr. . . . . *virgula* (sic lacunula significata). Q. *Fit autem tali modo.* Sic solus. G. Fit ita namque Gr. Fit namque tali modo. G. *A summo sinistrae.* Sic unus G. a summo Q. a sinistra. Gr. *Deprimitur* omittit unus G. *De acuto et gravi facta ita.* Facta hoc modo. Q. facta, quae scribitur ita. G. facta scribitur ita. Gr. Elegimus mediam rationem. *Longa linea.* Longa vel longus accentus est. G. Longa virgula est iacens. Gr. Longa linea iacens est ita. Q. *Pars circuli iacens inferior.* Iacens est pars

traria separat. Est namque dextra pars circuli supposita versui. Fit ita: (ʾ).

Apostrophos. Pars item circuli dextra ad summam litteram apposita, quae ita fit: (ʾ), qua nota ostendimus, ultimam vocalem deesse parti orationis, cuius consonans remanet, ut tribunal pro tribunale.

Dasia. Quod interpretatur aspiratio, vel ubi H littera poni debeat, hac figura notatur: (῾).

Psile. Quod interpretatur siccitas, seu parum, seu ubi H littera deesse debet, hac nota demonstratur: (᾽).

Notandum quod acutus accentus apud Latinos duo loca obtinet penultimum et antepenultimum, apud graecos autem penultimum, antepenultimum, et ultimum. Circumflexus autem penultimum tantum. Ponitur namque gravis cum acuto vel cum circumflexo

pars inferioris circulata ⌣ Q. *Quae coniunctio dicitur.* Quae conjunctio dicitur G. *Quae distunctio latine dicitur, quae.* Quae distungitur latereque Q. vitiose. *Apostrophos pars item.* Apostrophos idem pars. Q. *Deesse parti orationis.* Deesse partis Q. parti orationis deesse G. Gr. *Pro tribunale.* pro tribunale vel pro tribunali. Q. *Dasia.* Miro consensu omnes scripti accusativum *dasiam* exhibent. *Quod* utroque loco omittit Q. *Interpretatur.* Omnes. *Poni debeat* unus G. Reliqui: *debet poni* vitiose. Vide notas. *Psile.* Silen. omnes vitiose. *Seu parum, seu ubi.* Seu parum, vel ubi. G. vel parum ubi. Gr. sive parum sonans s. nisi. Q. *Notandum quod.* Sic G. Gr. notandum etiam quod. O. P. Q. Mediol. Ald. Putsch. *Apud Latinos.* Desunt in Q. Hunc omnem locum sic exhibet Gr.: quod acutus accentus apud Latinos tria loca optinent (sic) penultimum, ante penultimum, ultimum. *Obtinet.* Sic Q. *tenent* G. *habet* Edd. *Apud Graecos autem.* Apud Graecos tres Q. *Penultimum tantum.* Ultimum tantum G. *Cum*

flexo in eadem dictione, sed tamen non in eadem syllaba. Observatur enim unus accentus in integris dictionibus, *ut Romanus*, *Hispanus*. In compositis vero unus similiter, ut *malesanus*, *interealoci*. Sed in interiectionibus et peregrinis verbis et barbaris nominibus nulli sunt certi accentus. Ideoque in potestate uniuscuiusque consistunt, ut quomodo necessarium viderit, sic in metro ponat. *Tres* siquidem res accentuum legem conturbant, distinguendi ratio, pronunciandi ambiguitas, atque necessitas. Sed haec qualiter fiant intimandum est. Ratio namque distinguendi legem accentuum saepe conturbat, tum, si quis pronuncians dicat, poné et ergó, *quia apud* Latinos in ultima syllaba, nisi discretionis causa, poni non potest accentus. Poné dicimus ne putetur

acuto vel cum circumflexo. Vel acuto vel circumflexo G. vel cum acuto vel cum circumflexo. Gr. Putsch. Cum acuto vel circumflexo. O. P. Q. Vel cum acuto vel circumflexo. Mediol. Ald. *In eadem syllab.* Ubi una syllaba. G. in eadem syllaba observatur. G. *Observatur enim.* Observatur nam. Gr. Namque *observatur* G. Q. *Unus accentus.* Certus accentus. G. *Ut Romanus, Hispanus.* Ut Romani, Hispani. Q. *Sed in interiectionibus* cet. Ita scripti omnes. Editi: sed in peregrinis — vel interiectionibus. *Consistunt.* Ita unus G. et Mediol. Ald. Putsch. consistit. Q. consistat Gr. *Quomodo necessarium viderit.* Quomodo necessarium videtur. Q. Gr. quomodo necessarium viderit. *Unus* G. *Editi: quod* necessarium videat. *Tres siquidem res.* Voc. res deest in G. et Q. *Accentuum legem.* Sic scripti omnes. Accentuum regulas. Editi: mes. *Intimandum est.* imitendum est. P. *Tum si quis.* Cum si quis. Q. si quis. G. dum si quis. Gr. Mediol. Ald Putsch. O. P. *Quia apud latinos.* Sic scripti omnes. Editi: vel quia quod. Unus Gr. qui apud. *Poné dicimus.* Ante haec intrusa legantur In

esse verbum imperativi modi pone, ergo dicimus ne putetur esse coniunctio rationalis, quae est ergo.

Ambiguitas vero pronunciandi saepe legem accentuum perturbat, ut si quis dicat interea loci, qui nescit, utrum dicat alteram partem interea, alteram loci; quod non separatim, sed sub uno accentu pronunciandum est, ne ambiguitates in sermone faciat. Necessitas pronunciationis regulam corrumpit, ut si quis dicat: in primis doctus, et addat *que* coniunctionem, et dicat *doctusque;* ecce in pronunciatione accentum mutavit, cum non in secunda syllaba sed in prima accentum habere debuit. Sunt quidem tres syllabae, in quibus accentus corrumpitur, que, ne, ue; ut *itáque* quando adverbium est; quando vero coniunctio, ítaque dicimus; venerúntne viri ad vos? Carbonibúsue lumbos assarunt. Syllaba quae cor-

G. et editionibus: *Et hoc est quod diximus pone, ergo*, quae verba unus Gr. omittit; recte. *Dicimus.* Utroque loco sic Gr. et Q. pro vulgato *diximus. Ne putetur esse.* Ne putetur fuisse G. visum fore vel fuisse. Q. ne putetur Gr. *Ut si quis — in sermone faciat.* Hunc omnem locum sic exhibet G: *Si quis dicat interea loci. Qui nescit, alteram partem dicat interea, alterum loci, quod non separatim sed sub uno accentu pronunciandum est, ambiguitatem in sermone facit.* Quae ratio satis se commendat. *Interea loci, qui nescit utrum alteram partem.* Haec desunt in Gr. *Nec ambiguitatem.* Sic Q. *Pronuntiationis regulam.* Pronuntiatoris regulam. G. *Ut si quis.* Utpote si quis Q. Ut puta si quis. Gr. Edd *Mutavit.* Mutatum Gr. *In secunda syllaba* Gr. *Sed in prima.* Sed in secunda. G. *Habere debuit.* Ita Q. Gr. O. P Mediol. Ald. Putsch. *debeat* unus G. vitiose. *Accentus corrumpitur.* Sic in uno Q. et impressis. *Que, ne, ue.* Ve, que et ne. Ita solus G. *Quando vero coniunctio, itaque dicimus.* Sic libri scripti omnes. *Non*

correptam vocalem habet, acuto accentu pronuntiatur, ut pâx, fâx, pîx, nîx, nûx, dûx. Quae etiam tali accentu pronuncianda est, quamvis sit longa positione, quia naturaliter brevis est. Quae vero naturaliter producta est, circumflexo accentu pronuncianda est, ut rês, rêx, dôs, ôs, spês. Disyllabae vero si priorem productam habent et posteriorem correptam, priorem syllabam circumflectunt, ut Mêta, Crêta, Rôma. Illae vero quae sunt ambae longae vel prior brevis, et ulterior longa, acuto accentu pronunciandae sunt, ut, népos, léges, réges. Hae vero quae ambae sunt breves, similiter acuto accentu proferuntur, ut bónus málus. *Sed notandum* quod si prior positione longa sit non circum-

flc-

Itaque quando coniunctio est dramque. (sic) Mediol. *Nam itaque quia coniunctio est* * stellula in signum corruptelae affixa Ald. *Nam itaque quando coniunctio est, differentiasque.* O. P. *Nam quando coniunctio est, itaque dicimus.* Putsch. *Asserunt.* Sic scripti omnes; *asserunt suos* impressi praeter O. P. Q. post *asserunt* habet lacunulam. *Syllaba, quae — habet, — pronunciatur.* Sic scripti omnes *praeter Gr.* qui legit: *Syllabam — pronunciabimus.* Syllabae, quae — habent, — proferuntur O. P. Mediol. Ald. Putsch. *Pax* addunt omnes scripti codd. deest in editis praeter O. P. *Quamvis sit longa.* Sic manuscripti. Quando sint longae. O. Ald. sunt. P. Mediol. Singularem etiam in antecedentibus, fide librorum scriptorum, reposuimus. *Brevis est.* Producta est. G. Error natus e seqq. *Producta est.* Est longa Q. O. P. Ald Mediol. Putsch. *pronunciandae est* pro vulgari: *exprimenda est*, omnes scripti. *Rês, rêx, ôs, dôs, spes.* Sic ex Q. *res* scriptorum nullus agnoscit. Pro *spes* G. G. *ges* vitiose. *os* non habent G. Gr. nec impr. *Circumflectunt.* Circumflectemus. Gr. Q. *Vel prior.* Vel posterior. G. *Et ulterior,* et interior. Q. *Proferuntur.* Pronuntiandae sunt. Q. ex edi-

ti-

flexo; sed acuto accentu pronuncianda est, ut árma, árcus, quia, quamvis sit longa positione, tamen exprimenda est tali accentu quia non est naturalis. Trisyllabae namque et tetrasyllabae, et deinceps, si penultimam correptam habuerint, antepenultimam acuto accentu proferunt, ut Tullius Hostilius. Nam penultima si positione longa fuerit, acuetur, antepenultima vero gravabitur, ut Catéllus Metéllus. Si vero ex muta et liquida longam in versu esse constat, in oratione quoque mutat accentum, ut latébrae ténebrae. Syllaba vero ultima si brevis sit et penultimam naturaliter longam habuerit, ipsam penultimam circumflectet, ut Cethegus, Perosus. Ultima quoque si naturaliter longa fuerit, penultimam acuet ut Athénae, Mycénae. Ad hanc autem rem arsis et thesis

naturalis. Sic scripti omnes, praeterquam quod G. pluralem hic, ut in praegressis, agnoscit. Οἷον ὄχλος Graecum exemplum addunt impressi, alieno loco. Mediol. exempla graeca invertit, et nunc οἷον αἴσχιον ponit; infra autem οἷον ὄχλος. *Trisyllabae namque et tetrasyllabae et deinceps.* Ita scripti omnes. *Trisyllabae vero, οἷον αἴσχιον et deinceps.* Editi. *Antepenultimam — proferunt.* antepenultima profertur. Editi. *Penultima si.* Si penultima. Editi. *Gravabitur.* Gravatur. G. Gravetur. Gr. *Longam in versu esse.* Sic scripti, excepto quod *longa* G. Q. legunt. Editi *esse* omittunt. *In oratione quoque.* Quoque, additum e libris scriptis. *Si brevis sit.* Exhibuimus, quod est in G. Reliqui in diversa abeunt. *Si brevis est.* Q. Gr. *Si brevis fuerit* O. P. Mediol. Ald. Putsch. *Et penultimam naturaliter longam.* Vox *naturaliter* deest in Gr. *Ipsam penultimam circumflectet.* Vox *penultimam* abest a Gr. In G. est *circumflectit.* *Ultima quoque.* Sic scripti omnes. Editi: *Ultima vero.* In antecedd. pro *perosus* in Q. *uxorus.* *Penultimam acuet ut:* Ita Mss. nisi quod in G: *acuetur ut.* Editi omnes: *Penultimâ acuetur*, nisi quod in Mediol. vox *penultima* omissa est. *Ad hanc autem*

sis sunt necessariae. Nam in unaquaque parte orationis, arsis et thesis sunt, non in ordine syllabarum, sed in pronunciatione, sicut in hac parte: *natura*, ut quando dicam nátu, elevatur vox, et est arsis intus; quando vero sequitur *ra*, vox deponitur, et est thesis deforis. Quantum vero suspenditur vox per arsin, tantum deprimitur per thesin. Sed ipsa vox quae per dictiones formatur, donec accen-

tum rem arsis et thesis sunt necessariae. Memorabile est, quod hoc loco Mss. omnes in vitiosa lectione *necessarii* consentiunt. *Orationis — in hac parte.* Haec et intermedia omissa sunt in Gr. haud dubie decepto librario a duplice verbo *parte*. *Sicut dedimus* e codd. pro *velut*. *Quando dicam nátu. Dicam* est e codice Gr reliqui: *dico*. *Nátu* plane ita scriptum est in G. accentu etiam ita notato, quod probe tenendum erit propter sequentia. *Et est arsis intus.* Exhibuimus duorum codd. G. et Gr. lectionem, non prorsus dissentiente, ut statim videbimus, codice Q Editi vero omnes: *Et est arsis in tu.* Quae autem sequuntur: *Quando vero sequitur RA VOX deponitur, et est thesis deforis*, in iis iterum codd. G. et Gr. consentiunt, Editis longe abeuntibus. Il enim sic: *Quando vero RA, deprimitur vox et est thesis de tu*; praeter Putschianam, quae habet: *Quando vero RA, deprimitur vox et est thesis. Et tu* cet. Totus vero locus ita exhibetur in Q: *NEC est arsis in TU. Quando vero NA, vox deprimitur, et est thesis deforis.* Quae lectio ita placet, ut paene receperim. Nihil tamen decernere audeo. *Quantum vero suspenditur vox per arsin.* In his consentiunt Mss. nisi quod in G. et Gr. *quando* pro *quantum*, quod tamen in G. correctum est. Editi omnes: *quantum suspenditur per arsin*, sensu cum antecedd. cohaerente. *Sed ipsa vox, quae per dictiones formatur, donec accentus perficiatur, deputatur in thesin.* Ita scripsi codicis G vestigium secutus, qui hoc loco pro: *in arsin*, quomodo reliqui omnes habent, a prima manu habet: *in thesin*. Sed posterior manus scripsit: *in arsin*. Videtur autem librariis fraudem fecisse vox sequens *autem*, qua inspecta putarunt contrarium aliquod ponendum fuisse in

an-

centus perficiatur, deputatur in thesin, quae autem post accentum, in thesin. His autem praelibatis, de consequentia huius libri videamus.

CAPUT II.

Latina quidem propria nomina nominativum singularem in *a* terminantia in penultima syllaba accentum servant quamquam nonnulla vocalem ante vocalem habere videantur, quae alia differentiae causa, alia solo usu producenda sunt, ut Catilína, Veróna, Ste-

antecedd. Hinc *arsin* pro *thesin* scripsere. Sed *autem* h. l. transitum efficit, vel potius, quod rectius, opponuntur sibi notiones *donec accentus perficiatur*, et: *quae post accentum est.* Quae in seqq. legitur vox *sequitur*, deest in scriptis omnibus. Omnia autem haec ita sunt in Mediol: *Sed ipsa vox, quae per dictiones formatur, donec accentus perficiatur per thesim. Sed ipsa vox quae per dictiones formatur, donec accentus perficiatur, in arsim deputat, quae autem post accentum sequitur, in thesim.* Sic repetita vice; unde fortassis vera lectio possit exsculpi. *His autem praelibatis.* His ante praelibatis. Ald. *His namque praelibatis.* Scripti omnes. Nimirum has particulas saepissime in Mss. confusas videas. Vide quae supra diximus ad lib. de vers. Aen. Cap. XIII. pag. 147.

CAPUT II.

Quae nunc sequuntur, a verbis: *Latina quidem propria nomina* usque ad —: *Regulis accentuum nominis*; in G. ordine turbato post finitum totum librum leguntur, ita ut nunc sequamur illa, quae incipiunt: *Regulis accentuum nominis expositis. Quae alia.* Sic duo codd. G. et Gr. *Quorum aliae.* Q. Impressi: *quarum alia. Catilina, Veróna, Stephanio.* Accentus ita notati in G. In reliquis non monti. *Veróna* scripsimus codicum vestigia secuti. In G: *Verona*, in

Stephanía. Appellativa vero eundem accentum servant in a terminata, ut poéta, regína, habéna, fortúna, aréna. Composita vero eandem pronunciationem sibi defendunt, quam habent in simplicitate, ut concava, transfuga. Fu enim in simplicitate brevis est, et ideo tránsfuga, non transfúga dicimus. Homicída quoque et parricída ideo longam *i* habent penultimam quia *e* longam in *i* productam convertunt. Composita a cano penultimam corripiunt. Excipitur tibicen, quod euphoniae causa pro duabus i brevibus unam sonat longam. Notantur autem pleraque quae *i* vocalem habent longam ante vocalem, ut philosophía, Papía, quemadmodum *unum verbum* fio,

Gr: *Veronia.* In Q: *Verona.* *In a terminata.* Sic scripti codd. Reliqui: *a terminantia.* *Aréna.* Addidimus e codd. ubi tamen constanter: *haréna.* Ceterum accentuum notulae rursum et G. *Parricida.* Pro eo in Q. et Aldina *patricida.* *Longam i habent penultimam.* In his edendis secuti sumus codicem Gr. Reliqui variant. Et in G. quidem: *Longum i penultimo habent* In Q. *Longum habent i in penultima.* Editi: *Longam i in penultimo loco habent.* *Quae e longam in i productam convertunt.* In hanc rationem omnes conspirant praeter Q. in quo est: *quia in simplicitate hoc eis accidit, e longam in i productam vertunt.* *Composita a cano.* Vero, intrudunt Editi. Ceterum exempla ad composita a cano spectantia: *ut cornicen, fidicen, lyricen, tubicen* a Putschio recepta sunt, in reliquis enim non comparent. Ergo omisimus. *Quod euphoniae causa pro duabus I brevibus unam sonat longam.* Sic fere Mss. In G. enim: *quod duabus II causa euphoniae unam sonat longam.* In Gr. ut dedimus. In Q: *quod pro duabus brevibus unam longam sonat.* Sed Editi: *quod pro duabus II brevibus unam servat longam.* *Notantur autem pleraque* Vitiose in Q: *nomina autem pleraque.* *Ut philosophía, Papía.* Ita accentus notati in G. Ceterum in antecedd. quem ordinem

io, quod solum *i* ante *o*, productam habet. Ideo diximus, pleraque; quia omnia vocalem *i* ante vocalem habentia, in antepenultima accentum non mutant, ut Venetia, Marcellia, Aricia, Placentia, Ausonia, Iunonia, et illa quae in *tia* finiuntur, ut iustitia, sapientia, moestitia. Hanc autem regulam sequuntur omnia, quae sic finiuntur, praeter illa, quae supra diximus, quae alia differentiae causa, alia solo usu pronunciantur. Excipiuntur istius, ipsius, illius, genitivi quorundam pronominum, quorum penultimae indifferenter ponuntur. Illa quoque, quae a verbis colo, gigno componuntur, brevem penultimam habent, ut agricola, coelicola, silvi-

nem dedimus, est in Scriptis. *Quod solum I ante O productam habet.* Ita emendate in Q. Verum in G: *quod solum ante O, I productam habet.* Minus commode in Gr: *quod solum I productam ante O habet.* Editi: *quod solum I productam ante O vocalem habet. Quia omnia vocalem I ante vocalem habentia.* Unus G: *quae vocalem I ante vocalem habentia. Quae*, ex non intellecto compendio factum ex *quia*. *In antepenultima accentum non mutant.* Negationem addidimus sententia id flagitante, monente etiam cod. Q qui tamen voculam *non* alieno loco positam habet. Is enim omnem hunc locum sic exhibet: *Quia omnia vocalem ante vocalem ultimam I non habentia, in antepenultimam accentum mutant.* Facile apparet, *non* e loco suo detrusum esse Ceterum in vitiosa lectione *in antepenultimam* consentiunt etiam O. P. et Mediol. *Marcellia.* Editi omnes: *Marcelia. Aricia* add. e Mss. Plura hoc loco exempla habet G: *Venetia, Marcellia, Aricia, Placentia, Ausonia, Turonia, Colonia, Brixia, Cardinia, Theutonia* (sic). *Quae alia.* Ita G. et Gr. Reliqui: *quorum alia. Quorum penultimae indifferenter ponuntur.* In Putschiano exemplari haud dubie ex errore typorum: *differenter* pro *indifferenter*. In iis quae sequuntur: *Illa quoque*; quoque est e codd. G. et Gr. *Agricola, coelicola* cet. In recensendis

vicola, rurigena, terrigena. Reliqua vero omnia in *a* participio futuri temporis similia, pénultimam producunt, ut haec scriptura, natura, literatura: quae omnia, quando sunt nomina, tempore carent. Ea vero, quae *a* ante *a*, vel *u* ante *a*, vel quamlibet vocalem habent, omnia corripiuntur, ut Mantua, Capua, Danae. Corsica vero et similia breviantur et omnia quae sunt possessiva, vel eisdem similia, si *i* habent in penultima sequente *c* consonante ut Cretica, Isaurica, Alemanica. Excipitur *vesica* quod producitur. Quae vero habuerint *n*, producuntur, ut Romána, Campána, Hispána, Cumána. Et haec omnia sive producta *sive* correp-

ta

his vocabulis differunt Liber. Vocem *agricola* omnes scripti omittunt. *Scriptora, natora, litteratora.* Ita Mss. Quae in Punch est vox *litura*, nusquam alibi comparet. Praeterea etiam Aldina et Mediol. nihil habent nisi *scriptora, litteratora.* Crediderim tamen, potius *litura* vocem quam *literatura* tuendam esse, quae ulterior facile prioris depravatio videri possit. *Quae omnia, quando sunt nomina, tempore carent.* Pro *quando*, *quoniam* in G. *carent tempore.* Editiones. *Ea vero, quae A ante A, vel U ante A vel* etc. Ita legendum esse et exempla docent posteriora, et vero codicum vestigia ostendunt. In G. haec sunt: *Ea vero, quae A ante, vel V ante A, ante V vel* cet. In Gr. legitur: *Ea vero, quae A ante U vel* cet. Sic breviter. Q. vero exhibet: *Ea vero quae U ante A vocalem* cet. *Omnia corripiuntur.* Ordo e Mss. *corripiunt* in P. et Mediol. *Danae* abest a G. in Q. *Dania. Vel eisdem similia.* Ita G. quicum reliqui scripti ex parte consentiunt. In Gr: *et quae eisdem I si habent* cet. In Q: *vel quae eisdem consimilia, si* cet. Editi: *Et quae sunt eis similia* cet. *Quae vero habuerint N* cet. In G. *Quae autem habent N.* Gr. *Quae habuerint N.* Q. Editi omnes: *Quae enim habent N.* Ita confunduntur hae particulae. *Romána, Campána.* Ita apices in G. *Et haec omnia sive producta sive cor-*

rep-

& per obliquos casus itidem pronuncianda sunt. *E*, finita fixa penultimam habentia *i* in eadem syllaba omnia producuntur, alias vero vocales habentia similem regulam sequuntur, ut sedile, monile, singulare, verbale, quae aequaliter per omnes casus producenda sunt. *O*, littera terminata praeposita vocali *e* penultimam corripiunt, ut gaeo, labeo, aleo,

repta per obliques cet. Ut edidimus, emendate in G. ubi tamen duplex lectio sociata invenitur, in hunc modum: *Et haec omnia secundum diversas regulas producenda per obliquos sive corripienda sunt. Haec omnia sive producta sive correpta* cet. Quae utraque satis tolerabilis esset lectio. In toto vero hoc libro duplicem manum videre mihi videor, alteram auctoris, alteram interpretis, vel interpolatoris, quae utraque aliquoties coniuncta inveniatur, cuius rei infra exempla etiam videbimus. Reliqui autem libri in diversa abeunt. Ac Gr. quidem habet: *Et haec omnia quae per obliques casus producta sive correpta pronunciandi sunt.* In Q: *Et haec omnia, quae per alios casus producta* cet. Editi ad unum omnes: *Et haec omnia secundum diversas regulas per obliquos casus producta sive correpta pronunciandi sunt. E finita fixa penultimam* cet. Uti editum est a nobis, quamquam cum nullo nostrorum codd. plane conspirat, tamen recte habere confido. Igitur alia in codicibus. Atque in G. quidem: *E finita fixa penultimam I habentia in eadem syllaba omnia producuntur, ut sedile* cet. Sed in Gr. *E finita penultimam syllabam omnia productam habent, ut hoc sedile* cet. Peiora etiam in Q: *Et finita ultimam syllabam omnia productam habent.* In his iterum duplicem lectionem confusam animadvertere mihi videor. Altera est: *E finita penultimam syllabam productam habens ut* cet. Vides breviorem rationem. Altera est explicatior, accuratior, sic: *E, finita fixa* (hoc enim addendum erat, quia de mobilibus non valet praeceptum) *penultimam* (iam addenda erat vocalis penultimae) *I habentia* (iam structura mutanda est) *in eadem syllaba omnia producuntur* (sed iam regula generalior reddenda erat) *alias vero vocales* etc. *Quae aequaliter per omnes casus* cet. *Quae aequaliter per obliques casus* cet. *Quae aequaliter per ceteros ca-*

sus

aleo. Quae solos nominativos et vocativos corripiunt. Ea vero quae *i* ante *o* habent, similiter corripiunt, sed per obliquos casus producunt, ut mulio, mulionis, quaternio, quaternionis. Praeposita qualibet consonante, penultimam productam servant, ut imago, imaginis; uligo, uliginis; fuligo, fuliginis; caligo, caliginis; dissimilitudo, dissimilitudinis; magnitudo, magnitudinis. Quorum alia *o* in obliquis casibus servant et producenda sunt, alia in *i* convertunt et corripienda sunt, ut carbo, carbonis; bubo, bubonis; caligo, caliginis; altitudo, altitudinis. *I*, littera terminatum unum *invenitur*, trisyllabum, indeclinabile, quod penultimam corripit hic et haec et hoc nihili. *V*, littera unum invenitur aptotum in singulari, in plurali declinatur, quod in penultimo liquescit: tonitru. *Al* syllaba finita, si sint appellativa, in penultimo producenda sunt, ut vectigal, vectigalis; tribunal, tribunalis; excipitur ani-

mal cet. Ita variant libri. *Quae solos nominativos et vocativos corripiunt.* Ita in G. quem sequitur Putschius, nisi quod hic: *quae solos corripiunt* cet. Reliqui: quae solos habent nominativos et vocativos. *Similia corripiunt.* G. et Putsch. Reliqui: *corripiuntur. Sed per obliquos casus.* Alii: *per ceteros.* Quae sequuntur in omnibus: *excepto vocative*, tollenda erant, postquam scriptum antea: *per obliquos casus. Quorum alia O.* In Putsch. error typotheticus: *quorum alio O. Quod penultimam corripit.* Ita unus G. Reliqui omnes: *quod in penultimo* (al. in penultima) *breviatur.* U *litera terminatum.* Editiones: *finitum. AL syllaba.* Vox *syllaba* est e codd. *In penultimo producenda sunt.* Sic codices. Editi: *in penultima producta sunt. Tribunal, tribunalis.* Quae sequuntur in Editionibus verba: *consonante antecedente AL;* ea absunt ab omnibus co-

animal; barbara autem propria breviantur, ut Annibal, Asdrubal. Quae omnia in obliquis *a* productam in neutro, in masculino brevem habent. *Il*, syllaba terminata corripiuntur in penultimo, ut hic et haec evigil, huius evigilis; quod videtur per syncopam proferri, et in obliquis penultimam corripit. *Ol*, syllaba terminatum unum invenitur, quod in penultimo coripitur, ut Eliol. *Ul*, syllaba terminatum unum proprium invenitur, quod breviatur, ut Heriul, quod barbarum est. *Um*, terminata brevian-

codicibus. *Excipitur animal; Barbara* cet. Variant Scripti. In G. *Excipitur animal quod corripitur; barbara* cet. Sed Q: *Excipitur AL, quod corripitur; barbara* cet. In Gr. quocum faciunt Editiones, ut edidimus. *Barbara autem propria breviantur.* Ita in Q. quocum consentiunt Editi. In G. sic: *Barbara haec propria breviantur.* In Gr. *Barbara autem propria nomina. Quae omnia a productam in neutro, in masculino brevem habent.* Ita fere MSS. In Q. tamen: *quae omnia obliquis casibus a productam in neutro, masculino brevem habent.* Discedunt Editi: *Quae omnia in obliquis casibus in neutro a productam habent, in masculino brevem habent. Hic et haec evigil, huius evigilis.* Hoc etsi monstrum verbi quis appellaverit, tamen propellere non poterit. Primum enim sententia contra nititur. Correptio enim penultimae syllabae, de qua agitur, nunc non ad obliquos casus pertinet; de his enim sermo est in sequentibus; sed potius ad casum rectum, nominativum. Quomodo autem sentiri potest primae syllabae ad accentum correptio, nisi est verbum trium syllabarum? Accedunt codices. Atque in Q. quidem vitiose: *hoc bibigil bilis.* Sed in G: *hic ebigil, huius ebigilis.* Recte, si memineris, v in codicibus saepissime mutari in *b*. *Quod videtur per syncopam.* Quod videtur magis p. s. Q. et editiones. Syncopa, quam passum esse hoc vocabulum affirmat auctor, in eo videtur versari, quod putaret poni pro *vigibilis*, *evigibilis*, a *vigeo*. Neque enim aliter mentem auctoris intelligere possum. *Ut Eliol.* Ita G. Sed Gr. *ut hic eoliol.* Q: *ut hic eliol. Ut Heriul.* Ita G. et Editi, nisi quod

bi

ciantur, ut Sophronium, Abrotonium, Dorcium, Philorcium. *En*, syllaba terminata, si sint a prima coniugatione vel quarta, producenda sunt, ut a solor, solamen; a munio, munimen; a farcio, farcimen; si a secunda vel tertia, corripienda sunt, ut a sedeo, sedimen; a rego, regimen. Praeposita itaque consonante *c* corripienda sunt, ut liticen, fidicen, excipitur tibicen, quod solum producitur, ut praediximus. *Ar*, syllaba terminata producuntur ad instar supradictorum nominum, ut torcular, torcularis; lacunar, lacunaris; pulvinar, pulvinaris, notatur laquear quod breviatur. Quae omnia in obliquis producuntur, excipitur iubar, iubaris; impar, imparis, quae in obliquis breviantur, teste Virgilio, ut:

Iubare exorto,

et idem:

Numero deus impare gaudet.

Et

bi intrudunt *hic. Ut hic elial.* Gr. et Q. *Abrotonium* cet. Addit Q: *Daronium.* *EN syllaba terminata.* Editi: *finita.* Ut a solor, *solamen* cet. Sic in G. et Q. Reliqui praepositionem omittunt. *Si a secunda.* Scripti. Editi vero: *Sin autem a secunda.* *Praeposita itaque consonante C* etc. Quid vox *itaque* hoc loco sibi velit, nescias nisi glossa in Q. textui illata interpretationem suppeditaverit. Ibi enim legitur post *itaque*: *id est similiter.* Vix temperare mihi potui, quin *similiter* pro *itaque* scriberem. Sed fieri potest, ut *itaque* postpositum idem significet, quod *et ita* praepositum. *Ut liticen, fidicen.* In Q: *Liricen, fidicen.* Editiones: *tubicen, fidicen.* *Notatur laquear, quod breviatur.* Hae desunt in G. et lubenter omisissem, tanquam superflua, nam quis non per se intelligit, non dicendum *laquior*; nisi in omnibus reliquis praestet fuisse. Et

idem

mor, quod est omnis generis, et tamen corripitur, et compositum immemor et iudecor, cuius simplex decor penultima correpta invenitur apud vetustissimos quando pro decorus, decora, decorum accipitur; et unum communis generis quod producitur, ut hic et haec auctor. *Ur*, syllaba terminata breviantur, ut hic sapifur, letifur, et omnia in obliquis casibus breviantur, ut sapifuris; similiter hic satur, hoc ie-

hoc memor et compositum immemor, et unum communis generis quod producitur in obliquis, ut auctor, auctoris. Ur syllaba. Nihil amplius. Et in Q: *Notatur memor, et componitur immemor et unum communis generis ut auctor auctoris. Ur syllaba* cet. Longe autem pleniora leguntur in Editionibus, quae ab altera manu esse facile intelligitur. Totum ita comparatum est. *Notatur memor et ab eo composita, ut immemor, quae sunt omnis generis corripiendo O in obliquis; et indecor, cuius simplex decor penultima correpta invenitur apud vetustissimos quando pro decorus, decora, decorum accipitur; et arbor, arboris, quod est generis feminini, et a puero composita, ut Publipor et Marcipor; et omnia in or desinentia neutra vel graeca et quaecunque derivantur vel componuntur a primitivis. Unum communis generis, quod producitur ut hic et haec auctor. Ur syllaba.* Vides primo adspectu, haec esse eius, qui sentiret, nec plene nec accurate locutum esse auctorem, forsitan, quod tamen non affirmaverim, ipsius auctoris e posterioribus curis. *Ut hic letifur, sapifur.* Ita Mss. nisi quod G. pro *letifur*, *leotifur* et Gr. pro *sapifur*, *saphur*. *Et omnia in obliquis casibus breviantur, ut sapifur, sapifuris;* haec desunt in Q. Reliqui omnes habent, nisi quod G. genitivum *sapifuris* omittit. *Similiter hic satur* cet. Ut edidimus, fere codices. Et *iecur* quidem omnes tuentur; *sulfur* in G. tantum. Editi sic: *Similiter satur, saturis, hoc iecur, hoc guttur, hoc sulfur; iecur, iecoris vel iecinoris (al. iecinoris)* Post haec recurrunt in G. et Q: quae iam supra ex parte saltem legebantur: *Neutralia vero breviantur ut robur roboris, femur femoris, Excipitur cibur, quod producitur, huius ciboris.* Quae a nobis recte

obliquis casibus sub uno accentu proferenda sunt, *Or*, syllaba terminata *i* vocali praeposita breviantur, ut melior, doctior, sanctior, brevior; et haec omnia in obliquis productionem sibi defendunt. Propria vero nomina productionem sibi non defendunt, ut Hector, Hectoris; Nestor, Nestoris. Producuntur autem pleraque appellativa tam masculini quam feminini generis, quamvis non habeant *i* ante *or* ut uxor, uxoris; amor, amoris; odor, odoris; terror, terroris; soror, sororis. Neutralia vero breviantur, ut femor, femoris; robor, roboris. Notatur memor,

desunt in omnibus Mss. *Sanctior, brevior.* Adiecimus e Mss. *Productionem sibi non defendunt.* In his inviti deseruimus lectionem librorum editorum: *corripienda sunt*; sed Mss. omnibus flagitantibus noluimus quid contra audere. Praeterea haec in G. ita exhibentur: *productionem sibi defendunt maximus* i. e. *minime*, quod forsitan verum. *Producuntur autem pleraque.* Voces has: *autem pleraque*, resumsimus e Codicibus. Totum autem hoc vitiose sic legitur in Gr. *Producuntur antepenultima pleraeque. Uxor, uxoris, amor amoris* cet. Secuti sumus cod. Q. qui tamen a reliquis aliquatenus discedit Et Gr. quidem: *Ritor, amor, amoris, uxor, odor, soror.* Sed in G. nihil nisi haec: *uxor, amor, odor, soror*; Editi vero: *odor odoris, amor amoris, uxor uxoris, soror sororis. Neutralia vero.* Sic scripti omnes. Editi: *Neutra autem. Ut femor femoris, robor roboris.* Haec ex consensu codd. Pro his: *aequor aequoris* in Editionibus. *Notatur memor.* Edd.: *notetur.* Quae sequuntur in magna dissensione librorum diu haesitans, quem sequerer, dedi ex G. excepto quod, quae ibi supra alieno loco legebantur post verba: *Nestor, Nestoris* inculcata, huc reduximus. Ea sunt: *Et indecor, cuius simplex decor penultima* (Sc. in obliquis) *corripta invenitur apud vetustissimos quando pro decorus, decora, decorum accipitur.* Reliqui autem libri hic mire variant. In Gr.: *Notatur memor, quod est omnis generis, quod producitur, et tunc corripitur in obliquis ut his e*

bus

liter, ut Herculis et cetera. Excipitur haeres, haeredis; locuples, locupletis, quae in obliquis producuntur. Et notandum quod omnia, quae sunt quinta declinationis, producuntur in obliquis, quando penultimae eorum in nominativo et vocativo corripiuntur, ut facies, dies, acies. Excipitur fides fidei, et fides fidium. Praeterea unum notatur eadem clausula finitum, quod non quintae, sed tertiae declinationis est, quod producitur tamen, ut quies, quietis, caetera in obliquis corripiantur, ut abies, paries, aries. *Is*, syllaba finita, si sint adiectiva producuntur ut suavis, memorialis, specialis; haec autem omnia sunt communis generis, faciunt enim neu-

locuples ponit, quod reliqui rectius infra ponunt. Locum ergo mutare iussi. Reliquorum varietates hae sunt. Gr: *Ut Hercules, sonipes, adipes, stipes et obliquis breviantur ut Herculis et caetera.* In Q: *ut Hercules, sonipes, alipes, stipes, et in obliquis casibus breviantur.* His ex parte accedunt etiam O. P. et Mediol. sed alia in Aldina et Putsch.: *Ut Hercules, sonipes alipes* (Putsch.: *adipes*) *miles, gurges, stipes.* Reliqua deficiunt. *Locuples, locupletis.* Hic est locus, ubi in G. legitur: *populus, populis.* Falso ut satis intelligitur. Habet tamen idem pro *locuples* cod. Gr. *Et vocativo corripiuntur.* Quae sequuntur in Edd.: *Vocali ante et posita*; ea desunt in duobus codd. G. et Gr. Huius rei consequens esse debebat, ut, quae paullo inferius leguntur: *consonante autem ante et posita, corripiuntur in obliquis*; etiam omitterentur. Quod etiam factum videmus in illo utroque codice. *Ut fides, fidei; fides, fidium.* Haec plane absunt a Gr. In Q. leguntur: *ut fides fidei* paullo superius post verba: *consonante autem ante et posita.* In Edidis *ut fides fidei* leguntur hoc loco. Nostra ratio in G. *Quod producitur tamen.* Ita G. Gr. *Si sint adiectiva.* Ita Q. Si sint communia. G. Si sint accidentia Gr et Edd. *Ut suavis, memorialis* cet. Haec reposuimus ex uno G. *Haec autem.* Edd. *autem haec. Faciunt enim neutra* &c. cet. Quae

neutra sic: hic et haec suavis et hoc suave, memoralis, specialis; et in obliquis casibus producuntur, ut huius specialis et suavis. Appellativa autem haec producenda sunt, securis, sinapis, lebetis; cetera vero corripienda sunt in obliquis, quae disyllaba inveniuntur in nominativo, ut lapis, lapidis; pulvis, pulveris; sanguis, sanguinis. Excipitur impubis, quod producitur tam in nominativo quam in obliquis casibus. *Os*, syllaba terminata, in penultimis producenda sunt, ut sacerdos, sacerdotis; armagatos, servigatos; in obliquis producuntur, ut lepos, lepóris, quod eloquentiam significat; nepos, nepótis. *Us*, syllaba finita in penultima productionem sibi defendunt, ut tribunatus, consulatus, magistratus, principatus, et omnia quae a verbis veniunt, quae sunt similia participio, ut amatus, delà-

hic edidimus, codices praebuere consentientes, nisi quod infra pro *os in obliquis casibus* exhibent aut: *tamen in* cet. aut: *nam in* cet. Editi autem illa omnia sic: *Facientia neutrum. in e et producuntur in obliquis ut hic et haec suavis et hoc suave, memorialis, specialis.* Praeterea nihil. *Appellativa autem haec producenda sunt.* Ita G. *Appellativa sunt producenda.* Gr. et Q. Editi pro *haec* intrudunt: *quaedam. Lebetis* omittitur in Q. Idem cum vicino: *sinapis* desideratur in Gr, sed in G. adest vitiose tamen scriptum: *plebetis. Ut lapis, lapidis* cet. Quod sequitur in Edd. *laspis, laspidis*, id scripti praeter G. ignorant. Quae ultimo loco leguntur: *vomis, vomeris, pollinis*; desunt in scriptis omnibus. *Impubis quod producitur.* Ita solus Q. Reliqui omnes vitiose: *corripitur. Quam in obliquis casibus.* Edd.: *in genitivo. Armagatos, servigatos.* Haec nolui omittere. Scripti omnes ea tuentur, et in Q. genitivi adeo leguntur: *Armagatoris, servigatoris* appositi. Quae sequuntur: *in obliquis producuntur us*; ea ex G. edidimus. *Quod eloquentiam.* Ita cum Gr. Putschiana. De-

la-

latus, stratus, lacessitus, cupitus, munitus, auditus. Excipiuntur hic satus, situs, litus, quitus, quae corripiuntur non solum in simplicitate, sed etiam in compositione, ut insitus, illitus, nequitus. Citus vero licet corripere et producere, dicimus enim ĭncitus, et incītus. Composita vero ab *eo*, *is*, verbo corripiuntur, abitus, aditus, obitus, praeteritus. A do quoque, et a sto corripiuntur composita, ut datus unde fit ĭnditus, status unde ĭnstitus. A reor similiter ratus, unde fit ĭrritus. A spiro quoque et halo nomina venientia breviantur, ut spiritus, halitus; ab ambio, ambitus, sed quando participium, servat penultimam productam ut ambitus. A rutus quoque penultimam corripiunt, ut ĕrutus, dĭrutus. Notandum est autem quod haec, quando sunt nomina carent temporibus, quando vero participia, tempus cum significatione demonstrant, ut amatus sum ab illo. Nomina autem tertiae declinationis terminantia in *us* nominativum breviant,

latus. unus Q. Reliqui *delectus*. *Hĭc satŭs, sĭtus*. V. *Satus* addita e Mss. *Dicimus enim incitus* cet. Notae accentuum ita in G. Editi sine apicibus: *dicimus enim incitus producte et incitus correpte*. Voces: *producte, correpte;* absunt a Mss. omnibus. *Abitus* add. e Mss. Q. addit etiam *ambitus*. *A do quoque* cet. In Q. ita: *A dŏ, das quoque breyi quoque breyi vel sto composita* (sic). *Ab ambio ambitus*. Editi: *ab ambio quoque fit similiter ambitus*. *Ĕrutus, dĭrutus*. Apices, ut saepe monui, ita in G. *Notandum est autem*. Scripti praebent: *notandum est namque;* ex solemni confusione. *Quando vero participia*. Ita Mss. Editi: *quando participialia*. *Ut amatus sum ab illo*. G: *ut amatus sum illum, id est amavi illum*. Gr.: *ut amatus sum id est amavi*. Idem in Q. Nos

viant, quae supradictis regulis non conveniunt, ut servitus; excipitur papyrus quod producitur, ut haec papyrus, huius papyri. Alia vero omnia, quamquam non sint longa in nominativo, tamen in aliis casibus producenda sunt, ut palus, paludis; iuventus, iuventutis. Excipiuntur haec, quae corripiuntur in nominativo Venus, veneris; Ligus, Liguris; lepus, leporis, quod est animal. Propria vero vel appellativa masculini generis, sive ex se feminina faciunt, sive in aliud genus minime transformantur, corripiuntur: Terentius, Martius. Excipiuntur haec quae habent *a* in penultima, vel possessionem signi-

priscas Edd. secuti sumus. *Quae supradictis regulis non conveniunt.* Sic est in Gr. *Quae a supradictis regulis non veniunt.* G. *Q. a- in supradictis regulis non inveniuntur.* Q. quicum consentiunt Edd. nisi quod pro *in* praebent *a*. *Ut servitus.* Hic stellulam oppositam vides in Aldina, quae sit signum lacunae. Verum in nullo libro hic lacuna animadvertitur. Vocabulum adeo, quod in Edd. sequitur *fraxinus* non agnoscitur a G. et Gr. neque est huius loci. Fictam autem hanc lacunam explent apud Putschium haec verba: *quod est secundae*; quae nusquam alibi leguntur. *Haec papyrus, huius papyri* Hic iterum in Aldina lacuna significata est, quam secutus Putschius etiam lacunae signum apposuit. Sed neque hic in ullo libro vetere aliquid lacunae reperitur. Ac nescio quid editores in hanc sententiam impulerit, ut crederent, hic aliquid excidisse. Saltem nihil desideratur, quod imperfectam aut non absolutam sententiam arguere possit. *Tamen in aliis casibus producenda sunt.* Sic dedimus ex consensu Mss. Edd.: *in obliquis producuntur* omisso *tamen*. *Quae corripiuntur in nominativo.* Voces *in nominativo* sunt e Mss. *Sive — faciunt, sive — transformantur* Coniunctivum hoc loco habet unus Q. Quae sequuntur verba in Edd.: *si sunt trisyllaba vel tetrasyllaba ac deficeps habentia i*; ea absunt ab omnibus Mss. *Quae habent a in penultima.* Sic omnes prae-

nificant, aut a possessivis derivantur, ut Terentianus, Martianus, Capuanus, Beneventanus, Hispanus, Placentinus, leporinus, Taurinus. Quae autem habent *o* inter *i* et *us* in penultimo loco, corripiuntur ut Porticus, Gallicus, Italicus, excipiuntur ea quae habent *a*, ut Taurinácus. *Ax*, syllaba terminata omnia corripiuntur, ut pértinax, cóntumax, pérvicax, et omnia in obliquis casibus producuntur, ut pertinácis, contumácis, pervicácis. Ex, syllabą finita breviantur, ut artifex, aurifex, opifex, quae omnia in obliquis *é* litteram in *i* brevem convertunt, ut opificis, aurificis, murex, muricis; sorex, soricis. Sed reperitur unum masculi-

praeter Putschianam, ubi est: *quae habentia a vel i. Aut a possessivis derivantur.* Edd.: *aut a possessoribus derivantur. Leporinus, Taurinus.* Prius horum addidimus e Mss. *Inter i et us in penultimo loco.* Editi: *inter i et u.* G: *inter i et us. Us* etiam in reliquis scriptis. Verba: *in penultimo loco* iubentibus omnibus Mss. dedimus. *Porticus, Gallicus* cet. Quod interiectum hic legitur in Edd., *rusticus*, id nescitur a Codd. Pro *Italicus* quod in Gr. legitur in reliquis: *Romanicus* seu *Romanticus.* A Q. additur etiam: *Alemannicus*, et a G. superadditur: *Flennensicus. Taurinácus.* Ita sententia postulat, ita e codd. G. et Gr. In Q: *Tauritanus.* In Edd. contra mentem auctoris: *Tauricanus. An syllaba terminata omnia corripiuntur.* Ita G. et Gr. *Ax syllaba terminata corripitur* Q. Editi: *Ax syllaba finita breviantur. In obliquis casibus producuntur.* Productam *a* habent Edd. *Quae omnia in obliquis e litteram in i brevem convertunt.* Horum nihil in scriptis. Breviora in O. P. Mediol.: *quae omnia in obliquis casibus corripiuntur.* Tamen sententia postulare videbatur, ut rednerentur. Paulio enim post de voce *vervex* legitur in Scriptis: *e productam servas*, ubi Edd.: *in obliquis casibus producitur. Sed reperitur unum mascu-*

lini generis quod in obliquis casibus e productam servat, ut hic vervex, huius vervecis, quod est animal. *Ix*, syllaba finita producuntur, ut bellatrix, venatrix. Excipiuntur meretrix, genitrix; sed haec in obliquis producuntur, ut venatricis, genitricis, meritricis, radicis. Exceptis his: salix, salicis; calix, calicis; silex, silicis. *Ox*, syllaba terminata breviantur, ut velivox, atrox, celox, sed in obliquis producuntur, ut velivocis quod scafam navis significat, atrocis, celocis. *Ux*, syllaba finita producuntur, ut pullinurux, crurinurux, Pollux. Excipitur coniunx, quod nomen sine *n* quidam pro-

lini generis. In his consentiunt Mss. Contra Edd.: *Excipitur unus u. g.* Idem addunt: *scilicet vervex*, quod est indignum glossema. *Sed haec in obliquis producuntur.* Vitiose in Q: *sed omnia in obliquis corripiuntur. Exceptis his: salix* cet. Sic omnes Scripd. Editi: *excipiuntur, quae gravantur, ut salix* cet. Pro *silex, sillicis* est in Q. nec minus in Putschiana: *filix, filicis*, quod ceteri omnes recte ignorant. *Velivox, atrox, celox.* In Q: *velox, esox, atrox, celox, elivox.* Ab eo differt G. qui habet: *infelix* (syllaba *in* tamen super scripta) *velivox, vox, atrox, celox.* In Gr. ut nos edidimus. Editiones: *velifox, atrox, celox. Velivocis, quod scafum navis significat.* Sic Mss. omnes. Sed haud dubie glossatoris sunt verba, quae ad voc. *celox* pertinent. Nec tamen loco moverim, quia de verbo *Velivox* tantillum est, quod constat. *Pullinurux, crurinurux.* In his rutissimum existimavi, lectionem codicis G. exhibere. De verbis ipsis videamus in notis. Nunc, quomodo dissentiant libri, indicabimus. In Editis: *Polinurux, Calinurux*; quod posterius in Putschiana *Galinurux.* Longissime abit Q: *collux* (pro Pollux) *cis, mutrux, munitrux.* In Gr. *Polux, murux.* Nihil amplius. *Quod nomen sine n quidam proferri volunt.* Editi: *quod quidam in nominativo sine n scribi volunt.*

Sic-

proferri volunt, quia in obliquis casibus amittit, ne verbum putetur. *T*, littera terminata, tam in nominativo quam in obliquis casibus breviantur, et omnia generis neutri sunt, ut sinciput, sincipitis, occiput, occipitis; Persius:

Et fissa fumosum sinciput aure.

Quae autem in duas consonantes desinunt, nisi sint positione longa, aut, in compositione, antequam componuntur, in simplici figura, productionem sibi servent, ut cedens, intercedens, clamans, conclamans; omnia breviantur, ut omnipotens, armipotens, audiens. Et haec omnia tam longa quam correpta in obliquis producuntur, quia servant positionem; excipiuntur quae non servant, ut inops, inopis; hiems, hiemis; celebs, celibis; adeps, adipis.

C A-

Sinciput. Quae ante hoc in Edd. leguntur, *caput, capitis*; ea ignorantur a Mss. *Et fissa. Et* addidimus e codd. *Quae autem in duas consonantes desinunt.* Quae sequuntur, ut edidimus, legimus in omnibus Mss. nisi quod in ordinatione verborum dissentiunt. Ceterum dissentiunt etiam in exemplis. Q. *incedens* et *reclamans*, cui accedit Gr. In G. ut edendum curavimus. Denique interpunctionem eam exhibuimus, ut verba omnia a *nisi sint* usque ad —: *omnia*; interpositionem et restrictionem efficiant, sensus autem totius periodi in verbo *audiens* finiatur. Sed Editiones discrepant. Eae sic: *si sint longa positione aut in compositione producuntur, in simplici figura productionem sibi defendunt, ut caedens, tradens, clamans, conclamans. Cetera vero* cet. *Armipotens.* Unus Gr. Reliqui aut *plenipotens* aut *penipotens. Ut inops, inopis* cet. Variant in his exemplis libri. G: ut *celebs, celebis; inops, inopis; adeps, adipis; hyems, hyemis.* Gr.: *coelebs, inops, adeps, adipis.* Q. vero sic: *coelebs, coelibis, sops, opis; adeps, adipis; hyemps, hyemis.*

CAPUT III.

Regulis accentuum nominis expositis, tractandus est accentus, qui in verbis observatur, qui etiam certis definiendus est regulis. Universa enim verba primae coniugationis, quae in secunda persona *as* syllaba finiuntur, cum in trisyllabis et in tetrasyllabis veniunt, in penultimis per omnes modos pro-

du-

CAPUT III.

Regulis accentuum nominis expositis. Regulis acc. nominum compositis. Editi praeter Putschium, qui etiam *expositis*. *Qui in verbis observatur, qui etiam certis*. Qui in verbis consideratus etiam. Edd. praeter O. P. Med. quae *consideratur*. *Quod corripitur solum*. Alii: quod solum breviatur. *Ab hac autem regula* cet. *Autem* praebent Gr. et Q. Ceteri: *namque*. Ablativus *singularis* e coniectura est, omnes pluralem. Infra ponitur in Edd. singularis, ubi ex nexu pluralis requiritur. *Quae in vi mittunt*. Inter ponunt Edd.: *divisas syllabas*, quae verba nesciuntur a Mss. Quae mox sequuntur in Edd.: *Et plusquamperfectum*. Ea desunt in scriptis libris omnibus. Sed quae deinde leguntur: *et primas et secundas personas plurales futuri indicativi corripiunt*; ea manifestam repetitionem ex superioribus exhibentia omisimus. Quoniam autem haec repetierant librarii, consequens erat, ut etiam sequentia exempla ad regulam accommodarent. Sed cum viderent, in fine legi: *caetera namque producuntur*; nec tamen exempla huius regulae sequi animadverterent, omnem exemplorum nubem huc transtulerunt. Nos mentem auctoris nobis assequi visi, veram lectionem e coniectura restituimus. Sed quomodo libri dissentiant, nunc ponamus: Atque G. quidem sic: *Ab his namque regulis exeunt IX, quae in ui mittunt praeteritum, et primas et secundas personas futuri indicativi corripiunt, ut séco, sécas, secábam, secábo. Cetera producuntur, ut*

do-

ducenda sunt, ut: amo, amas; amabam, amavi. Excipitur praeteritum plusquam perfectum quod corripitur solum ut amaveram, et futurum eiusdem modi in primis et in secundis personis pluralibus, cuius exemplum hoc est: amabo, amabis, amabit, et pluralit r amabimus, amabitis, amabunt. Ab hac autem regula exeunt novem, quae in *ui* mittunt praeteritum perfectum ut seco, secui; domo, domui; frico, fricui; veto, vetui; sono, sonui; tono, tonui,

domo, domas, domabam, bo, bis, bit; frico, fricas, fricabam; bo, bis, bit; veto, vetas, vetabam; sono, sonas, sonabam; tono, tonas, tonabam; mico, micas, micabam; crepo, crepas, crepabam; plico, plicas, plicabam. In Gr. ita est: *Ab his autem regulis exeunt novem, quae in ui mittunt praeteritum perfectum et primas et secundas personas futuri indicativi corripiunt, ut seco, secabo, secui. Et cetera producuntur, ut domo, domas, domabam, domabo, domabis; frico, fricas, fricabam; bo, bis, bit; veto, tonas, crepo, plico, plicas, plicabam, etc.* (sic) Sed Q. haec omnia ita profert: *Ab his autem regulis exeunt ea, quae in ui mittunt praeteritum perfectum, primas et secundas personas futuri indicativi modi corripiunt, ut seco, secas, secui; secabam, secabitur. Cetera producuntur, ut domo, domas, domabam, domabo, domabunt; seco, secas, secabo, secabit; frico, fricas, fricabam; neco, necas, necabam; crepo, crepas, crepabam; plico, plicas, plicabam.* Denique Edidi haec habent: *Ab his namque regulis exeunt novem, quae in ui diversas syllabas mittunt, praeteritum perfectum et plusquamperfectum, primas et secundas personas plurales futuri indicativi corripiunt, ut seco, secas, secui* (sic Ald. Putsch. vero: *secui, secueram.* Q. P. Mediol.: *seca vero, secui*) *secabimus, secabitis; caetera* (Q. P. Mediol.: *ceterae*) *namque producuntur ut domo, as, bam, bo, domabunt; seco, secas, bam, bo, bunt; frico, fricas, fricabam, veto, vetas, vetabam; sono, sonas, sonabam; tono, tonas, tonabam; mico, micas, bam; crepo, as, bam; plico, as, bam.* Haec ideo tam explicata dedimus, ut

mui; mico, micui; crepo, crepui; plico, plicui. Cetera namque producuntur. Notandum autem, quod plico, plicas, plicui vel plicavi praeteritum facit. Quatuor ab his regulis exeunt: sto, do, lavo, iuvo, quae cum componuntur, sicut in simplicitate, nec in avi, nec in ui exeunt. Annexis praepositionibus praesens breviatur, quod in disyllabis venit, nisi positione aut natura ipsa verba producta sint, ut reparo, resono, reseco, replico. Excipitur relavo quod in praeterito perfecto et plusquamper-

ut intelligerent lectores, quam inconstanter libri in hujuscemodi exemplis laudandis versari soleant. *Cetera namque producuntur.* Videlicet cetera verba, quae non in his novem sunt. Quod non intelligentes librarii, de ceteris verbi formis acceperunt, ad eamque mentem exempla finxerunt. cf. quae statim antea diximus. Quae iam sequuntur: *Notandum autem quod plico, plicas* cet. ea, in omnibus alieno loco infra post verba: *reparo, resono, reseco, replico* posita, huc pertinere, per se intelligitur, neque opus est, quod plura adiiciam. Ceterum in seqq. pro: *quatuor ab hac regula* posuimus: *quatuor ab his regulis* postulante sententia, quod *supra* iam indicavimus. *Annexis praepositionibus.* Hoc loco secuti sumus Putschianam, reliqui aut: *Tamen annexis*, ut G. O. P. Med. aut: *cum annexis*, ut Q. Unus Gr. cum Putsch. consentit. *Excipitur relavo* cet. Haec huc pertinere et iam post exempla compositorum sequi debere, nemo est tam alienus a vero, quin sentiat. Dixerat auctor, corripi praesentis penultimam annexa praepositione, nisi natura syllabae impediat. Sed quoniam naturae syllabae in *relavo* ambigua est, exceptionem significavit hoc verbum. Quae vero antecedunt in omnibus libris praeter Gr. ea aliunde huc introducta esse, nemo non intelligit, modo rationes recte expendat. exhibentur autem haec in Edd. ita: *formulam superiorem sequuntur: resto, restiti, restiteram, restabimus, restabitis; reddo, reddidi, reddideram, reddamus, redactis. Excipiuntur relavo et revivo, quae in prae-*

perfecto, et in uno futuro coniunctivi modi *lă* syllabam longam habet, in ceteris vero modis et temporibus breviatur: relavi, relaveram, relavero. Notantur enim quae in simplici figura sunt longa, quia ipsam productionem, quam habent in simplicitate, retinent in compositione. Praepositio etiam quando componitur cum qualibet parte orationis, qualis ipsa praepositio est, talis remanet in compositione, ut redimo, subverto, inhaereo.

Om-

praeterito sic exeunt: relavi, revixi. Sequuntur etiam regulam superiorem. In minutiis tantum differunt Scripti; v. c. pro *sequuntur*, *sequentes*; quod debebat esse: *sequentia*. Sed quam prava haec omnia. Primum formulam superiorem sequi dicuntur. Quid? nonne erat formula superior: Universa verba primae coniugationis per omnes modos penultimam producunt? Hocne cadit in verba *resto*, *reddo*? Deinde quid sibi vult exemplum *revivo*, *revixi*? Nonne hoc ad tertiam coniugationem pertinet? Ut brevi dicam, sunt haec a manu interpolatoris, ita tamen laxe, ita imperite cum textu sociata, ut ne sensum quidem commodum exhibeant et pravam suam naturam primo aspectu prodant. Desiderabat librarius exempla verborum compositorum ad verba *sto*, *do*, *lavo*, *iuvo*, quoniam supra viderat ab auctore ea poni: *reparo*, *resono*. Quo autem probabilius faceret inventum suum, eandem *re* praepositionem ad componenda verba adhibere voluit. Sed cum compositum *reluvo* nullum nosset, scripsit *revivo*. Aut forsitan scripsit ipse *reluvo*, ex quo alii fecere *revivo*; verba etiam *iuvo et vivo* saepissime confundantur in Mss. Hinc orta est tota illa interpolatio, quam merito eiecimus. Ceterum notandum etiam pro: *revivo — revixi* esse in Q. *renuo — renui*. Verba autem: *sequuntur regulam superiorem*, quae iterata leguntur, videntur ex iis assumta esse, quae infra de tertia coniugatione dicuntur, ubi locum, unde emigrarunt, indicabimus. *Praepositio etiam.* Sic unus Q. *Sed et praep.* G. *Sic et praep.* Reliqui. *Cum qualibet parte.* Edd.: *cum aliqua parte.* *Qualis ipsa praepositio est.* Qualis fuerit ipsa praepositio. Edd. *Subverto.* In quibus-

Omnia verba secundae coniugationis, quae in *es* syllaba finiuntur in secunda persona praesentis temporis, cum in trisyllabis et in tetrasyllabis, vel etiam in polysyllabis inveniuntur, omnia in penultimo corripiuntur ut rubeo, habeo, misceo, langueo, iaceo, rigeo, sed per ceteros modos superiorem formulam, quam in prima coniugatione subscripsimus, sequuntur. Notantur quae in praeterito perfecto et plusquamperfecto, et in uno futuro modi coniunctivi producuntur, et in compositione et in simplicitate; in caeteris autem temporibus et modis breviantur, ut sedeo, sedi, sederam, sedero; resideo, resedi, resederam, resedero; caveo, cavi, caveram, cavero; voveo, vovi, voveram, vovero; video, vidi, videram, videro.

Verba tertiae coniugationis quae in secunda persona praesentis temporis *is* syllaba finiuntur, si *in* trisyllabis vel in polysyllabis veniunt, corripiuntur nisi sint positione longa. Excepto praeterito imperfec-

busdam: *subigo.* *Quae in es syllaba finiuntur.* Quae in syllaba finita. Edd. *Superiorem formulam, quam.* Sic unus G. *Subscripsimus.* Ita G. et Gr. Reliqui variant inter: *perscripsimus* et *praescripsimus.* *Sedero — resedero — cavero.* Addidimus e Mss. Quae seqq. *voveo* — usque ad —: *videro;* in editionib. priscis tantum leguntur. *In secunda persona praesentis temporis.* Ita nisi scribendum, saltem cogitandum esse, facile patet. Ium libri in seqq. habent: *In praeterito imperfecto praesentis temporis.* Unde verba *praesentis temporis* ibi male collocata resumsimus. Verba: *is syllaba* scribuntur etiam *in is syllabam.* *In praesenti et in ceteris temporibus.* Desunt in Mss. omnibus: In Gr. etiam verba antecedentia: *si in trisyllabis vel in polysyllabis veniunt* omissa sunt. *Excepto praeterito imperfecto* huius-

fecto indicativi modi, ubi semper penultima syllaba longa erit, ut: tribuo, tribuebam; tribui, tribueram. Notantur, autem quae in *ivi* vel in *evi* exeunt in praeterito, quae productionem servant in eodem praeterito perfecto, ut cupio, cupivi; quiesco, quievi; sapio, sapivi. Cetera vero brevem sibi regulam defendunt, nisi positionem habeant, ut contemno, contempsi, gero, gessi. Excipiuntur haec, quae in praesenti tempore et in ceteris temporibus breviantur; in praeterito vero perfecto et plusquamperfecto, et in uno futuro coniunctivi modi producuntur, ut lego, legi; legeram, legero; facio, feci; feceram, fecero; similiter fugio, fugi; fugeram, fugero; fodio, ago, emo. Ab his regulis discrepant duo verba, quae in praeterito breviantur et in praesenti producuntur, ut pono, cogo; dicimus enim repono, reposui; recogo, recoegi. *Co*, enim syllaba in praesenti longa et in praeterito brevis. Similiter vero alia duo verba excipiuntur, quae sunt primae coniugationis, quae etiam ut in su-

cativi modi. Ita G. nisi quod habet *perfecto* pro: *imperfecto.* Voces *praesentis temporis*, quae h. l. in Edd. sunt, ignorat Gr. habet Q. *Penultima syllaba longa erit.* Longa fit. Edd. longa est. Gr. Q. *In eodem praeterito perfecto.* Addit. G: *eiusdem modi.* Sed Q. addit: *eiusdem temporis.* *Sapio, sapivi.* Addit Gr.: *vel sapui.* Sed Q. adiicit: *vel sapii.* *Ab his regulis.* Edd. *ab his ergo regulis.* Unus G: *abs his regulis.* *Quae etiam ut in superiore forma.* Sic dedimus partim ex coniectura. Mss. ad unum omnes ita: *quae ET IN superiora*; pro quibus Edd. praebent: *quae etiam ut superiora.* Mendum

superiore forma, in praesenti sunt producta, et in praeterito correpta, ut do, sto; dicimus enim reddo, reddidi; resto, restiti. Notandum autem est, quod omnis dictio, in trisyllabis et in ceteris polysyllabis quas extra penultimam seu correptam seu productam habeat syllabas, licet in metro poetica licentia proferri.

Quartae coniugationis verba, quae in *i* litteram pro-

dum esse colligitur satis. Sed quomodo emendandum difficilius dictu est. Mihi vero, quae supra, ubi de prima coniugatione agebatur, legebantur in depravata lectione: *superiorem formam sequentes* ex hoc loco desumta esse visa sunt. Sed meliore librorum scriptura deficiente, premendo literas Misstorum dedi, quod vides, non affirmans, recte habere. *Resto, restiti.* Post haec verba in una Aldina lacuna significata est stellula apposita, cuius rei nullum vestigium in reliquis omnibus. *Notandum autem est, quod omnis dictio, in trisyllabis et in ceteris polysyllabis quas extra* cet. In ea certissima nostra coniectura excudi curavimus. Editi depravate sic: *Notandum namque est, quod omnis dictio, quae in trisyllabis aut in caeteris polysyllabis exit, antepenultimam syllabam seu correptam seu productam, licenter quod fert poeta in metro est fiducia, qua nos protegat omni potens Rex.* Quibus verbis nihil potest cogitari, quod sit magis ridiculum. Primum *namque* mutavimus in *autem*, cuius rei nulla egeo excusatione. In seqq. exhibet G: *quae in trisyllabis est.* (ita omnes codd.) *in caeteris polysyllabis quae EX antepenultima seu productam seu correptam HABENT* (*ex* deest in Q. est ita in Gr. *habeat* in Q.). *licet in metro proferri poetica FIDUCIA* (*poetica licentia est.* Gr. *in metro poetica licentia proferri* Q.) *QUAE* repetitum ostendit vitium. *Ex antepenultima* scribitur ex compendio: *Ex āpenultima*, quod ex: *exa sive exa penultimam* (i. e. extra penultimam) facile depravari potuit. Vox *syllabas*, quam post *habeat* dedimus, alieno loco in Edd. est post V. *antepenultimam. Poetica fiducia* et *p. licentia* facile confundi potuerunt. Fortassis rectius: *fiducia.* Verba: *qua nos protegat omni potens rex*; piam animam scripto-

productam desinunt in secunda persona praesentis temporis in trisyllabis et in caeteris polysyllabis omnia penultimam syllabam brevem habent, ut audio, accio, mollio, sepio. Excipiuntur eo et queo, et quae in disyllabis veniunt, ut scio. Sed haec et omnia his similia regulam primae coniugationis sequuntur. Notantur haec, quae in praesenti tempore, et in caeteris temporibus breviantur, in praeterito vero perfecto et plusquamperfecto, ut iam in aliis diximus, et in uno futuro modi coniunctivi producuntur, sivo, sivi, siveram, sivero; queo, quivi, quiveram quivero, eo ivi, iveram, ivéro, venio, odio. Quoniam ut opinor satis et convenienter tractatum est de his accentibus nunc de consequentibus videamus.

CAPUT IV.

Participium namque illos accentus, quos nomen habet in omni loco, ut diximus, cum de his tracta-

ba-

ptoris Grammaticae studio deditam monstrant. *Et in caeteris polysyllabis.* Addunt praeter G. omnes: *veniunt*, quod ab hoc loco alienum est. *Mollio.* Pollio Ald. ex errore typographi. *Notantur haec,* Edd *nota haec. Sino, sivi, siveram, sivero* cet. Uti dedimus, inventum in G. Idem tamen: *sero, sevi, severam, severo* inserebat, quod omisimus. Gr: exhibet: *ut sino, si, odio, sevio, sevi, eram, ero, eo opinor.* Sed Q: *Sino, sivi, veram, ro, odio, si, ro; servio, servi, ram, ro; eo, ivi, ram, ro. Quoniam* cet. Editiones ita: *scio, scivi, sciveram, scivero; venio, veni, veneram, venero; queo, quivi, quiveram, quivero.* Ceterum *odio* non defectivum habitum esse a veteribus, satis est cognitum.

damus. Pronomen vero similiter eisdem regulis utitur. Notandum vero est quod illa pronomina, quae in ultimis servant accentum, ut illíc, nostrás, vestrás, ideo apud modernos ita habent, quia apud antiquissimos illicine et nostrátis et vestrátis declinabatur; retinent namque accentum in ultimo, quem habebant in penultimo. Et non solum haec erant apud eos, verum et multa alia, quae differentiae causa vel solo usu dicebantur, ut egomet feci. Met namque adiectio est syllabica in ego, ut in aliis et ut illice huiusce.

Adverbia, quae *e* terminantur, breviantur in penultima, ut hodie, sedule; quae a nomine veniunt producuntur, ut Tulliane, Martiane. Si *m*, producuntur, ut meatim, tuatim; si *i*, breviantur, ut vespe-

CAPUT IV.

Notandum vero est, quod. Pro *namque* exhibet *vero*, quod Iedinus, Gr. *quod* in reliquis deest, exhibetur a Qc in antecedd. pro: *cum de his tractabamus*, habent quidam: *DUM d. h. tr. Illíc* dedimus ex coniectura pro *hicce*, quod in Edd. *Hinc* in Gr. idem in Q. *hiccine* O. P. Mediol. *Haec* in G. *Nostrás, vestrás.* Ita apices in G. *Apud antiquissimos.* Ita Mss. pro eo quod est in Edd: *antiquos. Declinabatur; retinent namque.* Dicebatur unde retinent. Edd. In Q. et Gr. pro: *declinabatur* erat: *declinabant. Verum et.* In Mss. pro *sed etiam*, quod est in Edd. *Differentiae causa vel solo usu.* Differentia vel solo casu Q. *Met namque adiectio est syllabica.* Editi: *namque syllabica adiectio est. Ut in aliis.* Editi addunt: videlicet. *Illice.* Edd: *Illiccine. Adverbia quae.* Editiones: *Adverbia namque, si E* cet. *Quae a nomine.* Editi: *sed ea, quae* cet. *Si M, producuntur, ut meatim, tuatim.* Edd. *Si M terminantur, ut meatim, tuatim, tuatim, producuntur.* Suatim nescium Codd. *Si I;* Edd. *similiter si I. Si I similiter, ut sed* cet.

ꝑeri; si *o*, differentiae causa in ultimo accentum servant, ut falsó; si *as*, in ultimo, ne nomen esse videatur ut alias; si *a* similiter, ut uná, ne putetur nomen esse; si *er*, breviantur, ut breviter; si *ol*, similiter, ut aedepol; si *c*, in ultimo, ut istíc, illíc; si *us*, breviantur, fúnditus. Notandum autem est quod omnia adverbia composita, quae cum praepositionibus componuntur, sub uno accentu proferenda sunt, ut déinde, éxinde; hanc enim regulam sequitur omnis coniunctio, et in compositis, et in simplicibus, ut intérea étenim. Praepositio vero in fine semper accentum servat, ut apúd, anté. Interiectio vero nullam certam regulam servat, tamen in fine et in medio acuitur, ut papaé, évax.

In his et seqq. expressimus consensum Mstorum. Abeunt Editiones. Ac P. Mediol. O. Putschiana: *Similiter in ultima, ne putetur nomen esse, ut una; alias si in er* cet. Sed in Aldina: *Similiter in ultima, ne putetur nomen esse, ut unâ, aliàs; si in er. Istíc, illíc.* Accentus e G. Ceterum notandum, *istic* in nullo esse codice praeter G. *Adverbia composita, quae cum* cet. Consensus codicum. *Adverbia, quae* Edd. *Déinde, éxinde.* Apices e codice G. *Hanc enim.* Edd. *hanc autem. Nullam certam regulam servat.* Nullam certam servat regulam, Gr. Q. nullam certam regulam retinet. Edd. *In medio.* Omnes: *Papaé, évax.* Apices ita notati in G. In fine adiectum in Q: *Explicit Prescianus* (sic) *deo gracias amen.* In G: *Tractatus Prisciani accentuum finit.* Haec alia, recentiore manu. In Gr. nihil notatum sub fine.

PRISCIANI

DE FIGURIS NUMERORUM QUOS ANTIQUISSIMI HABENT CODICES ET DE NUMMIS VEL PONDERIBUS. DE TERENTII METRIS. DE PRAEEXERCITAMENTIS RHETORICIS.

LIBELLI TRES.

PRISCIANUS GRAMMATICUS SYMMACHO.

Omni te, Symmache, nobilitatis splendore celebratum, ac omni naturae munere praestantem, omni virtutis luce fulgentem, studiis etiam optimarum artium disciplinarumque florentem, iustissimeque prospera fortunae meritis vitae probantem, fama quidem antea nobis, absentem, venerabilem faciebat; nunc autem praesentem veritas, supergressa laudes praedicationis, ostendit. Mediocritatis enim altissimae, qua superbiae calcas tumores, et pietatis ponderibus gravissimis superas omnia. Itaque gloriosum mihi credens, aliquid a tanta auctoritate interrogationis mereri; de figuris, sicut iussisti, nume-

Priscianus Grammaticus Symmacho. Haec inscriptio est in D. Priscianus Symmacho. Putsch. In Aldina contra: Prisciani Grammatici de ponderibus et mensuris liber. Reliquae: De ponderibus et mensuris; ita simpliciter. Est autem haec epistola praefatio tribus libris praemissa, qui sunt de figuris numerorum, de Terentii metris et de praeexercitamentis rhetoricis, ut ipse docet auctor. Igitur hos libros ita et inscripsimus et ordinavimus. *Ac omni naturae.* In D. vitiose: *ecoui naturae. Omni virtutis luce.* Omnique. Solus Putschius. *Prospera fortunae.* Prospera fortitudinae. D. *Fama quidem.* Fama deest in D. fama quidam O. *Mihi credens.* Ita edidit Putsch. quicum consentit D. Reliquae edd: mihi credas. *De numis qui ponderibus.* Ita Putschius, cui assentit codex D. In S. et reli-

merorum breviter collecta demonstrabo et de numis vel ponderibus, praeterea de Terentii metris, nec non etiam de praeexercitamentis rhetoricis, quae graece προγυμνάσματα vocant, quoniam diligentius ea sophistae iuniores, quos sequimur, aptioribusque divisionibus ad exercendos iuvenes, ad omne rhetoricae genus exposuisse creduntur. Petimus igitur sapientem eloquentiam vestram, hac enim dignitate nihil in homine melius novimus, ut et nos huiuscemodi frequentius quaestionibus, tam praesentis quam absentis, cum felicitate exerceatis, et Romanorum diligentiam vestrorum ad artes suorum alacriores reddatis auctorum, quibus solis ceteras cum Graiis gentes superasse noscuntur. Quarum decus et munimen industria vestri nititur culminis.

quis: *numeris.* *Aptioribusque divisionibus.* Aptioresque div. O. *Ad exercendos iuvenes.* Haec verba omisit unus Putschius; qua auctoritate, nescio. *Tam praesentis quam absentis.* Ita codex D. quem sequitur Putschiana. Reliqui: — praesentes — absentes. *Romanorum diligentiam.* Ita D. et Putsch. Reliqui: diligentia. *Nostrum.* D. Putsch. In reliquis nostra.

PRISCIANI GRAMMATICI,

DE FIGURIS NUMERORUM QUOS ANTIQUISSIMI HABENT CODICES ET DE NUMMIS VEL PONDERIBUS.

CAPUT I.

Sciendum, quod cum ab uno ad milies, mile numeri notentur, apud Latinos non plus tredecim eos figuris notari invenimus. Nam principales repetuntur quater singuli, tam ante quinarios, qui sunt medii, numeros, quam post eos. Sunt igitur principalium figurae septem, mediorum vero sex, quarum rationes diu exquisitas, ut potero breviter dis-

ser-

VARIETAS LECTIONIS.

CAPUT I.

Ab uno ad milies mille, Ita omnes praeter V. qui habet *ab uno ad mille* decepto haud dubie librario repetita simili voce. L. simplex in Mss. *Tam ante quinarios, qui sunt medii, numeros, quam post eos.* Ita iam Putschius, cui assentiuntur omnes Mss. Priores vero editiones: *qui sunt medii numero, quam* cet. *Quarum rationes diu exquisitas, ut*

seram. Μία per I, scribitur antiquo more atticorum, qui solebant principalem nominis numeri litteram ponere, et significare numerum. Ἴα ergo pro μία dicentes, I scribebant, et Π̄ πέντε et Δ̄ δέκα; et sic ΠΔ πεντήκοντα, πεντάκι δέκα, significantes; et Η̄ ἑκατόν. Vetustissimi quoque Graeci pro aspiratione H scribebant quam habebat Ἑκατὸν in principio; et sic ΠΗ πεντακόσια id est πεντάκι ἑκατόν. Χ̄ χείλια; sic ΠΧ πεντακις χίλια, id est πεντάκις τὰ χίλια. Μ̄ μύρια, vel sic Χ, quod significat δεκακις χίλια; quidam autem et sic scribebant: ΔΧ. Non incongruum tamen videtur etiam versus graecos aptissime de his numeris compositos subiicere.

Χεί-

petere, breviter dictorum. Haec desunt in uno V. Nihil decernere audeo. Fortassis genuina sunt. *Μία per I scribitur.* Ita in uno codice S. nescio, an non recte. Recepimus tamen. In reliquis una per I. *Et* Π̄ *πέντε et* Δ̄ *δέκα* cet. Ita libri scripti omnes, quos iam olim secutus Putschius, haec numerorum signa huc induxit. Sed nos et nitidiores et ad veterem scripturam codicis unius nitide scripti exactiores characteres dedimus, quos librariae nostrae summa in his cura et liberalitas typis exscribere non dubitavit. Cuius rei gratiam non ego solum, verum et omnes mecum lectores ei, qui praeest illi librariae, haud dubie habebunt multam. Ceterum omnem hunc locum longe alium habent veteres editiones. Quam dissensionem non aliter oriri potuisse credo, quam ex eo, quod editor primus, codicem habens, in quibus signa illa deessent (et hoc locum habuisse, ostendit O. quae ea plane et ubique ignorat) quod primus inquam editor signa deficientia ex ingenio supplere cupiebat. Quae res quam male cesserit, apparet satis. Sed nunc ponamus quae praebent editiones. Aldina sic: *Ergo ἴα pro μία dicentes, i scribebant et δ, δύο et τ, τρεῖς et sic τ, π, ε, ο, τέσσαρα, πέντε, ἑπτά, ὀκτῶ (sic) significantes et ε ἐννέα. Vetustissimi quoque Grae-*

Χείλια X̄ πέλεται, καὶ Πεῖ μέσον Ἦτα φέροντος,
Ἥμισυ τῶν ἐφάμην· ἑκατὸν δ' ἄρα Ἦτα πέλονται.
Δέλτα δὲ τεμνομένοιο, μέσον καὶ Πεῖ φορέοντος,
Πεντήκοντ' ἀριθμοῦ σημήϊα, καὶ δέκα Δέλτα.
Πεῖ δ' ἄρα πέντε πέλει καθαρόν, καὶ Ἰῶτα ἕν ἐστιν.

Hos igitur Latini quoque in plerisque imitati sunt. Nam per I, unum notant illos secuti. Quinque per V, quia quinta est vocalis: A, E, I, O, U; decem per X, quia decima est consonans apud Graecos. Β, Γ, Δ, Ζ, Θ, Κ, Λ, Μ, Ν, Ξ; vel quod

Graeci pro aspiratione h scribebant, quam habebant ϯ δασεῖαν in principio, et sic ϯε, ϯε, ϯε, idem, est (sic) ἑξήκοντα, ἑβδομήκοντα, ἑκατόν, vel etiam sic ς quod significat ἐννενήκοντα. Quidam autem et sic scribebant. non incongruum cet. Paucis mutatis in P: Ergo μ pro μία dicentes ι scribebant et δ, δύο et τ, τρεῖς et sic δ, π, ε, ο τεσσαρα πεντε ἑπτα οκτω significantes et ε ενεα vetustissimi quoque Graeci pro Aspiratione H scribebant, quam habebant ϯ δασεῖαν in principio et sic ϯε, ϯε, ϯε, idem est εν, εξ, επτα sic ϯε, ϯε, ϯε, ϯε id est, εξηκοντα, ἑβδομηκοντα ἑκατον vel G. (sic) quod significat ἐννενηκοντα quidam autem et sic scribebant. Non incongruum cet. Cum his consentit Medioi. nisi quod ea pro signo ϯ semper exhibet η (sic). Graeca, quae sequuntur, desunt in S. et V. Leguntur in uno cod. D. Neque etiam in editionibus praeter Putschianam leguntur. Χείλια X̄. Sic in codice, de quo statim diximus. Χείλια X. ed. Putsch. Τῶν ἐφάμην. Ne cui activam formam scribere in mentem veniat: ἔφαμεν; tenendum, orationem ad genus carminum epicorum adspirare, ac deinde, in codice esse: ΘΦΔΜΝΝ i. e. ἐφάμην. Ἑκατὸν δ' ἄρα Ἦτα πέλονται. δ' ἄρα Ἦτα scribit codex: ΔΔΡΑΝΤΑ. Δέλτα δὲ τεμνομένοιο cet. Patet, hoc esse contra praeceptum Prisciani. Is enim antea dixerat: Ϡ πεντήκοντα πεντάκις δέκα cet. Non igitur τέμνεται δέλτα, sed potius πῖ, quod in medio δέλτα ferre debet. Πεντήκοντ' ἀριθμοῦ. Codex habet: πεντήκοντα ἀριθμοῦ elisione non significata. Σημήϊα Codex: CΗΜΗΔ. *Quae nota est quinquagin-*

quod post V apud Latinos X, sequitur; quinquaginta per L, quia apud antiquos Graecos L, pro N, quae nota est quinquaginta, ponebant, teste Apollonide et Lucio Tarrheo. Unde Latini quoque lympha dicunt, pro nympha, aquam vel fontem volentes significare. Virgilius, in primo Aeneidos:

Dant famuli manibus lymphas, Cereremque canistris,

Centum autem principalem nominis litteram C, quingenta per sequentem litteram consonantem; nam post C, D sequitur. Mile secundum Atticos per X, graecam, sed ut sit differentia ad decem circumscriptis lateribus cxↃ. Quinque milia per I et duos in dex-

finita. Ita in duobus codd. D. et V. quibus consentiunt editiones. In solo S: *quae nota numeri quinquagenarii est. Testo Apollonide et Lucio Tarrheo.* Haec desunt in V. pro Tarrheo, quae scripturа duorum codd. sola Putschiana exhibet: *Tarrhaeo*, quam scripturam probare non possum. Nam siquid video *Tarrhaeus* graece est Ταῤῥαῖος, — aut Ταῤῥαῖος a. Τάῤῥιος seu Τάῤρος nominativo; ut a Κολωνος, Κολωνὸς et Κολωνῖος et similia permulta. *Virgilius in primo Aeneidos* cet. Exemplum hoc abest a V. *Sed ut differentia sit ad decem circumscriptis lateribus.* Signum, quod secundum hoc praeceptum mille significat, ex ratione antiquae scripturae similitudinem habet cum M. Sic enim scribitur m in multis codicibus, ut formam praebeat illam, quam voluit auctor. Ex qua re simul intelligitur, literam M. tum temporis alia forma usam esse, quam postea, ubi ita eam scribi mos invaluit, ut signum illud, quod auctor innuit, fere referret, et mille significaret. Apud Priscianum autem decem millia significat M. *Quinque milia* cet. Quae abhinc sequuntur usque ad finem capitis ad normam codicis D. quem sibi constare animadvertebam, expressi, neque quidquam mutavi, praeter signa numerorum, quae, raro quidem, confusa erant, facile tamen restitui poterant ex mente auctoris eiusque descriptione.

Ius

dextera parte apostrophos IↃↃ. Decem milia per supradictam formam, additis in sinistra parte contrariis duabus notis quam sunt apostrophi: ↀIↃↃ. Et hoc ad imitationem Graecorum, qui μύρια unius nota, subdita linea, nunc quoque scribunt sic: M. Quinquaginta milia per I et in dextera parte tres apostrophos: IↃↃↃ. Centum milia per I mediam et tres in dextera parte apostrophos et in sinistra totidem contrarias: ↀↀↀIↃↃↃ. Vel quod verisimilius est, decem milia notantur per m circumscriptum ex utroque latere sic: ↀIↃ; et hoc ad imitationem Graecorum, quia Μύρια eam litteram habent principa-

Iam videamus singulas varietates. *Additis in sinistra parte contrariis duabus notis, quam sunt apostrophi.* Sic D. quem sequitur Putschius. *In sinistram partem* O. P. Mediol. *QUAE sunt apostrophi*, praeter Putsch. et D. reliqui omnes. Sed *quae* videtur singulari quodam usu ad v. *contrariis* relationem habere. *Unius notae, subdita linea, nunc quoque scribunt sic:* M. Hoc signum exhibendum esse, conlici licet ex consensu codicum, qui latinum A hoc loco omnes servant, quod propter figurae similitudinem fraudem fecit librariis. In Ald. et Putsch. scriptum est: I (sic). In reliquis Edd. prorsus omissum. *Notantur per m, circumscriptum ex utroque latere.* M hoc loco non intelligi illam maiusculam litteram, qua nunc utimur, sed illam, quae tribus erectis lineolis cernitur, partim ex consentiente scriptura codicum, partim ex sententia auctoris colligitur. Ipsum autem signum numeri in D. fere ut graecum ο μέγα; in S. ita: — m —; in V. autem emendatius: ↀIↃ (plane ita) scriptum exstat. Apud Putschium hoc signum est: CIↃ. Quae vero in Editionibus post haec leguntur: *Quomodo mille per* X *circumscriptum ex utroque latere sic:* CXↃ; ea nesciuntur a duobus codicibus D. et S. leguntur in V. Nos omisimus. Nam ipsa haec importuna repetitio peperit in sequentibus falsam lectionem: *quia χίλια eam litteram* cet. pro qua codices nostri recte *quia μύρια*

eam

palem sui nominis. Sed differentiae causa media linea altior facta est, quia milies quoque mile per m circumscriptam solet notari, sic: ↀmↃ. Ergo quinque milia cum sint dimidia pars decem milium, dimidiam partem scripturae reservaverunt, sic: IↃ; quomodo quinquaginta milia dimidia pars centum milium, qui numerus per eandem notam decem milium scribitur, additis tamen ex utroque latere singulis circumscriptionibus: ↀↀIↃↃ. Quingenta milia per ↀIↃ, quod est initium nominis, et apostrophon. Mile miha similiter per m, unde incipit nomen, et utraque parte circumscriptam, ut: ↀmↃ, vel etiam sic: ↀↀIↃↃ.

CA-

eam litteram; ces. quod dedimus. *Solent autem sic*: ↀmↃ. Numeri signum ita scribi debere, ostendit descriptio macraria. Proxime ad hanc scripturam accedit D. in quo est: ↀↀIↃↃ. In S. legitur fere sic: ↀↀↀm; quod perperam. In V. legitur m circumducto quadrangulo, quod nihil. In Aldina P. et Mediol. ↀIↃ *rursum*. In Putsch. rursum ↀmↃ. *Dimidiam partem scripturae reservaverunt*: ita D. et V. Sed S: *In dimidiam partem scripturae servaverunt*. Signum, quod sequitur, ab Edd. sic: mↃ exhibetur, discrepantibus aliquantulum codd. in D. et S: m; in V: IↃI. *Per eandem notam decem milium*. Singularis dicendi forma, cuius tamen exempla ab optimis scriptoribus non aliena puto. V. notas. Quod sequitur signum in uno V. legitur, a reliquis codd. omissum. Ibi autem: ↀIↃↃ. Ex edd. servat una Aldina, ita tamen: ↀↀIↃↃ. *Ex utraque parte circumscriptum, ut*: ↀmↃ; cet. Signum hoc in D. sic: ↀↀIↃↃ; in S. autem: — m —. Ultimum, uti dedimus, exhibetur a priscis editoribus P. et Mediol.

et A-

CAPUT II.

De ponderibus etiam necessarium esse putavimus addere:

As nummus est libralis, et per I perscriptam notatur: .

Dupondius nummus est bilibris per duas II perscriptas: .

Sestertius nummus duarum semis librarum per duas II et S, ex qua incipit semis, perscriptas unde Sestertius dicitur semis tertius, de quo Aruntius haec ait: *Sestertius olim dupondius et semis, quasi semistertius, quo tempore denarius decussis valebat.* Hoc est, post duo asses sequens tertio loco est semis. Hoc quoque secundum Atticos et Ionas qui ἥμισυ τρίτου dicebant pro δύο, ἥμισυ, teste etiam Didymo, qui hoc ponit, ostendens in omni parte orationis et constructionis analogiam graecorum se-

cu-

CAPUT II.

Nummus est libralis. In tribus nostris codicibus legitur hic et mox post vocem *dupondius*, *numerus*, quod cum Edd. Ald. et Putschs. mutavi in *nummus*. Ceterum signa ad fidem codicum expressimus. Falsa sunt, quae Editiones habent. *L. LL.* cet. *Aruntius.* Scribitur et *Arruntius* et *Harruntius.* *Id est duae libras et semis.* Haec verba leguntur interposita verbis Aruntii in Edd. Nesciuntur ea a Mss. Glossam emisimus. *Hoc est post duo asses* cet. Sunt verba Prisciani quae ita emendavimus. *Qui ἥμισυ τρίτου* cet. Haec Graeca cum Putschio e codicibus D. et S. reposui. Editiones habent priori lo-

cutos esse Romanos, unde et Herodotus in primo Historiarum: Ἐποιεῖτο δὲ καὶ λεοντος εἰκόνα χρυσοῦ ἀπέφθου ἕλκουσαν σταθμὸν τάλαντα δέκα. Οὗτος ὁ λέων ἐπεί τε κατεκάετο ὁ ἐν Δελφοῖσι ναός, κατέπεσεν ἀπὸ τῶν ἡμιπλινθίων, ἐπὶ γὰρ τούτοις δρυτο. καὶ νῦν κεῖται ἐν τῷ Κορινθίων θησαυρῷ. ἕλκων σταθμὸν ἕβδομον ἡμιτάλαντον. Ἰδοὺ δὴ οὖν, εἰπὼν δέκα ταλάντων γεγενῆσθαι τὸν λέοντα, καταλέγει ἔχειν ἕβδομον ἡμιτάλαντον. τουτέστιν ἓξ ἥμισυ τάλαντα. Septimum semitalentum dixit pro: *sex semis talenta.*

Denarius quoque decem librarum nummus per X perscriptam notatur ✠. Eorum pleraque in Verrinis

loco: ἡμίδραχμον; altero: ἥμισυ δραχμὰς (sic). Locus Herodoti in omnibus priscis Editionibus desideratus, primum a Putschio reductus est e codd. Quibus autem ille usus est libris, *ii* non videntur, ne pusillum quidem, a nostro D. qui solus habet hunc locum, diversi fuisse. Tamen quaedam male legisse videtur Putschius, aut se ad Editiones Herodoti composuisse. Ac primum quidem pro ἐποιεῖτο, quod clare legitur in codice, ἐποιέετο habet Putschius; equidem nefas duxi a scriptura codicis recedere. Deinde pro: κατεκαίετο, quod apud illum est, codex habet κατεκαιατο, non illud verum, sed unde, quomodo Priscianus in suo exemplari legerit, possit intelligi. Τούτοις δρυτο; sic in codice; quod quamquam apertum vitium; tamen ne hoc quidem loco aliter faciendum credidi, quam codicem sequi. Denique Ἰδοὺ δὴ οὖν εἰπὼν cet. Mira pro his leguntur apud Putschium, quippe qui non amplius ducem sequi potuit Herodoti editionem, et qui vix litterarum characteres assecutus est. Leguntur autem manifeste in codice haec: ЄΙΔΟΥ ΔΙΟΝΙΠΩΝ; ex quibus fecit Putschius: εἰδούλων τῶν stellula in signum corruptelae apposita. Nos quidem recte nobis legisse videmur. Gronovius de pec. vet. pag. 13. legendum censet: λέγει δὲ ὅλον τῶν δέκα — κᾶτα λέγει cet. *Sex semis talenta.* Ita Putschius, ex meliore forsitan exemplo. In nostris

nis Ciceronis licet invenire, antiquissimae scripturae emendatis codicibus.

Obolus dicitur, ut Dardanus docet, scripulus esse, id est sex siliquae.

Drachma, sive *Argenteus*, scripuli tres.

Uncia drachmae octo, scripuli viginti quatuor.

Unciae duodecim, *libra*.

Libra vel *mina Attica*, drachmae septuaginta quinque.

Libra vel *mina Graia*, drachmae centum quinque.

Talentum Atheniense *parvum*, minae sexaginta, *magnum*, minae octoginta tres et unciae quatuor.

Libra vel *As* unciae duodecim.

Deunx, unciae undecim.

Dextans, unciae decem.

Dodrans, unciae novem.

Bis-

omnibus: *sex semitalenta*. *Libra*. *Libra* vel *mina Attica*. Ita nostri omnes Mss. Bondamo, qui ad exemplar unum Putschianum hic annotavit, verba: *Attica drachmae septuaginta quinque. Libra vel Mina*; non inveniri in D. fides non habenda est. Leguntur enim ibi. Erraverunt igitur oculi. Ceterum *drachmae* vocabulum in omnibus codd. mox per g. mox per ch. in medio scribitur. *Mina Graia drachmae centum quinque*; Putschius, qui hoc loco veteres editiones secutus dedit: *nonaginta sex*; id suo periculo fecerit. Nostri enim codd. omnes, quod edidimus, praebent. *Minae sexaginta, magnum*. Haec verba in duobus codd. S. et V. desunt. *Libra vel As, unciae duodecim* cet. Hic turbant codd. D. et S. in quibus desiderantur omnia verba, quae ab *unciae* usque ad *decem* in seqq. leguntur intermedia. Leguntur tamen omnia, uti edita sunt, et in cod. V. et vero in omnibus Edd. In illo tamen codice *decunx vel* quae ante *dextans* leguntur, omissa sunt. Hoc nos secuti sumus.

Bissis, unciae octo.

Septunx, unciae septem.

Semis, unciae sex.

Quincunx, unciae quinque.

Triens, unciae quatuor.

Quadrans, unciae tres.

Sextans, unciae duae.

Uncia sescunx, vel ut alii, *sesquncia*, dimidia pars et uncia.

Semiuncia, semis unciae.

Duae sextulae sunt tertia pars unciae, id est, scripuli octo.

Sicilicus, scripuli sex.

Sextula, scripuli quatuor; *dimidia sextula*, scripuli duo.

Rursus *sextula* et *dimidium sextulae sicilicus* appellatur.

Scrupulus siliquae sex; siliqua est quod dicunt graeci Κεράτιον vel Λεπτόν.

C A-

Bissis scripsimus flagitandibus ll Mss. Ceterum hic notandum, etiam *scripulus* pro vulgato *Scrupulus* non Putschianis solum deberi, verum omnibus codd. *Dimidia pars et uncia.* Ita scripsimus vestigia codd. secuti. Editi omnes: *tres dimidiae unciae.* Quod quamquam ad sensum recte, tamen cum codd. non conspirat. Il enim: *duae partes unciae*; quod quam facile possit depravatum esse ex: *dimidia pars et uncia* nemo est, qui non intelligat. *Sicilicus.* Ita omnes Mss. nisi quod in S: *Siciliis.* *Quod dicunt Graeci:* κεράτιον vel λεπτόν. In his conspirant duo codd. S. et D. nisi quod uterque ultimo loco habet: ΑΠΤΟC. In V. vero haec omnia desiderantur, quorum locum obtinent: *Trin grana hordei.*

C A-

CAPUT III.

Necessarium tamen existimavi ad confirmanda supradicta a diversis auctoribus de his dicta subicere. Livius in XXXIV ab Urbe condita: *Multitudinis eorum argumentum sit, quod Polybius scribit, centum talentis eam rem Achaeis stetisse, cum quingentos denarios pretium in capita, quod redderetur dominis, statuissent.* Mile enim ducentos ex ratione Achaia habuit captivos Italicos. Qua ratione ostenditur, sex milia denariorum habere talentum. Nam cum quingeni denarii pro mile ducentis captivis dati colligantur sexcenta milia denariorum, centum ea ostendit fuisse talenta. Centesima enim pars sescentorum milium sex milia inveniuntur, denarii autem illo tempore nummi argentei erant viginti quatuor siliquarum, quod in eodem libro ostendit Livius: *signati, octoginta quatuor milia fuere Atticorum; tetradrachma vocant. Trium fere denario-*

rum

CAPUT III.

Livius in XXXIV. In D. est: Livius in XXXIII. *Eam rem Achaeis stetisse.* Ita Putschius dedit, recte sine dubio. Nam in S: *Atheis*, in D: *Atheois*, ex quibus priores edd. fecere *Athenis*. *Quod redderetur dominis.* Ita codices, cum quibus etiam Putsch. facit. *Quod redderent dominis* O. P. *quod redderent dominis.* M. *quod redderentur.* Ald. *Mile.* Haec est constans scriptura codd. *Quingeni denarii.* Ex consensu Mss. *Quingenti* in Edd. ante Putsch. *Colligantur.* Colligatur D. *Centesima enim pars.* Ita in uno P. Reliqui: *autem* pro *enim*. *Tetradrachma vocant.* Vox graeca in

rum in singulis argenti est pondus. Vide quod quatuor drachmae sint septuaginta duae siliquae. Diximus enim superius, quod tres oboli, quorum singuli sex siliquas habeant, drachmam faciant; tres autem denarii idem habebant, id est septuaginta duas siliquas. Idem Livius in xxxvii ab Urbe condita ostendit *magnum talentum Atticum octoginta habere libras, et paulo plus*, cum supradictorum computatio manifestet octoginta tres libras et quatuor uncias

Mss. latine scripta est, quod retinuimus. Sed dissentiunt iidem in cetera scriptura. In S: *ditrachma.* Sed erasio et falsa in medio littera ostendunt, aliud lectum fuisse. In D: *tetrachma.* In V. laudatio horum locorum ex auctoribus omissa est omniaque ita ordinata sunt, ut omissio nullam relinqueret lacunam. Exemplum damus. Post verba, quae supra in hoc codice legi indicavimus: *Tria grana hordei;* haec leguntur: *Talentum est millia denariorum. Centum talenta sexcenta millia denariorum. Centesima pars sexcentorum millium sex millia inveniuntur. Denarii enim antiqui tempore omnes argentei erant.* Et ita in reliquis. Sed postea, ubi decretum senatus e Livio excitatur, verborum contextus cum reliquis Codd. rursum consentit. Ceterum edd. praeter Putsch. *tetradrachmum* habent. *Argenti est pondus.* Ita in D. Sed S. exhibet: *a. esse pondus. Argenteis est pondus.* Editiones usque ad Putschianam. *Quod quatuor drachmae sint.* Pro *sint* legitur *sunt* in Edd. Nostra ratio in codd. *Quod tres oboli.* Nescio quid hic Putschium impulerit, ut scriberet: *scripuli.* Auctor supra dixit: *Obolus dicitur, ut Dardanus docet, scripulus asse* cet. *Habeant — faciant.* In coniunctivo *habeant* codices consentiunt. Sed si hic coniunctivus est, multo magis sequens verbum *faciant* coniunctivus esse debet. Ergo ita scripsimus, quamquam omnes: *faciunt.* Sed fortasse rectius esset: *habebant — faciunt. Idem Livius in XXXVII.* Aldina et Putsch. *in tricesimo octavo.* Sed in his numeris codicibus non multum fidei habendum est, nisi verbis perscripti inveniantur. *Et paulo plus.* Et paulo plus. D. Haec verba adhuc latent. *Manifestum.* In

co-

cias habere talentum, quod est sex milia denariorum. Livius: *talentum ne minus pondo octoginta Romanis ponderibus pendat.* Id est sic decrevit Senatus, ut non plus quam ternae librae et quaternae unciae singulis desint talentis. Et sciendum quod secundum Livii computationem centum minae Atticae, quarum singulae septuaginta quinque drachmas habent, faciunt talentum magnum. Nam minus habet sexaginta, secundum Dardanum. Quod autem est magnum est minus, ostendit Terentius in Phormione:

Si quis daret talentum magnum.

Italica autem mina drachmas habet, ut supra dictum est nonaginta sex, quod est libra duodecim unciarum, id est denarii septuaginta duo. Hae igitur com-

pu-

codices. Sola Aldina indicativum tuetur. *Pendat.* Pandat. D. *Id est.* Idem. Ald. *Desint.* Unus S: *destruent. Et sciendum, quod secundum Livii computationem.* Haec iterum desunt in V. qui hanc periodum ita incipit: *Centum minae* cet. *Faciunt talentum magnum.* His addunt Editi praeter Putsch. *Et minus* quod insulsum. *Quod autem est magnum est minus.* Ita omnes. Ne quis autem mutanda putet, sensus est: Esse, revera apud Romanos in consuetudine fuisse, magnum et parvum, sive malus et minus talentum, testimonio est locus Terentii. Neque enim aliter videtur intelligi posse. *Ut supra dictum est, nonaginta sex.* Ubinam hoc dictum est? Nimirum supra, ubi Graia mina dicebatur ab omnibus codicibus centum quinque drachmarum esse? Igitur ibi legendum esset, ut Putschius edidit: *Libra aut mina Graia drachmas nonaginta sex.* Minime vero. Primum enim etsi concedo Graiam minam intelligi posse eam, quae in usu fuerit apud Italos in Magna Graecia; tamen propterea codicum consensus nondum negligendus est. Deinde nonne potest commemoratio minae Italicae omissa esse in superioribus? Sed de his vide notas. *Hoc igitur computatione.* Hac igitur

putatione octoginta tres librae Romanae et quatuor unciae, quod est magnum talentum, centum minas Atticas faciunt. Seneca in decimo Epistolarum ad Novatum: *Viginti quatuor Sestertia, id est talentum Atticum parvum.* Viginti quatuor enim HS sexaginta libras habent.

Varronis quoque auctoritate supradictorum pleraque comprobemus. Varro de Lingua Latina Libro quinto:

Multa pecuniae signatae vocabula sunt. Aeris et argenti haec: As, ab aere. Dupondius, a duobus ponderibus quod unum pondus assispondium dicebatur. Id ideo, quod As erat librae pondus. Deinde ab numero usque ad Centussem. Ab tribus assibus, Tressis, et sic proportione usque ad Nonussis. In denario numero hoc mutat. Quod primum est ab decem assibus, Decussis; secundum ab duobus decussibus,

Vi-

ratione. V. *Octoginta quatuor librae.* Ita Mss. omnes. Mirum profecto. Sed hic omnis locus difficultatibus multis obseptus est. Vide in notis. *Viginti quatuor sestertia.* Mirum hic in omnibus libris Scriptis exhiberi *sestaria.* *Varro de L. L.* cet. Haec cum Putschio e Mss. *Assispondium.* Ita quidem omnes Mss. Putschius dedit, ad Varronis editiones, *Assipondium.* Reliquae edd. cum Mss. consentiunt. *Id ideo quod.* Sic apud Varronem et in nostris codd. Editiones ante Putsch: *ideo quod.* *As erat librae.* Libra. Edd. ante Putsch. *Ab numero.* Ita Mss. ut apud Varronem est, et sic ubique in seqq. Edd. hic et in aliis locis *a* pro *ab.* Praeterea notandum hic apud Varronem uberiora esse. *Et sic proportione.* Scripti omnes habent: *et supra portionem* pro quo in S. a posteriore manu: *et supra proportionem;* haec sensu cassa. Error facilis fuit a: *sic pro ad supra.* Nam in seqq. eadem recte leguntur in codd. Aldina: *et supra sic per proportionem.* Quae mali correctoris esse apparet. In

Vicessis; reliqua conveniunt, ut Tricessis; et sic proportione usque ad Centussis (quod Persius ostendit:

Et centum Graecos uno centusse licetur.)

Quo maius aeris proprium vocabulum non est. Nam ducenti et sic proportione quae dicuntur, non magis asses, quam denarii aliaeque res significantur. Aeris minima pars Sextula, quod sexta pars unciae est; Semuncia, quod dimidia pars unciae. Uncia ab uno dicta. Sextans ab eo quod sexta pars assis est. Quadrans quod quarta est. Triens quod tertia pars. Semis quod semis id est dimidium assis, ut supra dictum est. Septunx a septem et uncia collisum. Reliqua obscuriora, quod a deminutione, et ea, quae deminuuntur, ita sunt, ut extremas syllabas ha-

be-

O. P. Med: — *supra: et sic per prop.* *Vicessis.* In Edd. *Vigessis.* In Varrone edebatur olim: *Vicesis.* *Tricessis; et sic proportione.* Trigessis per portionem. Ald. Trigessis per proportionem O. P. Mediol. *Quod Persius ostendit* cet. Verba Prisciani interposita verbis Varronis. Pro *licetur* est *licitur* in S. *licenter* in O. P. *Quo maius aeris proprium vocabulum:* Sic unus D. cum Putsch. et Varronis libris. In S. et antiquioribus edd: *magis.* Ceterum *proprium* vox deest apud Varronem. *Nam ducenti.* Ad Varronem varia lectio notatur: *ducenties.* *Quae dicuntur.* Emendate in Varronis edd: *cum dicuntur.* Sed videtur apud Priscianum fuisse: *quando dicuntur.* *Quando* enim et *quae* saepe uno compendio scribuntur. *Aliaeque res significantur.* *Aliaeve.* Edd. Varr. *significantur.* Ita Codd. *significant* Aldina. *Semuncia.* Alii: *semiuncia.* *Semuncia* etiam apud Varronem editur. *Dimidia.* Scribitur in D. per compendium [illegible]. Vide supra cap. I. pag. 210 ubi pro: *duas partes* emendavimus: [illegible] *pars est.* *Uncia ab uno dicta.* Antecedunt quaedam in Varrone, [illegible] omiss[illegible] [illegible]dium assis. *Semis quod* [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible]

beant. Una dempta uncia, deunx. Dextans dempto sextante. Dodrans, dempto quadrante. Bes, ut olim dues, dempto triente. In argento nummi; id ab Siculis. Denarii quod denos aeris valebant. Quinarii quod quinos. Sestertius, duobus semis. Dupondius enim et semis antiquus Sestertius est, et veteris consuetudinis, ut retro aera dicerent ita ut semis quintus, semis quartus, semis tertius nunciarent; ab semis tertius Sestertius dictus. Nummi denarii a decima libella.

Didymus etiam ea confirmat. Δίδυμος ἐν τῷ περὶ τῆς παρὰ Ῥωμαίοις ἀναλογίας·

Ἴωνες καὶ Ἀττικοὶ τὰ δύο ἥμισυ, ἥμισυ τρίτον φασίν.

καὶ

Una dempta. Ut a duodecim una dempto. Edd. Varr. *In argento nummi; id ab Siculis.* Ita Mss. cum quibus Edd. Varr. consentiunt. *Et argentei nummi, id est absiclis;* Edd. ante Putsch. quae cum nostra ratione facit, nisi quod pro *id, id est* retinet. Ceterum in Aldina sequitur signum lacunae, cuius nec in libris nostris nec in Varronis Edd. vestigium est. *Sestertius, duobus semis.* Haec diversa sunt ab iis, quae hodie leguntur apud Varronem. Ibi enim: *Sestertius, quod semis tertius.* Haec haud dubie corrupta, nostraque integriora. *Ut retro aera dicerent.* Dicerentur. Edd. Varr. Quae sequuntur apud nostrum in libris nostris leguntur, ut dedimus. Verum apud Varronem hodie alia: *Ita ut semis tertius, semis quartus pronunciarent.* Nostra haud dubie meliora, si excipias, quod in Mss. omnibus est *nunciarent* pro *pronunciarent.* Nec tamen mutaverim. Δίδυμος cet. Graeca haec in solo D. Lectiones autem huius codicis mire consentiunt cum iis, quae edidit Putschius, nisi ubi ille characteres legere non potuit, aut intellexisse sibi persuasit. Nos ergo maluimus profiteri difficultatem et pravam lectionem codicis ponere, quam immutando peiorem facere. Ac primum notandum, ab initio ante vocem Δίδυμος legi in cod. has litteras: ΤΚ; deinde pro περὶ τῆς, esse ΠΕΡΙϹΤΗϹ; ante vocem παρὰ recurrere lit-

καὶ τὰ ἓξ ἥμισυ τάλαντα, ἕβδομον ἡμιτάλαντον, καὶ τοὺς τέσσαρας ἥμισυ πήχεις, πέμπτην σπιθαμήν, καθάπερ φησὶν Ἡρόδοτος, προσθεὶς τὸ ἓν δεβα. Τουσιαδὴς ἐν τῷ περὶ μουσικῆς ἐπιφέρει τρίτον ἡμιπόδιον ἀντὶ τοῦ δύο ἥμισυ πόδες. Καὶ καθόλου ὅταν βούλωνται ἀριθμόν τινα δηλοῦν καὶ μόριόν τι προκείμενον, τὸ ὁμώνυμον τοῦ ἀριθμοῦ ἀεὶ τοῦ πλεονάζοντος λαβόντες τὸ ὅλον φασίν, οἷον τὰ ἓξ ἥμισυ, ἕβδομον ἥμισυ φασίν, τοῦ ἕπτα ἑβδόμου ὃς μονάδι πλεονάζει, τοῦ ἓξ τὸ ὁμώνυμον λαβόντες. Καὶ Ῥωμαῖοι δὴ εὑρεθήσονται τούτῳ χρώμενοι τῷ σχήματι. Τὰ γὰρ δύο ἥμισυ ἀσσάρια, σηστέρτιούμ φασιν· τοῦ μὲν ση τὸ ἥμισυ δηλοῦντος, ὡς ἐν τῷ σημόδιουμ, σήσκουας, σήσκουπλα· τοῦ δὲ τέρτιουμ τὸ τρίτον, καί ἐστιν ἥμισυ τρίτον. Τὰ δὲ χείλια σηστέρτια ποιεῖ διακόσια πεντήκοντα δηνάρια ἀργυρᾶ, (ὡς αὐτοὶ λέγουσι, δηναρίους παρὰ τὸ δῆνα ἐσχηματισμένους) δέκα δὲ χρυσᾶ,

litteram Υ; et post votem διαλογίας rursum apparere Υ, quod a Putschio numerus libri habitum est. In reliquis haec commemoranda sunt. Φασίν. ita semper in codice ante comma vel ante plenam interpunctionem. Πέμπτην σπιθαμήν. Nescio, quid acciderit Putschio, cum ederet: πέμπτην ἡμισπιθαμήν. Plane hoc sine sensu. Προσθεὶς τὸ ἓν δεβα τουσιαδὴς. Putschius edidit: προθεὶς τὸ ἑνδεκάτας. Ἰάδης. Quid haec sibi velint nescio. Pro προσθεὶς in Ms. quidem est προθεὶς, sed hoc falsum esse, sponte patet. Τὸ ἓν manifeste legitur. Ex quo auctoris mentem licet perspicere, quae etiam e seqq. satis clare apparet. Vitium latet in verbis: ΔЄΒΑ ΤΟΥϹΙΑΔΗϹ. In his multa possunt tentari, sed praestat tacere. Τοῦ ἕπτα ἑβδόμου. Putschius edidit: ἕβδομον. Τούτῳ χρωμένοι τῷ σχήματι. Sic recte editum a Putschio. In cod. est. ΤΟΥΤωι ΧΡωΝЄΙ Τω. Nimirum post litteras χρω nova linea incipit, quo factum est, ut litterae ΜЄ omitterentur. In antecedd. scripsimus: καὶ Ρωμᾶιοι δή, sententia postulante. Καί ἐστιν. Ita scribendam putamus hanc

ὀβ., ὥσπερ καὶ μάλλα νούμμους φασίν. τὸ δὲ σήστερτιος σύνθετόν ἐστιν ἀπὸ τοῦ ση, καὶ τοῦ νουμ. καὶ τοῦ ἀς ἄσσις. Καί ἐστιν ἥμισυ σὺν ἀσσαρίῳ, τουτέστιν ἓν ἥμισυ ἀσσάριον. Ὥσπερ δὲ ἡμιέδιμνον λέγουσιν Ἀττικοὶ ἀντὶ τοῦ ἡμιμέδιμνον, οὕτως καὶ οὗτοι σημίσσιουμ, πλεονάζοντος τοῦ σ.

CAPUT IV.

Necessarium esse existimavimus etiam ipsa nomina numerorum, et quae ab eis derivantur vel componuntur subiungere. Et sciendum eos declinari numeros, qui variant genera; qui vero una voce tria genera continent, indeclinabiles esse tam apud Graecos quam apud Latinos. Unus, una, unum; duo et duae et duo; hi et hae tres et haec tria; hi et hae et haec quatuor; similiter quinque et sex et septem, octo, novem, decem, undecim, duodecim, tredecim, quatuordecim, quindecim, sedecim, decem et septem, decem et octo, decem et novem, viginti; vigintiunus et vigintiuna et vigintiunum; sic deinceps omnibus cardinalibus numeris minores, usque ad novem adduntur, quamvis contrarium ante

formulam. ὡς αὐτοὶ λέγουσι cet. Haec ita transposuimus ex emendatione Scaligeri, qui ita legendum esse ad marginem *libri sui* notaverat. V. Gronov. de pec. vet. pag. 13. *Οὕτως καί.* Ita codex. *οὕτω καὶ* ed. Putsch. *Πλεονάζοντος τοῦ σ.* In Ms. quidem, ut Putsch. edidit: *πλεονάζοντες τὸ σ;* sed tollendum erat mendum. *Πλεονάζω* enim activam vim non habet.

CAPUT IV.

Qui variant genera. In S. super *variant* scriptum: *habent.* In *D:* quia

te decem fiat usque ad sedecim. Licet tamen et praepostere, maxime coniunctione interposita, haec proferre: decem et unum, decem et duo. Triginta, quadraginta, quinquaginta, sexaginta, septuaginta, octoginta, nonaginta, centum; ducenti, ducentae, ducenta; tricenti, trecentae, trecenta; quadringenti, quadringentae, quadringenta; quingenti, quingentae, quingenta; sescenti, sescentae, sescenta; septingenti, septingentae, septingenta; octingenti, octingentae, octingenta; noningenti et nongenti, noningentae et nongentae, noningenta et nongenta; hi et hae et haec mile. Ex his nascuntur ordinalia nomina haec, inaequaliter quidem, quantum ad vocem: primus et secundus; aequaliter vero: tertius, quartus, quintus, sextus, septimus, octavus, nonus, decimus, undecimus, duodecimus, ab undecim et duodecim. Nam reliqua ex utraque parte declinantur contra consuetudinem Graecorum usque ad nonum decimum; ut: tertius decimus, quartus decimus, quintus decimus, sextus decimus, septimus decimus, octavus decimus, nonus decimus, vicesimus, vicesimus primus, vicesimus secundus, vicesimus tertius, vicesimus quartus, vicesimus quintus, vicesi-

si-

quia variare genera (sic). *Sedecim.* Ita omnes. *Viginti unus.* Ita composite scripta haec in omnibus. *Sescenti.* Ita omnes MSS. Ad minuendam scilicet pronunciandi asperitatem. Ut enim dicebatur *sedecim* pro *sexdecim*, sic *sescenti* pro *sexcenti*. *Noningenti et nongenti.* Noningenti et nongenti. D. *Vicesimus primus.* Memoratu dignum est, hoc loco duos codd. S. et D. tueri contrariam rationem citra mentem auctoris. Sed veram scripturam servat V.

Or-

simus sextus, sic omnes sequentes velut in primitivis ad imitationem Graecorum, a vicesimo et supra, maiori minorem addunt numero plerumque. Ante decem vero minorem ponunt quando composita accipiuntur, et sub uno accentu proferuntur. Nam licet dissoluta compositione diversis accentibus ea proferentes mutare ordinem, quomodo apud Graecos, et dicere decimus et septimus pro septimus decimus, et tertius et vicesimus pro vicesimus tertius. Sic et similia: tricesimus, quadragesimus, quinquagesimus, sexagesimus, septuagesimus, octogesimus, nonagesimus, centesimus, ducentesimus vel ducesimus, trecentesimus vel trecesimus, quadringentesimus vel quadrigesimus, quingentesimus, vel quingesimus; Livius ab Urbe condita, XXXI: *Anno quingesimo*. Sescentesimus vel sescesimus, septingentesimus vel septigesimus, octingentesimus vel octigesimus, noningentesimus vel nongesimus vel pongentesimus, milesimus.

C A.

Undecim, duodecim, decem et duo. Haec leguntur in priscis editionibus ante verba: *ante decem vero.* Ea nesciuntur a Mss. nisi quod in margine D. habet. *Octogesimus.* In S: *octuagesimus.* In D: *octagesimus.* Cum S. consentit O. *Sescentesimus.* Hanc formam, quam omnes codices exhibent, abolere nolui. Vide supra. *Septigesimus.* Hanc breviorem formam etiam N amisisse ante G non improbabile est. Saltim ita codices omnes, quos nolui negligere. Nulla enim melior ratio cogitari potest ea, ex qua omnia ad unam formam ac regulam diriguntur. Sic et multae formae, verborum et verba ipsa vetustate insignia amisimus. *Noningentesimus, vel nongesimus vel nongentesimus.* Sic ex consensu Mstorum. Pro: *nongesimus* in O. P. Mediol: *nonagesimus.* In Ald: *noningesimus.* In Putsch: *nonigentesimus*, quod forsitan rectius. Sed Putsch. quatuor formas habet hasce *noningentesimus et nongentesimus vel nonigesimus et nongesimus.*

C A.

CAPUT V.

Habent ex omnibus numeris Romani dispertitiva, quae Graeci vocant ἐπιμεριζόμενα, quae naturaliter semper pluralia sunt, quippe in multos distribui eundum significant numerum, ut: *singulos oculos habebant Cyclopes*, quod Graeci dicunt: ἀνὰ ἕν, ἀνὰ δύο, ἀνὰ τρία. Sic usque ad mile habent Latini, ut: *singuli*, *bini*, quae sunt anomala, quantum ad vocem *unius* et *duorum*; *terni* vel *trini*, sed *terni* ἀνὰ τρεῖς, *trini* τριχεῖς magis significat vel τρισσοί, *trini ludi*; *quaterni*, *quini*, *seni*, *septeni*, *octoni*, *noveni*, *deni*, *undeni*, *duodeni*, *ternideni*, ex duobus integris, quomodo tertiusdecimus et deinde: *quaternideni*, *quinideni*, *senideni*, *septenideni*, *octonideni*, *novenideni*, *vicenisinguli*, *vicenibini*, *viceniterni*. Similiter caeteri: *triceni*, *quadrageni*, *quinquageni*, *sexageni*, *septuageni*, *octogeni*, *nonageni*, *centeni*, *ducenteni* et per syncopam *duceni*; *trecente-*

CAPUT V.

Dispertitiva. Omnes Mss. *Dispertiva.* Sed compendii significatio omissa. Ἐπιμεριζόμενα. Priscae edd: διαιρετικά. *Pluralia.* Vetustae edd. *Plura.* Ἀνὰ ἕν, cet. Graeca haec desunt in edd. ante Putsch. Ἀνὰ τρεῖς — τριχεῖς — τρισσοί. In O. P. Mediol. et Ald. sic: τριταῖοι, — τρίτοι — τριταῖοι. Putschius iam emendavit, sed pro τριχεῖς vulgarem formam: τριχοί dedit. Nos quidem codices nostros secuti τριχεῖς edidimus, persuasi, formas in υς et ος antiquitus pluribus vocabulis communes fuisse, quam nunc vulgo creditur. *Quaternideni*, *quinideni*. Ita codd. quibuscum facit Putschius. Priores

beant. Una dempta uncia, deunx. Dextans dempto sextante. Dodrans, dempto quadrante. Bes, ut olim dues, dempto triente. In argento nummi; id ab Siculis.. Denarii quod denos aeris valebant. Quinarii quod quinos. Sestertius, duobus semis. Dupondius enim et semis antiquus Sestertius est, et veteris consuetudinis, ut retro aera dicerent ita ut semis quintus, semis quartus, semis tertius nunciarent; ab semis tertius Sestertius dictus. Nummi denarii a decima libella.

Didymus etiam ea confirmat. Δίδυμος ἐν τῷ περὶ τῆς παρὰ Ῥωμαίοις ἀναλογίας·

Ἴωνες καὶ Ἀττικοὶ τὰ δύο ἥμισυ, ἥμισυ τρίτον φασίν, καὶ

Una dempta. Ut a duodecim una dempto. Edd. Varr. *In argento nummi; id ab Siculis.* Ita Mss. cum quibus Edd. Varr. consentiunt. *In argentei nummi, id est abiclis;* Edd. ante Putsch. quae cum nostra ratione facit, nisi quod pro *id*, *id est* retinet. Ceterum in Aldina sequitur signum lacunae, cuius nec in libris nostris nec in Varronis Edd. vestigium est. *Sestertius, duobus semis.* Haec diversa sunt ab illis, quae hodie leguntur apud Varronem. Ibi enim: *Sestertius, quod semis tertius.* Haec haud dubie corrupta, nostraque integriora. *Ut retro aera dicerent.* Dicerentur. Edd. Varr. Quae sequuntur apud nostrum in libris nostris leguntur, ut dedimus. Verum apud Varronem hodie alia: *Ita ut semis tertius, semis quartus pronunciarent.* Nostra haud dubie meliora, si excipias, quod in Mss. omnibus est *nunciarent* pro *pronunciarent*. Nec tamen mutaverim. Δίδυμος cet. Graeca haec in solo D. Lectiones autem huius codicis mire consentiunt cum iis, quae edidit Putschius, nisi ubi ille characteres legere non potuit, aut intellexisse sibi persuasit. Nos ergo maluimus profiteri difficultatem et pravam lectionem codicis ponere, quam immutando peiorem facere. Ac primum notandum, ab initio ante vocem Δίδυμος legi in cod. has litteras: ΤΚ; deinde pro περὶ τῆς, esse ΠΦΡΙϚΤΗϹ; ante vocem παρὰ recurrere lit-

καὶ τὰ ἓξ ἥμισυ τάλαντα, ἕβδομον ἡμιτάλαντον, καὶ τοὺς τέσσαρας ἥμισυ πήχεις, πέμπτην σπιθαμήν, καθάπερ φησὶν Ἡρόδοτος, προσθεὶς τὸ ἓν δεῖα. Τουσιάδης ἐν τῷ περὶ μουσικῆς ἐπιφέρει τρίτον ἡμιπόδιον ἀντὶ τοῦ δύο ἥμισυ πόδες. Καὶ καθόλου ὅταν βούλωνται ἀριθμόν τινα δηλοῦν καὶ μόριόν τι προκείμενον, τὸ ὁμώνυμον τοῦ ἀριθμοῦ ἀεὶ τοῦ πλεονάζοντος λαβόντες τὸ ὅλον φασὶν, οἷον τὰ ἓξ ἥμισυ, ἕβδομον ἥμισυ φασὶν, τοῦ ἕπτα ἑβδόμου ἓς μονάδι πλεονάζει, τοῦ ἓξ τὸ ὁμώνυμον λαβόντες. Καὶ Ῥωμαῖοι δὴ εὑρεθήσονται τούτῳ χρώμενοι τῷ σχήματι. Τὰ γὰρ δύο ἥμισυ ἀσσάρια, σηστέρτιούμ φασιν· τοῦ μὲν ση τὸ ἥμισυ δηλοῦντος, ὡς ἐν τῷ σημδιουμ, σήσκουας, σήσκουπλα· τοῦ δὲ τέρτιουμ τὸ τρίτον, καὶ ἐστιν ἥμισυ τρίτον. Τὰ δὲ χείλια σηστέρτια ποιεῖ διακόσια πεντήκοντα δηνάρια ἀργυρᾶ, (ὡς αὐτοὶ λέγουσι, δηναρίους παρὰ τὸ δῆνα ἐσχηματισμένους) δέκα δὲ χρυσᾶ,

litteram T; et post vocem διακόσια rursum spatium T, quod a Putschio numerus libri habitum est. In reliquis haec commemoranda sunt. Φασίν. Ita semper in codice ante comma vel ante plenam interpunctionem. Πέμπτην σπιθαμήν. Nescio, quid acciderit Putschio, cum ederet: πέμπτην ἡμισπιθαμήν. Plane hoc sine sensu. Προσθεὶς τὸ ἓν δεῖα τουσιάδης. Putschius edidit: προθεὶς τὸ ἐνδιάτονον. Ἰάδης. Quid haec sibi velint nescio. Pro προσθεὶς in Ms. quidem est προθεὶς, sed hoc falsum esse, sponte patet. Τὸ ἓν manifeste legitur. Ex quo auctoris mentem licet perspicere, quae etiam e seqq. satis clare apparet. Vitium latet in verbis: ΔΘΒΑ ΤΟΤC ΗΔΗC. In his multa possunt tentari, sed praestat tacere. Τοῦ ἕκτα ἑβδόμου. Putschius edidit: ἑβδόμου. Τούτῳ χρώμενοι τῷ σχήματι. Sic recte editum a Putschio. In cod. est. ΤΟΤΤωι ΧΡωΝCΙ Τω. Nimirum post litteras χρω nova linea incipit, quo factum est, ut litterae ΜΘ omitterentur in antecedd. scripsimus: καὶ Ῥωμαῖοι δή, sententia postulante. Καὶ ἐστιν. Ita scribendam putamus hanc

desinens excepto uno et duo, et quibus *singularis* et *dualis* dicimus, ut ternarius, unde et ternarius iambus, qui tres habet pedes; quaternarius, quinarius, unde et semiquinarius; senarius, septenarius, unde et semiseptenarius; octonarius, novenarius, denarius, unde et denarius nummus; *undenarius*, duodenarius, ternariusdenarius. Similiter ceteri: vicenarius; tricenarius, quadragenarius, quinquagenarius, sexagenarius, septuagenarius, octogenarius, nonagenarius, centenarius, ducentenarius et ducenarius, trecentenarius et trecenarius, quadringentenarius et quadrigenarius, quingentenarius et quingenarius, sescentenarius et sescenarius, septingentenarius et septingenarius, octingentenarius et octingenarius, noningentenarius et nongenarius; sed melius per syncopam proferuntur; milenarius.

CA-

alia forma. Edd. ante Putsch. Sunt et altera, forma cet. *Excepto uno et duo.* Edd: *Exceptis unus et duo.* Sic infra: *Ab uno et duo. Dicimus, ut ternarius, unde et* cet. *Dicimus* Putsch. iam reposuit. Reliqua tuetur unus V. In ceteris enim omnibus desunt. *Undenarius.* Haec vox deest in Codd. Sed erasam esse apparet in S. Hinc reciuimus. *Trecenarius.* In uno S. perperam scribitur: *tricenarius.* Eodem modo supra *trecenteni et trceni*, ubi in S: *tricenteni et triceni. Quadrigenarius.* Sic emisso n in omnibus. *Sescentenarius.* Est constans scriptura Mss. *Nongenarius.* Noningenarius. Edd.

CA-

CAPUT VI.

Adverbia quoque ex omni numero inveniuntur, ab uno quidem et duo inaequaliter, *semel* et *bis*; a ceteris vero aequaliter: ter, quater; reliqua omnia in es productam desinunt: quinquies, sexies, septies, octies, novies, decies, undecies, duodecies, terdecies, quaterdecies, quinquies decies, sexies decies, septies decies, octies decies, novies decies; vicies, tricies, quadragies, quinquagies, sexagies, septuagies, octogies, nonagies; centies, ducenties, trecenties, quadringenties, quingenties, sescenties, septingenties, octingenties, noningenties et nongenties, milies. Infinitis tamen numerorum adverbiis, etiam *n* interponitur, quotiens, totiens, similiter multotiens. Inveniuntur et aliae derivationes vel compositiones, multae a nominibus numerorum, ut unicus, ullus, unitas, unio, universus,

CAPUT VI.

Ab uno quidem et duo. Sic supra: *excepto uno et duo. Noviet.* Ita in D. et V. Recte et ex analogia. Sed in S. et Edd. ante Putschium legebatur: *nobies*; perperam. *Terdecies.* Edd. praeter Putsch: *tredecies*; *tridecies*. *Quinquies decies*, *sexies decies* cet. Editiones praeter Putschium hic et in seqq. alia: *Quindecies*, *sexdecies*, *decies septies*, *decies octies*, *decies novies*, *vigecies et vicies*, *trigecies et tricies*. Putschius omittit: *septies decies*. In verbo *sexiesdecies* desinit V. *Trecenties*. Unus S. *tricenties*. Falso; vide supra. *Multotiens*. Addit Putschius, quod Aldina pro hac voce habet *aliquo-*

sus, et uno, verbum, unas, unat; ternitas vel trinitas; septimana, senio. Persius:

Iure etenim id summum quid dexter senio ferret,
Milia,

Semiquinarius, semiseptenarius; nundinum et nundinae, trinum nundinum. Et sciendum *quod poetae* saepe derivativis utuntur pro primitivis, vel *contra*, vel aliis speciebus pro aliis, ut Virgilius in decimo Aeneidos:

Tot lecti proceres bis denis navibus ibant,

pro bis decem; et Lucanus:

In septeno gurgite Nilus,

pro septenario. Sunt praeterea *simplum*, duplum, triplum, quadruplum, et similia, quae proproprie ad pondus vel numerum dicuntur; simplex, duplex, triplex, et similia, quae ad omnem *rem* dicuntur; et verba ex his, duplico, duplicas; triplico, triplicas; multiplex, multiplico, multiplicas; dupondius, et similia. Illud quoque sciendum quod *undeviginti* dicimus, pro: *decem et novem*, id est, *unde unum deest viginti*. Vel undeviginti, post quem viginti numerus est, quod est novem et decem nu-

tiens. In reliquis edd. ut edidimus nos, *multotiens* solum. *Iste etenim id*. *Id* deest in sola Aldina. Pro sequenti *quid* in O. P. Med: *quod*. *Trinum nundinum*. In Ald. P. et Pusch. antecedit vox: *trinundinum*. In Med: trinundinum trinumnundinum. In O: trinundinum trinundinum (sic). *Lucanus: In septeno*. Ita codd. Edd. veteres: *Lucanus in septimo: septeno* cet. *Quadruplum*. In Aldina additur: *quincuplum*. *Proprie ad pondus vel numerum*. Ad pondus proprie vel numerum. S. *Multiplex, multiplico*. Prior vox in

numerus, post eum enim sequitur viginti numerus. Horatius in secundo Sermonum:

Unde

Octoginta annos natus, cui stragula vestris.

Unde octoginta dixit, id est septuaginta novem annos habens aetatis, hoc est octoginta, unde unum. Etiam duodeuiginti dicunt pro decem et octo, quod Attici δυοῖν δεόντων dicunt; idem invenitur in ceteris cardinalibus numeris id est triginta et quadraginta, et reliquis, duodetriginta pro viginti octo, et similia. Uniformis, biformis, triformis, et similia. Duo asses, dussis, dupondius, tressis, quadrassis, decussis, vicessis, tricessis, quadragessis, quinquagessis, sexagessis, septuagessis, octogessis, nonagessis, centussis, post quem numerum teste Varrone non componuntur cum asse numeri. Deunx, dextans, dodrans, bessis, septunx, sescunx, quincunx, triens, quadrans, sextans, sextula. Libra, bilibris, trilibris, quadrilibris, et similia. Anniculus vel annuus, biennis, triennis, quadriennis, quin-

in Edd. praeter Putsch. desideratur. *Post unum enim sequitur.* Ita Edd. Codices: *post UNUM enim seq.* Non dubitavi retinere receptam lectionem. *Octoginta annos.* Ulterior vox deest in P. Mediol. *Unde unum.* Edd. ante Putschium addunt *deest*; ex sup. *Δυοῖν δεόντων.* In Aldina: *ἑνὸς δέον τριακοστῷ ἔτει.* Hoc ex ingenio suppletum ne convenit quidem cum Latinis. In reliquis edd. Graeca hic desunt. Putschiana prima rectam rationem recepit. *Octogessis.* Octagessis. unus D. *Septunx, sescunx.* Hic hoc vocabulum recte interponitur ab Edd. quod in codicibus post verbum *sextans* in seqq. legitur. *Anniculus vel annuus.* Ita quidem Edd. Codices pro ulteriore voce habent *annul.*

quinquennis, et similia; biennium, triennium, quadriennium, quinquennium, et similia; bimus, trimus, quadrimus, et similia; bipes, tripes, quadrupes, decempes, et decempeda, et similia; biduum, triduum, quadriduum, et similia; binoctium, trinoctium, quadrinoctium, et similia; bicorpor, tricorpor, et similia; biceps, triceps, quadriceps, centiceps, et similia; bifariam, trifariam, quadrifariam, et similia, bipatens, tripatens, et similia; bilinguis, trilinquis, et similia; bivium, trivium, et similia; bifidus, trifidus, quadrifidus, et similia; bisulcus, trisulcus, et similia; geminus, tergeminus, centum geminus, et similia; unimanus, centimanus, et similia; duumvir, triumvir, quinquevir, septemvir, decemvir, centumvir, et similia; bigae, trigae, quadrigae, et similia; *biiugus*. Unde Virgilius in quinto:

Biiugo certamine campum
Corripuere.

Et bigati nummi, triiugus, quadriiugus, et similia; Triangulum. Caesar in Arato:

Cur divite lingua
Graecia praecurram potius, quam triangula dicam?

Qua-

Biduum — Binoctium — Bicorpor. Haec in editione Putschiana sequuntur supra post voces: *quadrimus et similia.* Ordinem codicum retinuimus. *Et similia; bilinguis.* Etcetera; bilinguis. Edd. ante Putsch. *Unimanus.* Quae post h. v. leguntur in Edd: *bimanus, trimanus;* absunt a codd. *Duumvir.* Quae ante h. v. in Edd. leguntur: *Unicolor, bicolor, tricolor et similia;* desunt in Mss. *Sexan-*

Quadrangulum, quinquangulum, sexangulum, et similia.

gulum et similia. Quae agmen claudunt in Edd: *Bifarcus, bifforus, quadrifarcus et similia;* iis carent libri scripti. Ceterum notandum in D. sequi nunc libellum de metris Terentii, hac interposita inscriptione, majusculis litteris scripta: DE FIGURIS NUMERORUM PRISCIANI GRAMMATICI CAESARIENSIS. EXPLICITUS. INCIPIT EIUSDEM DE METRIS FABULARUM TERENTII ET ALIORUM COMICORUM. Sed in S. sequitur libellus, qui praeexercitamenta continet, nulla inscriptione praefixa. Tantum Vossii manus fugitivo calamo adscripsit: Prisciani Praeexercitamenta. In Edd. ante Putschium sequitur nunc carmen Rhemnii Palaemonis de ponderibus et mensuris.

PRISCIANI GRAMMATICI,

DE METRIS TERENTII ALIORUMQUE COMICORUM.

CAPUT I.

Cum non solum Terentius, sed etiam Plautus, et Ennius, Accciusque et Naevius atque Pacuvius, Turpiliusque, et omnes tam tragoediae quod *comoe*diae veteris Latinae scriptores eodem *metri* modo, iambici, sint usi, ut omnibus in locis indifferenter ponerent quinque pedes, id est iambum, vel tribrachyn, vel anapaestum, vel dactylum, vel spondeum,

VARIETAS LECTIONIS.

CAPUT I.

De Inscriptione huius libelli vide quae diximus ad praefationem libri antecedentis ab initio. *Et Ennius.* Ita in D. Copulam hic ignorant reliqui. *Naevius.* Ita clare scriptum est nomen in D. *Accius* autem scriptum est: *accuius*; errore nato ex sequente: Pacuius. *Sint usi.* Sic recte Ald. et Putsch. Priores: *sunt usi.* In codice per compendium scripta est vox, ita ut non satis appareat. *Tribrachyn.* In D. est *tribrachin.* Sed Edd. omnes: *tribrachum.*

Om-

dem, absque postremo loco, in quo vel iambum, vel pyrrhichium omnimodo posuisse inveniuntur; miror quosdam vel abnegare, esse in Terentii comoediis metra, vel ea quasi arcana quaedam et ab omnibus doctis semota, sibi solis esse cognita, confirmare. Quorum ut vel imperitiae, vel arrogantiae vitium effugiamus, breviter de supradictorum metris auctorum exponamus, testimoniis, etiam metricorum usuumque approbationibus utentes.

Sciendum igitur quod iambici versus, vel monometri sunt, ex duobus pedibus simplicibus coniunctis, vel dimetri ex quatuor, vel trimetri ex sex, vel tetrametri ex octo; nam pentametri et hexametri rarissime inveniuntur. Ergo trimetris et tetrametris frequentius utuntur Comici; aliis vero raro, et in medio dispersis, pronunciationis rhythmicae causa et

Omnipode. Vox Prisciano familiaris hic et alibi confusa cum *omnino*. H. l. in D. est, ut dedimus. Reliqui omnes: *omnino*. *De supradictorum metris auctorum.* Ita recte in D. Reliqui omnes: *de supradictis metris*. *Testimoniis etiam metricorum usuumque.* Ab his, quae praeferenda et reponenda esse statim patet, longe abeunt Edd. Omnes praeter Putsch. sic: *Et vetustissimorum testimoniis etiam metrorum usuumque.* Putschiana nihil mutat, nisi quod pro ultima voce: *versuumque* ponit. Sed primum non *vetustissimorum testimonia* laudantur, sed recentiorum, et quidem metricorum. Deinde quod ad Putschii emendationem attinet, potuit ea quidem facile cum *usuum* confundi; sed *versuum approbationes* ridicule nobis dici videtur, cum non versus, sed usus eorum approbari debeant. *Coniunctis.* Ita D. quocum faciunt O. P. et Mediol. *Pentametri.* Post hanc vocem legitur interposium in Edd: *ex decem*, sicut post vocem sequentem: *ex duodecim* adiectum legitur, quod utrumque nescit codex D. *Frequentius.* frequenter, Edd. *Distinctionis.*

et distinctionis. Ideo autem spondeum vel dactylum quarto loco posuerunt, quod invenerunt etiam apud Graecos comicos vetustissimos, quamvis raro, fieri tamen hoc idem. Solent autem Latini in multis initium aliquod accipientes a Graecis ab angusto in effusum licentiae spacium hoc dilatare, quomodo fecerunt in sexto casu, secundum vetustissimos Graecorum grammaticos. Sextum enim casum illi dicebant ἐμέθεν, σέθεν, ἕθεν. Id est a me, a te, a se, quem in omnibus casualibus servaverunt Latini. Similiter impersonalia a paucis Graecis accepta ἀπὸ τοῦ δεῖ, χρὴ, μέλει; in omnibus fere activis et neutris habent. S, quoque quum rarissime necessitate nominis vim consonantis amittit apud Graecos, ut Homerus in Boeotia:

ro-

Ex errore scripturae habet D: distinctionibus. *Quarto loco posuerunt.* Quae antecedunt in Edd: *in secundo vel;* ea quamquam a loco non aliena, tamen desunt in D. Nolui a scriptione praestantissimi codicis recedere, nisi ubi apertum esset vitium. *Solent autem* D: *Ut solent autem.* Ἕθεν. Bis scribitur hoc vocabulum in D. *Servaverunt Latini.* Ita D. quicum facit Putschius, nisi quod: *servavere* tenet. Edd. *servavere magistri Latini.* Ἀπὸ τοῦ δεῖ cet. Ita codex. Quid Putschium impulerit, ut adderet: λέγει nescio Saltim in codice non est. In Edd. prioribus est: λέγεται, ἄδεται, λέγεται Διογένην τὸν κυνικόν. Mira profecto. *In omnibus fere activis et neutris habent. Habent* in uno D. Sed editiones ante Putschium pro voce *habent* Graeca quaedam intrudunt haec: εἴωθεν (Ald: εἴωθεν) φιλεῖ, ζῇ, φρονεῖ, γκρᾶ (sic); quae ex ingenio addita esse apparet. *Necessitate nominis.* D. Edd: *carminis*, quod hic ut ferri posset, tamen longe est melius, quod D. praebet. *Homerus in Boeotia.* Quae nunc sequuntur Homerica, ad litteram codicis exprimenda curavimus, omnia alia posthabentes. Editiones ante Putschium of-

fe-

πολυστάφυλον τε Ἰστιαίαν.

Idem in Φ Iliados:

Οὐδὲ Σκάμανδρος ἔληγε τεὸν μένος, ἀλλ' ἔτι μᾶλλον

Idem in Odyssia:

πέλεκυν μέγαν ἠδὲ σκέπαρνον.

Nostri tamen cum licentia, et maxime vetustissimi subtrahunt eam in metris frequenter. Hoc igitur idem fecisse arbitror in supradictis metris, ut quod illi rarissime posuerunt, hi frequentissime in iambis ponerent. Sunt tamen, qui altitudinis causa etiam et pompalitatis, quae stimulo elocutionis convenit Latinae (hoc autem frequentia facit dactyli vel spondei) et ut pene dissoluta et pedestri simillima esse videatur personarum sermocinatio, id illos fecisse arbitrantur. Trochaicis etiam utuntur plerumque tetrametris catalecticis, id est, quibus una deest in fine syllaba, in quibus omnes iambicos ponunt in quocunque loco pedes, commixto tamen trochaeo; in eis plerumque invenimus ante finem versus longam. Sunt tamen et ultra citraque tetrametro usi trochaico. Eorum igitur exempla proferam; sed prius metricorum de supradictis scripta proponam.

Te-

ferunt haec, quae cum mente auctoris nihil habent commune: τῶν ἦρχ' Ἀσκάλαφος, καὶ Ἰάλμενος υἷες Ἄρηος. *Item in Iliade:* Αἰθαλόεν πρῆσαι δὲ πυρὸς δηίοιο θύρετρα. *Item in Odyssia.* *sequitur lacuna*) *nostri tamen* cet. *In iambis.* Edd: *in iambicis.* *Pompalitatis.* D: *Pompabilitatis* contra analogiam. *Quae stimulo elocutionis.* Edd: *Quae stylo et.* Usus vocabuli *stimulus* reconditior et elegantior, quam ut possit scribae inventum esse. *Pene dissoluta.* Pene dissolutae. Solus Putschius. *Commixto tamen trochaeo.* c. t. metro trochaico. Editi omnes. *Sed prius metricorum* cet. Hoc ex nostra coniectu-

 ra.

Terentianus de iambico metro:

Culpátur autem vérsus in tragoédiis
Et rárus intrat éx iambis ómnibus,
Ut ille contra qui secundo et tálibus
Spondéon, aut quem cómparem, recéperit.
Sed qui pedestres fábulas sycó premunt,
Ut quae loquuntur sumpta de vitá putes,
Vitiánt iambum tráctibus spondáicis,
Et in secundo, et céteris aequé locis;
Fidémque fictis dúm procurant fábulis,
In métra peccant árte, non inscítia,
Ne sint sonora vérba consuetúdinis,
Paulúmque rursus á solutis díferant.
Magis ista nostri. Nám fere Graecis tenax
Cura ést iambi, vél novellis cómicis,
Vel qui in vetusta praécluent comoédia.

Vide Terentianum quoque scire, quod non penitus caruerint hoc Graeci, ut in secundo, et talibus ponere. Mutacio lenissima est. Edd: *si prius metris de supradictis scripta proponam.* Cum his consentit fere D. ita tamen, ut omnis fere linea erasa fuisse et rescripta esse appareat. Sed quod vulgatur absurdum est. Primum quis ferat in nostro: *metris de supradictis?* pro: *de supradictis metris.* Sed locutus est supra de *tertiamonis metricorum.* Hoc igitur reposuimus. Restat illud: *si — proponam* pro: *si — proponero.* Pudet hoc refutare. Sed Codex ultima verba sic habet: *scriptura proponam.* Ex quibus facere posses: SCRIPTA TRADIDERO. Sed recepta facilitate emendationis se commendant. *Sumpta de vita putes.* Putsch: *S. de via putes.* Quod forsassis error typorum est. Nam in Terentiano edidit: *vita.* Certe nullo modo concedam, ut *vita* in *via* h. l. mutetur. *Fidémque fictis.* Ed. P. habet: *F. fictis.* *Praecluent.* Edd. ante Putsch: *Praelucent*, quod propter metrum etiam sine codice emendandum erat. Nunc ex D. consen-

ti,

berent spondeos, vel dactylos, quod ostendit dicendo: *Magis nostri, nam fere Graecis tenax cura est iambi.* Asmonius etiam idem confirmat his verbis: *Comici poetae laxius etiam num versibus suis quam tragici, spacium dederunt, et illa quoque loca quae proprie debebantur Iambo, dactylicis occupant pedibus, dum cotidianum sermonem imitari volunt, et a versificationis observatione spectatorem ad actum rei convertere, ut non fictis sed veris affectionibus inesse se videant. Iuba ideo in secundo et quarto et sexto loco iambos non recepit, nisi a brevi incipientes, quia in his locis feriuntur per coniugationem pedestrium metrorum. Et vult extrema pars pedum Iambicorum celerior esse quomodo et ipsi iambi. Accipere autem solet caesuras duas, quas et heroicum, id est, semiquinariam et semiseptenariam. Erit autem probabilis iambicus versus, et tragoediis aptus, si secundum et quartum pedem non alios feceris quam Iambos, aut eum qui appellatur tribra-*

dit, et docta manus ad marginem Ed. Mediol. qua utor. *Magis nostri.* Edd. hic repetunt: Magis ista nostri. *Asmonius etiam idem.* Aşitionius idem etiam. Edd. ante Putschium. Ad marginem editionis Mediol. qua ego utor, coniectura adscripta est: *A. Suetonius. Laxius etiam num versibus suis*, Dativus requiritur, quod per se patet. Edd: *in versibus*, quod ignorat D. Sed quod hic substituit: *num*, id quid sibi h. l. velit, non assequor. Tamen dedi, ut codici morem gererem. *Spacium* scripsi, nam aliter scribi non debet. *Cotidianum.* Ita codex. *Inesse se videant.* Est coniectura Bondami, quam recepimus. Edd. praeter Putsch. *inesse videantur.* Putschiana autem: *interesse videantur. Non recepit.* Non recipit. Editi. *Tribrachys, aut anapaestum. Tribrachys* codice, *anapaestum* scri-

brachys, aut anapaestum quoniam sint pares. Cacometros autem si aliter. Nam primus et tertius et quintus hanc admittunt permutationum pedis licentiam; causa obscura multis est, sed aperiatur a nobis. Nam quoniam ter feritur hic versus, necesse est, ubicunque ab ictu percussionis vacat, moram temporis adiecti non formidet. In primo autem pede et tertio incipit, et in quinto; feritur in secundo et quarto et sexto. Attende Iubam quoque scire, inveniri quosdam iambos, in quibus secundus et quartus absque observatione ponitur, quos cacometros vocant. Idem in octavo. *Qui ergo confuderunt et multiformiter coniugaverunt hoc genus versuum, omnibus in locis indifferenter posuerunt trochaeos, aut pro spondeis, aut pro dactylis, et est haec quoque vitiosa confusio; ut:*

Si qua flagella iugabis, ante putare decet,
Ne resoluta et vidua ulmis et ornis
Agri discidium dare nyarura queant.

Hac

sententia postulante dedimus. *Quoniam sint pares.* Sunt Edd. *Permutationum pedis.* Permutationis pedis Edd. *Non formidet.* Edd: *non reformidet.* *Omnibus in locis.* Edd: *omnibus vel locis*; quod sensu cassum. Sed in codice est *ionicis* aut *nimicis*, aut *inuicis*, aut, quod Bondamus legit: *unicis*; nam propter evanescentem scripturam satis clare intelligi non potest. Fortassis igitur pro: *in locis* legendum *vicibus.* *Si qua flagella iugabis* cet. Haec aut misere turbata sunt, aut a Grammatico, nulla ratione boni et commodi sensus habita, conficta. Dedimus codicis nostri scripturam, quamvis pravam, tamen unde melius possit aliquid exsculpi, quam ex editis. Ceterum *iugabis*, quod in sola Ald. et Putsch. legitur, pro *iuuabis*, retinuimus. Nolumus tamen diffiteri ex compendii ratione in codice etiam posse legi: iuvabunt. *Ulmis et ornis* pro: *almus et cornus*; Ms. Di-

Hac confusione usi sunt Comici nostri in trochaicis suis, ut indiscrete dactylos vel spondeos vel trochaeos ponerent. At illud quoque sciendum quod omnes quidem crebris synaloephis, et episynaloephis et collisionibus et abiectionibus *s* litterae sunt usi, scandendo versus suos. Terentius autem plus omnibus.

CAPUT II.

Igitur in plerisque prologis et primis scaenis trimetris utuntur. Plautus in Truculenti prologo:

Per párvam partem póstulat Plautús loci
De véstris magnis, átque amoenis moénibus,
Athénas quo sine árchitectis cónferat.

In eiusdem prima scaena:

Non ómnis aetas ád perdiscendúm sat est
Amánti, dum hic perdíscat, quot pereát modis;
Neque eám rationem ea ipsa unquam edocuit Vénus.

Idem in Milite glorioso, in prima Scaena:

Curáte ut splendor méo sit clipeo clárior,

Quam

Discidium pro *dissidium* Cod. *Nyarura* ita plane Ms. pro vulgato: *Nysia nura*. *In trochaicis* Edd: *Vel* anteponunt. *Sunt usi* pro: *sint usi* Ms.

CAPUT II.

In eiusdem prima scaena. Addit Putsch. et D. nisi quod codex semper *scaena* scribit; Putsch: *scena*. *Pereat.* D: *perat*. *Ea ipsa unquam.* Hanc unice veram scripturam praebet D. Edd: *Nunquam*. *Edocuit.* Recepit primus Putschius. *Meo sit clipeo.* Edd. an-

Quam sólis radii esse ólim cum sudum ést solent;
Ut ubi úsus veniat cóntra consertá manu
Praestríngat oculorum áciem in acie hóstibus.

Idem in Amphitryone in prologo:

Ut vós in vestris vúltis mercimóniis,
Emúndis vendundísque me laetúm lucris
Afficere, atque adiuváre, in rebus ómnibus.

In eiusdem prima Scaena:

Qui me álter est audácior homo, áut qui confidéntior,
Iuventútis mores quí sciam qui hoc nóctis solus ámbulem?
Quid fáciam, si nunc trésviri me in cárcerem compégerint.

Ecce hic quamvis prima sit scaena, tetrametris est usus. Ideo *in plerisque* diximus. Utitur tamen in hac ipsa scaena et dimetris brachycatalectis, id est, a tribus simplicibus pedibus, ut:

Itá peregre adveniéns.

Similiter:

Qui hoc nóctis a portú.

Vel

ante Putsch: *vitro sit clypeo.* Sed in D. est: *ms sit clipeo;* haud dubie pro: *mo s. c.* *Praestringat oculorum.* Ald: *perstringat.* Ordine inverso: *oculorum praestringat* ad vulgares Planti libros solus Putschius. *In Amphitryone in prologo.* Edd: In *Amphitryonis prologo.* *In vestris vultis.* Sic vulgari scriptura codex. *Me laetum lucris.* Codex: *maelae cum lucris.* *Afficere.* Codex *afficere.* *Qui me alter est.* Cf. Hermann. element. metr. pag. 103. *Ecce hic quamvis* cet. Ordo Msti.. *Brachycatalectis.* Ita emendate Ms. pro: *bra-*

Vel dimetris catalecticis, idest, quibus una deest syllaba, ut:

Ingrátis excitávit.

Vel dimetris hypercatalectis, id est, quibus una abundat syllaba, ut in eadem:

Hospítio publícitus accípiar.

Utitur etiam monometris, ut in Truculento:

Pessíma mane.

Optíme ódio es.

Similiter Terentius in omni prologo, et in omni prima scaena trimetris utitur, nisi confundant versus scriptores, ut in Andria:

Poéta quum primum ánimum ad scribendum áppulit,
Id sibi negotium crédidit solúm dari,
Populo út placerent quás fecisset fábulas.

Et:

Vos ísta haec intro auférte abite. Sósia,
Adésdum, paucis té volo. Dictúm puta.

In Adelphis:

Postquám poeta sénsit scripturám suam
Ab iníquis observári, adversários.

Item

Brachycatalecticis. Vel dimetris catalecticis — excitavit. Haec et media desunt in Ms. Sed retinenda sunt. *Hospitio* cet. Scripsi haec ex mente auctoris Non esse iambica, constat. Sunt enim cretica. Idem feci in seqq. et prioribus. *Negotium.* Ita D. Aliter legendum esse et aliter legi, non incognitum est. Sed non quaerimus, quod in nostris exemplaribus legendum sit, sed potius, quid auctor legerit. *Et: Vos ista haec.* Ita Ms. Editi: *In prima scena: vos isthaec. In Adelphis.* Edd: *In prologo Adelphorum. Ab iniquis observari, adversarios.* Sic Ms. quod deserendum nefas putavimus.

In

Item:

Stordx, non rediit hdc nocte à caenâ Âdschinus,
Neque sérvulorum quisquam qui adversum ierant.

Similiter in Eunucho:

Si quisquam est qui placére se studedt bonis
Quam plúrimis, et minime multum laédere.

Et:

Quid igitur faciam? nón eam? ne nunc quidem
Cum accérsor ultro? an pótius ita me cómparem.

In Heautontimorumeno quoque:

Ne cui sit vestrum mirum cur partés seni
Poéta dederit, quaé sint adulescéntium.

In prima scaena eiusdem:

Quamquam haéc inter nos núper notitia ádmodum est,
Inde ádeo, quod agrum in próximo hic mercátus es.

Idem in Hecyra:

Hecyra ést huic nomen fábulae. Haec cùm data est,
Novâ, novum intervénit vitium, et cálamitas.

Et:

In Edd. sicut apud Terentium est: *observari, ET adv. Item.* Edidi: *In prima Scena. Ierant.* Ita omnes. Sed scribendum *iverant.* Sed etiamnum apud Terentium *ierant* legitur. *Similiter in Eunucho.* Edd: *In Eunuchi prologo. Et minime multum laedere.* Ita in D. Editiones huius et Terentii: *et minime multos l. Et: Quid igitur.* Edd: *In prima scena eiusdem: Quid igitur. In Heautontimorumeno quoque.* Edd: *In Heautontimorumeni prologo. Ne cui sit vestrum mirum.* Edd. Prisciani: *Ne cui vestrum mirum sit. Quae sint adulescentium. Sint*, coniunctivum, quamquam non verum putem, tamen codicem secutus, qui ita scribit, dedi. Etiam *adulescentium* per U aperte exhibet. *In prima scaena eiusdem:* Haec et quae sequuntur usque ad: *mercatus es*, desunt in codice. Nolimus tamen abiicere. *Fabulae. Haec cum data est.* Ita codex.

Con-

Et:

Perpol quam paucos reperias meretricibus
Fidélis eventre amatorés, Syra.

Similiter in Phormione:

Postquam poeta vétus Poetam non potest
Retrahere a studio, et trádere hominem in ótium;
Maledictis deterrére, ne scribát, parat.

Et:

Amícus summus méus et populáris Geta
Heri ad me venit. Erat ei de ratiúncula
Iam pridem apud me réliquum pauxillulum.

Item tetrametro in multis utitur iambico scaenis, ut in Andria:

Mirábar hoc si sic abiret, et heri semper lénitas,

Dimetro quoque distinctionis causa usus est per medium:

Verébar quorsum evádéret.

post

Constat Bentleium, ut versus sibi constaret, edidisse: *Fabulae. Haec.* Sed hac emendatione non est opus. Hiatus enim satis excusationis habet a plena interpunctione. *Nova, novum intervenit vitium.* Bentleius apud Terentium emendat: *nova, ei novum i. v.* Cui emendationi non confido. Memorabile autem est, vetustas edd. O. P. Mediol. omittere *est* post *data*. Hinc possit oriri suspicio, scribendumne potius sit:

Hecyra ést huic nomen fábulae. Haec cúm data
Nova ést, novum intervénit vitium ei calamitas.

Et: Perpol quam cet. Edd: *In prima scena eiusdem: perpol quam: Paucos.* Editur apud Terentium post Bentleium: *páucis. Similiter in Phormione.* Edd: *in Phormione idem. Maledictis* cet. Omnis hic versus deest in Edd. *Et: Amicus summus.* Edd: *In prima scena: Amícus summus. Erat ei de ratiuncula.* In Putschiana est: *Erat éidem;* haud dubie error typothetae. *Iam pridem* cet. Hunc versum

Post quem iterum tetrametros posuit:

Qui pósquam audierat nón datum iri fílio uxorém suo,
Nusquám cuiquam nóstrum verbum fécit, neque id aegré tulit.

Similiter:

Enim véro Dave nihil loci est segnitiae, neque socórdiae
Quando intellexi módo senis senténtiam de núptiis.

Nec solum Comici huiuscemodo sunt usi iambis, sed etiam Tragici vetustissimi, ut Ennius in Media:

Utinám ne in nemore Pélio secúribus
Caesae cecidissent dbiegnae ad terrám trabes!
Neve inde navis inchoandae exórdium
Coepísset, quae nunc nóminatur nómine
Argó, qua vecti Argívi dilecti viri
Petébant illam péllem inauratam árietis
Colchis imperio régis Peliae pér dolum.
Nam núnquam hera errans méa domo offerét pedem.

Accius in Argonautis ex persona pastoris qui primus vidit navem Argo:

Aut

---

quam iterum reduxi e codice. Ceterum notandum, sublinc versus in codice per pedes legi distinctos. *Nusquem cuiquam.* Edd. huius et Ter: *Nusquam cuiquam.* *Quando intellexi modo.* Ita Ms. Sed Edd: *Quantum intellexi.* In Putschiana etiam error: *medo.* Apud Terentium editur: *Quantum intellexi modo,* haud dubie rectius. *Huiuscemodi sunt usi iambis.* Edd: *Huiusmodi usi sunt iambicis.* *Sed etiam.* *Etiam* est e Ms. *Dilecti viri.* Edd: *Delecti viri.* Quod etsi rectius, nolo tamen ullam lectionem, quae antiquae scripturae aliquam prae se fert speciem, abolere. *Domo offerat pedem.* Sic clare scriptum in codice. Aldina: d. *offerat pedem.* Reliquae: d. *efferret pedem* quod rectius esse nemo dubitat. *Qui primus vidit navem Argo.* Codex habet: *qui pri-*

Aut forte Triton fuscina evertens specus
Supter radices penitus undanti in freto
Molem ex profundo saxeam ad coelum eruit
Fremibunda ex alto ingenti sonitu et spiritu,
Prae se undas volvit, vertices vi suscitat,
Ruit prolapsa, pelagus respergit, reflat.

Idem in Persidis:

Satin' ut quem cuique tribuit fortuna ordinem?
Nunquam ulla humilitas ingenium infirmat bonum.

Idem in Phoenissis:

Sol qui micantem candido curru atque equis
Flammam citatis fervido ardore explicas,
Quianam tam adverso augurio et inimico omine
Thebis radiatum lumen ostentum tuum?

Idem

primam vidit navem Argo. Quam lectionem recipere dubitavi, quamquam ea recepta est a Putschio. *Supter.* Scriptura Ms. *Ad coelum eruit.* Codex: *ad celū meruit.* *Ruere* activa notione plus uno loco occurrit; multo igitur magis *eruere* activam vim habere potest. *Fremibunda* scripsi pro *fremebunda* codicem secutus. Nunquam enim satis accurate potest agi in retinendis formis antiquis. Ut enim *ludibundus* dicitur, ita haud dubie et *fremibundus* dictum est. *Satin' ut.* Codex: *Satim ut.* Nimirum *n* et apostrophus in unam *m* litteram coiere. Ex quo fecere P. et Mediol. *statim* omisso tamen *ut.* Ald: *satis.* Emendavit iam Putschius. *Fervido.* Ms: *ferbido*, ut infra: *labet* pro *lavet* solita confusione. *Quianam tam.* Ita iam Putschius. Ita Ms. Ita docta manus ad marginem ed. Mediol. Reliquae: *quique natum.* Stephanus in ed. Fragm. poet. dedit: *quam natum*, Graeca secutus:

Ὡς δυστυχῆ Θήβαισι τῇδ' ἐφ' ἡμέρᾳ
Ἀκτῖν' ἐφῆκας.

Ostentum tuum. Ita Ms. Omnes reliqui: *Ostendis tuum.* Sed in Ms. ordo turbatus. Habet enim sic: *et inimico Thebis radiatum lumen*

Idem in Telepho:

Quantám Tyndáreo gnáta, et Menelai domus
Molem éxcitarit bélli, pastorque 'Ilius.

Turpilius quoque in suis idem facit comoediis; ut in Lindia:

Profécto, ut quísque mínimo contentús fuit,
Ita fórtunatam vítam vixit máxime,
Ut philosophi aiunt ísti, quibus, quid vis, sat est.

Idem in Epiclero:

Quaeso, aédepol, quo ante lúcem te subitó rapis,
Here, cum úno puero? PH. *Néqueo esse intus, Stéphanio.*
Quid ita? PH. *Ut solent me cúrae somno ségregant,*
Forásque noctis éxcitant siléntio.

Idem in eodem tetrametris utitur:

Curréndo sic esse, sic datur, nimium úbi sopori sérvias,

Po-

estentum tuum homine. Quae transpositio facile nasci potuit aberrante librario. *Ilius.* Illius reflat. Edd. ante Ald. quae etiam: *illius.* Sed iam in margine Mediol. qua utor, a docto viro correctum. Etiam in Ms: *illius.* *In suis idem facit comoediis.* Ordo debetur codici. *Vitam vixit.* Vitam duxit. edebatur ante Putsch. Ms. et margo Mediol. cum Putsch. faciunt. *Quibus, quid vis, sat est.* *Quibus* omittitur ab omnibus Edd. ante Putsch. *Quid vis* Ald. *quis vis* Mediol. *quis ius* O. et P. Fortassis igitur scribendum: *quis quid vis.* Sed scripturam codicis deserere nolui. *Idem in Epiclero.* Idem in Epidico. O. P. Mediol. *Quo ante lucem te subito rapis.* Ms: *quae a. l. t. subdito rapis.* *PH. Nequeo* cet. Persónarum significatio, uti dedimus, est in Ms. Iam Putschius eam receperat et adscripserat docta manus ad marg. Med. Quod sola Aldina habet: *praeut solent;* illud ex male intellecto *P* quod locutoris personam significabat, ortum est. *Curréndo sic esse;* In solo Ms. sed

lec-

Potius quam domino, et ubi severo imperio quae imperata sunt.

Terentius trochaico mixto vel confuso cum iambico utitur in sermone personarum, quibus maxime imperitior hic convenit, quem, puto, ut imitetur, hanc confusionem rhythmorum facit. Sunt autem et trimetri ac plus minusque, et habent penultimam versus syllabam in quibusdam longam, in quibusdam brevem; ut in Andria:

Adhuc, Archillis, quae adsolent, quaeque oportet
Signa esse ad salutem omnia huic esse video.
Nunc primum fac ista ut lavet, post deinde
Quod iussi date bibere, et quantum imperavi.

Hos

lectio perelegans visa est. Possit tamen a metro quis difficultates movere. Sed iniuria. Vide notas. *Et ubi.* Hic *ubi* omisit Putschius, haud dubie ut sensui consuleret. Sed nullus timor. Pro *severo*, sequitur in Ms. *severè*, vitio orto ex sequente ἐμοιοτελεύτῳ. Pro *quae imperata sunt* in cod: *quae imperati sunt. Hanc confusionem rhythmorum facit.* Pro *facit* omnes: *fuere*, nullo sensu. Mirum autem est, Bondamum non vidisse hanc praeclaram codicis D. lectionem. *Adhuc Archillis* cet. Scripsi ex sententia auctoris, qui omnia ad unam Iambicorum et Trochaicorum regulam dirigens, Bacchicum in his numerum non animadvertit. Sed nullo modo ultimum verbum *oportet* in numerum iambicum quadrare vult, etiamsi longam velis penultimam syllabam. Quare auctor aliud legisse in fine huius versus videtur. Quam suspicionem auget Ms. in quo legitur: *oporetur*, quod facile mutatum esse potest ex: *opus videtur*, seu *opus videatur. Fac ista ut.* Ita codex. Eandem lectionem in veterrimo Ms. exstare monuit Bentleius ad hunc locum. Edd: *Fac istheac ut. Quod iussi, date bibere* cet. Ita Ms. Aliter Editi. In hunc versum ita praebent: *Quod iussi dari bibere, et quantum imperavi.*

Hos sequitur dimeter catalecticus finiendi sermonis causa, quem ad Archillida habuit:

Date, mox ego huc revertar.

Similiter Plautus in Truculento eodem metro usus est in sermone ancillae Astaphii:

Ad foras auscultate, atque asservate aedes,
Ne quis adventor gravior abeat, quam adveniat,
Ne quis manus attulerit sterilis intro ad nos;
Gravidas foras exportet: novi ego hominum mores.

Turpilius in Lindia nautae personam inducit hoc metro loquentem:

Dii advenientem perdant, hic quidem nos perdit
Festum esse diem hic quartum hodie iterant ita conventum.

Cicero quoque in quarto Tusculanarum Euripidis iambos transferens in locis paribus tam dactylos quam spondeos saepe ponit, ut:

Neque tam terribilis ulla fando oratio est,

Nec

vi, date. *Hos sequitur.* Edd. Haec sequitur. *Date, mox ego huc revertar.* Editi praeter Putsch: *Mox ego huc revertar.* *Abeat quam adveniat.* Edd: *abeat, atque adveniat.* Sed in Ms. haec ex errore aliter exhibentur: *Graviora habeat, quam adveniat.* Ceterum hos versus Plautinos longe alio metro uti, quam putat Priscianus, per se intelligitur. Vide notas. Sic autem, uti dedimus, mentem auctoris eos referre, certum est. *Hoc metro.* Codex: *hoc macro.* Idem notatum ad marginem Mediol. *Perdit.* Edd: *perdidit.* Ceterum initio versus cod. praeber *Diis.* *Festum esse diem.* Sola Aldina: *Factum esse diem.* Ceterum in seqq. *hic* scripsi pro *hinc* cod. secutus. *Iterant* pro quo alii: *intrant.* *Ulla fando oratio est.* Omnes *ratio*, quod vitium etiam invitis libris tollendum erat.

In-

Nec fors nec ira coelitum invictum malum,
Quod non natura humana patiendo ferat.

CAPUT III.

His igitur exemplis facillime diligentes omnium possunt comoediarum metra comprehendere, et versus, si quos imperitia scriptorum confuderit, ad integrum restituere musicae locum. Necessarium autem esse duximus, multo labore exquisita inventaque exempla diversorum nominatissimorumque Graeciae auctorum, quorum quaedam et Heliodorus protulit metricus, et Hephaestion, subicere, ut ostendamus, non imperite, sed scientissime hoc quoque et ad illorum imitationem auctores fecisse nostros.

Heliodorus metricus ait: Ἱππώναξ πολλὰ παρέβη τῶν ὡρισμένων ἐν τοῖς ἰάμβοις. *Hoc est Hipponax multa praeteriit*, id est, praetermisit, *praefinita in iambis*. Hipponax enim in primo:

Ἐρέω γὰρ οὕτω Κυλλήνιε Μαιάδος Ἑρμῆ.

Iste

Invictum malum. Edd: *invictum*, quod etiam apud Ciceronem legitur. Nolui tamen codicem deserere.

CAPUT III.

Confuderit. Edd: confudit. Ἐρέω γὰρ οὕτω. Nullum dubium est, quin credamus, auctorem ita legisse, ita voluisse. Sed codex noster sic exhibet initium huius versus: ΕΡΕΩ ΓΑΡ Ο ΤΑΑΡΜΗ cetera. Pulchre vidit Hermannus elem. doctr. pag. 244 ita Hipponactem scribere non potuisse. Verum scripturam nobis quidem nec

Iste enim versus cum sit choliambus, in quarto loco et in quinto habuit dactylos, cum in utroque debuerit a brevi incipiens pes poni. In eodem:

τοὺς ἄνδρας τούτους ὀδύνη γύαλαι ῥειγηλαί.

Iste iambus habet in secundo loco spondeum, et in quarto dactylum. Pindarus teste Heliodoro ἀντέστρεψεν, hoc est, convertit rhythmum iambicum, hoc modo:

Πεπρωμέναν, ἔθηκεν μοῖραν μετατραπεῖν
Ἀνδροφθόρον, οὐδὲ σιγᾶι κατεῤῥύη.

In secundo enim iambo pyrrhichium secundum et tertium trochaeum, et quartum spondeum posuit. Idem:

Τροχὸν μέλος αἱ δὲ Χείρωνος ἐντολαί.

Hic iambus in tertio trochaeum habet, et in quarto spondeum. Idem:

Αἴνιγμα παρθένου ἐξ αγρίαν γνάθων.

Hic quarto loco spondeum posuit. Idem:

Ἐν δ' ἀσκίοισιν πατὴρ νηλεεινοῶι, δ'

In

videmur restituisse. Vide notas. *Cum sit choliambus.* Edd: choriambus, quod recte emendat Codex. Τοὺς ἄνδρας τούτους cet. Ut dedimus, vestigia codicis nostri secuti scripsimus. Is sic: ΤΟΥ-ϹΑΝΔΡΑϹ ΤΟΥΤΟΥ ϹΟΔΥΗΗ ΓΙΙΑΛΛΙΡΕΙΓΙΑϹ. Quae verba qui aliter legi vult, per me licet. Priscianum autem ita fere voluisse, ut edidi, cum omnibus contendo. Quo modo vero scripserit Hipponax, dixi in notis. Putschius dedit: τοὺς ἄνδρας τούτους ὀδύνη πάλαι Ῥεῖπε. Οὐδὲ σιγᾷ. Aldina: Οὐδ' ἔσεται; quod nihili. Ἐντολαί. Putschius ἐντολάς. Nos codicem sequimur. Ἐξ ἀγρίαν γνάθων. Hanc doricam formam, quam Aldina iam habet, quamque Putsch. excludit, tuetur Ms. Ἐν δ' ἀσκίοισιν cet. Dedi scripturam codicis, de qua emendanda vide notas. Aldina: ἐν δ' ἀσκίοισιν

πατ-

In hoc quoque iambo trochaeum in tertio loco posuit, et in quarto spondeum. Idem:

δ' οὐδὲν προςαιτέων ἔφη· ἑζόμαν ἔπι.

Hic similiter in quarto loco spondeum habet. Itaque puto Horatium propter huismodi versus Pindaricos dixisse in quarto Carminum:

Cum per audaces nova dithyrambos
Verba devoluit, numerisque fertur
Lege solutis.

Anacreon teste Heliodoro

Ὁρᾷν, ἀεὶ λίην πολλοῖσι γὰρ μέλεις.

Hic iambus quartum spondeum habet. Eupolis βάπταις, cum in aliis iambis eiusdem fabulae recta est observatione metrorum usus, hos tamen posuit in fine habentes spondeos:

Ἀνόσια πάσχω ταῦτα, ναὶ μὰ τὰς νύμφας,
Πολλοῦ μὲν οὖν δίκαια, ναὶ μὰ τὰς κράμβας.

Ae-

πατήρ. Nihil amplius. Putschius dedit: ἐν δ' ἀσκίοισιν πατὴρ ἦν ἐεινεωας; quae aliquanto sunt corruptiora. Δ' οὐδὲν πρὸςαιτέων cet. Ita codex, cuius lectionem, paucissimis mutatis, repraesentavimus. Ἔφη est in codice ЄΦЄ. Frequentissima est in Latinis Mss. confusio litterarum Є et H. Pro ἑζόμαν est in codice ЄΤΖΑΜΑΝ. In hoc verbo ΤΖ pro Ζ scribis tribuendum. Α saepissime pro Ο scriptum invenias, cuius rei infra exemplum dabimus. Reliqua clare exhibentur in codice. Ὁρᾷν ἀεὶ λίην cet. Sic omnia Ms. Praeclare, nisi fortassis ὁρᾷν mutandum censeas in ὦ 'τάν. Cui rei momentum addit, quod lota subscriptum, quod in nostro codice nunquam subscribitur, sed apponitur, hoc loco nusquam apparet. Putschius Aldinam secutus: ὁρᾷν ἀεὶ μὴν dedit, quod ne eum quidem versum facit, quem Priscianus et Heliodorus voluerunt. Mirum vero est, illos Grammaticos adeo se decipi passos esse, ut tam apertum in his vitium non sentirent. Ναὶ μὰ τὰς Νύμφας. Error typographicus in Putschiana: τὰ νύμφας. Πολλοῦ μὲν οὖν cet. Secutus

 sum

Aeschylus in ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας·

Ἱππομέδοντος σῆμα καὶ μέγας τύπος.

In principio enim Trochaeum posuit, quem imitans Sophocles, teste Seleuco, profert quaedam contra legem metrorum, sicut in hoc:

Ἀλφεσίβοιαν, ἣν ὁ γεννήσας πατήρ.

Hic quoque iambus a Trochaeo incipit.

Simonides et Alcman in iambico, teste Heliodoro, non solum in fine ponunt spondeum, sed etiam in aliis locis. Simonides in ἐπ' Ἀρτεμισίῳ ναυμαχίᾳ in dimetro catalectico:

Ἐβόμβησεν θαλάσσας.

In secundo loco spondeum posuit:

Ἀντιστρέφει δ' ἑαυτῷ,

Ἀποτρέπουσ' εἰ Κῆρας.

Alcman autem in primo catalectum trimetrum fecit habentem in quarto loco modo iambum modo spondeum sic:

Nen-

sum codicem, quamquam fateor, meliorem esse editam lectionem: πολλοί. Ceterum deest hic versus in Aldina, quae primum horum versuum tantum laudat. Ἱππομέδοντος cet. Deest totum hoc ex Aeschylo exemplum cum auctoris nomine in Aldina. Putschius scripsit: ἣν τὸ μέδοντος σῆμα cet. Rectam lectionem tuetur codex noster, qui tamen vitiose scribit: ΙΠΠΟΜΟΜΕΔΟΝΤΟϹ. Σῆμα etiam in nostro codice, non σχῆμα. Ἀλφεσίβοιαν, ἣν cet. Hac lineola notatum fuit verbum in Msto, ut significaretur productio. Sed de hac productione vid. Hermannus in elem. d. metr. pag. 44. Aldina hunc versum sic exhibet: ἀλφεσίβοιαν, ὁ γεννήσας πατήρ. In Putschio pro ἣν legitur ἣν. *Alcman.* In Ms. Alcmon. In Edd. Alcmaeon. Scribendum putavi, quod edidi. Ἀντιστρέφει δ' ἑαυτῷ secutus sum Aldinam, cum qua codex facit, si recte intelligas: ΔΕΑΥΤΩΙ. Quae sequuntur e codice exhibui, reliqua ni-

ki

Νεωμόναρχε παρθένοις ἄειδεν
Καὶ νεάδες ἁγνᾶς εὐπύργου θεράπναις.

Hic quarto loco spondeum habet; similiter:

Χερσάνδε καφὸν ἐν Φύκεσσι πιτνεῖ.

Quarto loco spondeum posuit, (nam ΦΥ producitur) teste Heliodoro, qui ait, Simonidem hoc frequenter facere. Idem ostendit Pindarum etiam trisyllabos in fine versus posuisse:

Νόμων ἀκούοντες θεόδμητον κέλαδον.

Ecce in hoc iambo in fine tribrachyn posuit, qui nec concatenatus esse potest cum consequente, quippe in consonantem desinens. Similiter Bacchylides:

Χρυσὸν βροτῶν γνώμαισιν μανύει καθαρόν.

Hic quoque iambicus in fine tribrachyn habet. Hipponactem etiam ostendit Heliodorus iambos et choliambos confuse protulisse:

Ἑρμῆ, φίλ' Ἑρμῆ, Μαιαδεῦ, Κυλλήνιε,
Ἐπεύχομαί τοι· κάρτα γὰρ κακῶς ῥιγῶ.

Nam

lit curans. Vide notas. Ald: ἀποτρέποντες κῦρας. Quae lectio satis memorabilis est. Putsch: ἀποτρέποις εἰ κῦρας. Νεωμόναρχε cet. Ind. edd: Νεομόναρχε, quod vitium pridem tollendum erat. Θεράπναις. Ita propter versum vel sine codice edendum erat. Nunc etiam codex firmat. Nisi forte θεράπναις scribendum. Χερσάνδε. Sed haud dubie χερσόνδε reponendum, quod editiones habent. Nolui tamen ne hic quidem codicem deserere. Pro ἐν φύκεσσι habet Aldina: ἐν φύκεσι, quod iam Putschius correxit. *Posuit, qui nec — in fine tribrachyn.* Haec et media desunt in codice. Repetitum verbum *tribrachyn* fraudem fecit librario. Ceterum exhibui lectionem Putschianam, a qua differt Aldina: πτολίεσσιν ἀνύει, pro γνώμαισιν μανύει, exhibens. Ἑρμῆ, φίλ' Ἑρμῆ cet. Ita Putschius, quicum codex noster apprime consentit, nisi quod pro: φιλ offert: φιχ: qui

Nam *μέγα* spondeus est. Hephaestion quoque metricus ostendit comicum epionicum spondeos paribus locis habentem iambicarum *συζυγιῶν*, id est, coniugationum, ut est apud Eupolin in fabula quae dicitur *χρυσοῦν γένος*:

Ὦ καλλίστη πόλι πασῶν, ὅσας Κλέων ἐφορᾷ,
Ὡς εὐδαίμων πρότερόν τ' ἦσθα, νῦν δὲ μᾶλλον ἔσει.

Idem:

qui error facilis fuit. Aldina haec ita praebet: *Ἑρμοῦ φιλίμου κυλλήνου κυλλήνιε, ἐπεύχομαι τοῦ* cet. Tzetzes ad Lycophr. 855. in priore versu pro *Μαιάδου* offert: *Μαιάδος*, quae lectio memoratu digna est. *Χρυσοῦν γένος.* In Ms. *χρυσὸν γένος*, quod mutandum erat; *χρυσός· γένος* Aldina, a qua nec Putschius discedit. In sequentibus unice secuti sumus praeclarum nostrum codicem, qui, quod viri docti emendaverant, nunc confirmat. Sed dolendum, voces, quae verbis *εὐδαίμων* et *ὑπάρχειν* intercedunt, omissas esse, ita ut librarius scripserit: *εὐδαίμων ὑπάρχειν*, una linea praetermissa. Verba tamen desiderata cum non multum habeant corruptelae, facile ferri potest iactura. Apud Hephaestionem tres posteriores versus in exemplaribus, quae nunc habemus, desiderantur. Aldina, quam secutus est Putschius, omnia sic exhibet: *ὦ καλίστη πόλι πᾶς ὅσας κλέων ἔφορος ὡς εὐδαίμων πρότερόν γε σὺ νῦν τε μᾶλλον ἔσει.* Idem: *ἔδει πρῶτον μὲν ὑπάρχειν πάντων ἰσηγορίαν πῶς οὖν, οὐκ ἄν τις ἔμελεν χαίρει τις αἴδε πόλεις ἦν ἔξεστι πάνυ δ' ἐν τῷ κακῷ γε τὴν ἰδίαν.* Meliora praebet Iuntina citante Gaisfordio ad Hephaest. pag. 109. *ὦ καλλίστη πόλι πάσω τοσας κλέων φοραιως εὐδαίμων πρότερον γέγενηντε μᾶλλον ἔσει.* Idem: *ἔδει πρῶτον μὲν ὑπάρχειν πάντων εὐγονίαν πώρου τοῦ κάτοις χαιρέγυναιδε πολίων ἔξεστιν πᾶν ὕλην τῷ κακῷ γε τὴν ἰδίαν.* Iosephus Scaliger, teste eodem Gaisfordio ad Hephaest. ibid. ad marginem libri sui, quod est in Bibliotheca Bodleiana, adscripserat, quae dedimus, praeterquam quod pro: *πάνυ λέπτῳ*, quod clare legitur in Ms. voluerat; *πᾶν λέπτῳ*, unde Gaisfordius se nihil extricare posse confitetur. Praestat igitur *πάνυ λέπτῳ*, unde facilius aliquid exsculpi poterit. Ceterum Hermannus elem. doctr. metr. pag. 586. in ultimo versu legendum censet: *πάνυ θεῖν τῷ κακῷ γε τὴν ἰδίαν*, ut sensus sit: *ubi* vel

Idem:

Ἔδει πρῶτον μὲν ὑπάρχειν πάντων ἰσηγορίαν.
Πῶς οὖν οὐκ ἄν τις ὁμιλῶν χαίροι τοιῶδε πόλει,
Ἵν' ἔξεστιν πάνυ λεπτῶι κακῶι γε τὴν ὁδὸν.

Hi omnes locis paribus spondeos habent.

male homini suam viam currere licet. In codice praeter omissionem, quam significavimus, haec variant: pro πῶς habet TωC; pro ὁμιλῶν, OMIAON; pro χαίροι, ΚΑΙΡΙ, quae omnia aberrantis aut male audientis sunt librarii.

PRISCIANI GRAMMATICI,

PRAEEXERCITAMENTA RHETORICA.

CAPUT I.

DE FABULA.

Fabula est oratio ficta verisimili dispositione *imaginem* exhibens veritatis. Ideo autem hanc *primam* tradere pueris solent oratores, quia animos eorum, adhuc molles, ad meliores facile vias instituunt vitae. Usi sunt tamen ea vetustissimi quoque auctores, ut Hesiodus, Archilochus, Horatius. Hesiodus quidem lusciniae, Archilochus autem vulpis, Horatius muris. Nominantur autem ab inventoribus fa-

VARIETAS LECTIONIS.

CAPUT I.

Hanc primam. Ita omnes libri scripti et edidi praeter Putschium, qui primum. *Ad meliores facile vias instituunt vitae.* Pro *vitae.* Edd. omnes *rite*, quod et Putsch. retinuit, quamquam *vitae* post v.

fabularum aliae Cypriae, aliae Libycae, aliae Sybariticae. Omnes autem communiter Aesopiae, quoniam in conventibus frequenter solebat Aesopus fabulis uti. Et pertinet ad vitae utilitatem. Et fit verisimilis, si res, quae subiectis accidunt, personis apte reddantur, ut puta de pulchritudine aliquis certat, pavo hic supponatur. Oportet alicui astutiam tribuere, vulpecula est subiicienda. Imitatores aliquos hominum volumus ostendere, hic simiis est locus: Oportet igitur modo breviter, modo latius eas disserere. Quod fiet, si nunc narratione simplici proferantur, nunc etiam sermo inductis fingatur personis. Exempli causa: *Simiae convenerunt, et consilium habuerunt de urbe condenda; et quia placuit illis, paratae erant incipere adificationem; sed vetus inter eas prohibuit ad incepto, eas docens, quod facile capiantur si intra muros concludantur.* Sic breviter dices; si velis producere, sic: *Simiae convenerunt. Consiliabantur de urbe condenda. Quarum una in medium veniens, concionata est, quia oportet ipsas quoque civitatem habere. Videtis enim, aiebat, quod civitates habendo homines etiam habent domos singuli, et concionem universi*

et

v. *vias* recepit. Nos codicum consensum secuti sumus. *Aliae Cypriae.* Quae in edd. antecedunt: *Aliae Aesopiae*, ea recte nesciuntur a Codd. *Et fit verisimilis.* In S: *et fit verisimile.* In Edd: *et est verisimilis.* *Quod fiet, si* cet. Ita emendate in solo S. Reliqui omnes: *Quomodo autem hoc fiet? Si* cet. *Facile capiantur.* Ita quidem omnes praeter Ald. et Putsch. qui: *F. capientur*, quod forsitan rectius. *Quia oportet.* Ex omnium librorum con-

et in theatrum ascendentes delectant animos spectaculis et auditionibus variis. Et sic proferes orationem morando, dicens, quod et plebiscitum scriptum est, et finges etiam orationem veteris Simiae. Expositio autem fabularum vult circuitionibus carere, et iucundior esse. Sed oratio qua utilitas fabulae retegitur, quam ἐπιμύθιον vocant, quod nos affabulationem possumus dicere, a quibusdam prima, a plerisque rationabilius postrema ponitur. Sciendum vero quod etiam oratores inter exempla solent fabulis uti.

CAPUT II.

DE NARRATIONE.

Narratio est expositio rei factae vel quasi factae. Quidam tamen χρείαν id est usum posuerunt ante narrationem. Species autem narrationis quatuor sunt, fabularis, fictilis, historica, civilis. Fabularis est ad fabulas supradictas pertinens. Fictilis ad tragoedias sive comoedias ficta. Historica, ad res gestas exponendas. Civilis quae ab oratoribus in exponendis sumitur causis. Nunc autem de ea, quae ad exercitationem pertinet, dicemus, quam variis

consensu. Est Graecum: ὅτι δεῖ, pro ὅτι δεῖ. *Morando.* Sic est in Mss. omnibus. Edd: *in orando.* *Vult circuitionibus.* S: *vel circ.* In seqq. legitur in eodem pro: *iucundior esse, sed oratio; iucundiorem esse orationem.* Sed erasio docet alia lecta fuisse.

riis proferre modis solemus; per rectum, per inclinatum, per coniunctivum, per dissolutum, per comparativum. Per rectum, ut: *Medea Aeetae filia fuit; haec prodidit aureum vellus*, et sequentia. Rectum autem nominatur quod per totam vel ampliorem orationem casum servat nominativum. Inclinata dicitur figura in qua obliquis utimur casibus, ut: *Medeam Aeetae filiam dicunt, amavisse Iasonem*, et reliqua, quia alios quoque casus assumit. Coniunctiva vero figura est, qua arguentes utimur, ut: *quid enim non fecit Medea malum? non amavit quidem Iasonem? prodidit aureum vellus? interfecit fratrem?* et sequentia. Dissolutum vero fit sic: *Medea Aeetae filia prodidit aureum vellus, Absyrtum interfecit*, et sequentia. Comparativum est hoc: *Medea, Aeetae filia, debens pudicitiam servare, amoris turpitudini prodidit eam, et quam de-*

CAPUT II.

Per rectum, per inclinatum. In tribus nostris codicibus haec interpolata sunt. In D: *Per rectum indicativum, per indicativum inclinatum.* In S: *per rectum indicativum, per inclinatum.* V. cum D. consentit. Nos retinuimus lectionem Edd vett. Eodem modo turbant codd. in sequentibus: *Rectum quidem indivativum — indicativa vero inclinata.* D. *Per rectum quidem indicativum — indicativa vero inclinata.* S. Cum D. consentit et V. Nos etiam in his edd. vetustas sequendas existimavimus. *Inclinata dicitur figura.* Ultimam vocem ex coniectura addidimus. *Quid enim non fecit Medea malum.* Ita Putschiana cum codicibus. Sed Aldina, O. P. et Mediol: *Quid enim Medea? Amoris turpitudini.* In hac lectione Mss. consentiunt. Edd: *turpitudine amoris.*

dicebat custodem fraternae fieri salutis, interfecto fratrem, et quae debuit tutari aureum vellus, tradidit insidiatori. Et rectum quidem historiae convenit; est enim planius. Inclinatum vero magis certaminibus rhetoricis. Coniunctivum quoque ad arguendum accommodatius. Dissolutum autem perorationibus sive conclusionibus; est enim passivum, id est affectus animi commovens.

CAPUT III.

DE USU.

Usus est, quem graeci χρείαν vocant, commemoratio orationis alicuius vel facti, vel utriusque simul, celerem habens demonstrationem, quae utilitatis alicuius plerumque causa profertur. Usuum autem alii orationales, alii activi. Orationales sunt, quibus inest oratio sola, ut: *Plato dicebat, Musas in animis esse ingeniosorum.* Activi vero in quibus actus inest solus, ut: *Diogenes cum vidisset puerum indecenter agentem, paedagogum virga percussit.* Vel mixti; si addas: *percussit, dicens, quare sic*

CAPUT III.

Orationis alicuius. Ordo debetur Scriptis. *Plerumque causa.* Ordo in Mss. *Alii activi.* Quae sequuntur in Edd: *alii mixti.* desunt in Codd. *Indecenter agentem.* Ordo verborum e codd. *Vel mixti.* Ita in Mss. *Mixti*, solum, edd. Femininum hic tamen genus *mistae*, ut in antecedd: *activae*, agnoscunt duo e Mss, cum

sic eruditi? Interest autem inter usum et commemorationes, quod usus breviter profertur, commemorationes vero, quae ἀπομνημονεύματα Graeci vocant, longiores sunt. Sententia vero differt, quod sententia indicative profertur, usus vero saepe etiam per interrogationem et responsionem, praeterea quod usus etiam in actu solent inveniri, sententiae vero in verbis tantum; et quoniam usus habet omnino personam, quae fecit vel dixit, sententia vero sine persona dicitur. Traduntur tamen differentiae usuum plures a veteribus. Alii enim sunt indicativi, alii interrogativi. Sed nunc ad instans veniamus, hoc est ad operationem et ordinationem ad usus pertinentium capitulorum. Disponendum igitur sic: primum *laus* breviter dicatur eius, qui fecit vel dixit; deinde expositio ipsius *usus;* hinc *causa*, ut: *Isocrates dicebat, stirpem quidem doctrinae esse amaram, fructum vero dulcem.* Laus: *Isocrates sapiens fuit;* et producis pedetemptim locum. Postea aequatur *elocutio* ipsius *usus.* Non enim oportet nomen ipsum per se ponere, sed latius eam interpretari. Deinde causa. *Maxima enim factorum per laborem perfici solent, perfecta vero afferunt iucunditatem.* Deinde utendum contrario. *Nam vilissimae rerum non egent labore* et finem teterrimum

sum tamen ad Voc. *usus* relatio sit. *Longiores sunt.* In S. et D. *Longiora* relatum ad graecum verbum. *Primum laus.* Edd: *primum est laus. Esto amarum.* Ita codd. Sed Edd. praeter Putsch. *amarum. Et producis pedetemptim locum.* Absurde in Edd: *Et producis per pompora. Vilissimae rerum.* Putschius edidit: *Vilissima rerum.*

mum habent. Studiosissimae vero res ex contrario. Post hac a comparatione. *Quomodo enim agricolas oportet laborantes in terra accipere fructus; sic etiam eloquentes.* Deinde ab exemplo. *Demosthenes inclusit sese in aediculis ad legendum, et multo labore post accepit fructum, coronas, praedicationes.* Deinde a iudicio argumenteris: *Ut Hesiodus quidem dixit: virtutis viam asperam dii fecere. Alius poeta dixit: laboribus vendunt dii nobis omnia bona.* Post omnia inferes exhortationem, quod oportet parere illi qui dixit aut fecit.

CAPUT IV.

DE SENTENTIA.

Sententia est oratio generalem pronunciationem habens, hortans aliquam rem, vel dehortans, vel demon-

Et finem terrimum. Putschius edidit: *finem terminum*, quod arridet. *Post hac.* Libri vel: *post hoc* vel: *post haec. Et multo labore post.* Ita Mss. omnes, quod exquisite dictum est. *Deinde a iudicio argumenteris.* Editi habent: *deinde a testimonio.* Nil amplius. *Virtutis viam asperam.* Miro consensu Mss. et Edd. praeter Aldinam et Putsch. exhibent: *Virtutis sudorem dei longe posuere.* Multo adeo peius in V. pro *Dei* legitur: *imperatores*, quod haud dubie ignari hominis interpretatio verbi: *divi* est. Ex his coniicio, apud Priscianum Graeca fuisse et hic et alibi in hoc libello, ubi dicta Graecorum occurrunt. Interim tamen lectionem Aldinae retinuimus.

CAPUT IV.

Vel dehortans. Verba, quae Edd. habent his intermedia: *dehortans*

id

monstrans, quale sit aliquid. Dehortans quidem, quo modo in illo Homerico: *non oportet per totam noctem dormire consultorem virum*, et in illo Virgiliano:

Heu nihil invitis fas quenquam fidere divis.

Hortans vero, ut in illo: *oportet pauperiem fugientem etiam latissimum pontum penetrare, et ad scopulos applicare praecipites.* Demonstrans vero qualitatem rei, ut: *prospere enim agentes indigni occasionem accipiunt insipienter malefaciendi.* Praeterea sententiarum aliae sunt verae, aliae verisimiles, aliae coniunctae, aliae superlativae. Verae quidem, ut: *non potest inveniri vita hominis carens molestia*, et:

Heu nihil invitis fas quenquam fidere divis.

Verisimiles autem, ut: *siquis cum malis conversatur libenter, nunquam de hoc bene interrogavi viro, sciens quoniam talis est, quales illi cum quibus conversatur*, et:

Una salus victis nullam sperare salutem

Simplices vero, ut: possunt divitiae et dementes facere. Et:

Quid non mortalia pectora cogis.
Auri sacra fames?

Con-

id est recte desunt in Mss. *Consultorem virum.* En iterum verba de verbis versa. Infra horum habes meliorem translationem. *Ad scopulos applicare.* Edd: *inclinare. Insipienter.* Edd: *in sapientem*, quod nihili. *Aliae superlativae.* Codd. omnes: aliae *superrelativae.* Ita etiam in seqq. *Una salus — dementes facere. Et.* Haec et intermedia desunt in Edd. praeter Putschianam. Pro *dementes*,

Coniunctae, ut: *non bonum multos esse reges. Unus rex sit*, et:

Obsequium amicos, veritas odium parit.

Superlativae, ut: *Nihil aegrius terra pascit homine.* et:

Fama malum quo non aliud velocius ullum.

CAPUT V.

DE OPERATIONE.

Operatio vero sententiae consimilis est, meditationi usus, de quo superius dictum est. Provenit enim a laude brevi eius qui dixit, a simplici expositione ipsius sententiae, a causa, a contrario, a comparatione, ab exemplo, a iudicio, a conclusione. Sit autem sententia exempli causa: *non oportet* per totam noctem dormire virum multis consulentem. Laudabis igitur eum, qui dixit, breviter. Deinde simplici expositione eloqueris sententiam, ut: non decet virum in summa potestate, multis praesidentem, ab occasu solus usque ad ortum opprimi somno. *A causa;* debet praeses in curis semper esse, somnus vero curas omnibus aufert. *A con-*

quod in codd. est, Putsch. habet: *clementia. Ut nihil aegrius* cet. In Mss. Edd: *ut nihil imbecillius homine terra pascit. Velocius ullum.* Quae addita leg. in Edd: *Mobilitate vigui* absunt a Mss.

CAPUT V.

Hi autem. Sic recte Mss. Edd: *Fit autem. Ne curis semper esse.* Edd.

contrario; contrarium est enim *rex* et *privatus* et *somnus et vigiliae.* Quomodo ergo molestum non est, si privatus homo per totam dormiat noctem, sic intolerabile si rex non vigiliis consulat cuiusque sibi parentium saluti. *A comparatione;* quomodo enim gubernatores, et si caeteri dormiant soli pro communi vigilant salute; sic oportet imperatores curare pro suis. *Ab exemplo;* Hector enim noctu vigilans et curans speculatorem ad naves Graecorum mittebat Dolonem. *Ab iudicio;* ut Salustius quoque haec comprobat dicens: *Sed multi mortales dediti ventri atque somno indocti incultique vitam sicuti peregrinantes transiere.* Conclusio vero habet exhortationem plerumque, ut: oportet et nos necessarias res suscipientes nimia cura vigiliisque eis consulere.

CAPUT VI.

DE REFUTATIONE.

Refutatio est improbatio, quam graeci ἀνασκευὴν vo-

Edd. praeter Putsch: *in curia. Cuiusque sibi parentium.* Scripti editique libri omnes praeter Aldinam et Putschianam *curiique* cet. quod si non correctum invenissem, correxissem. *Indocti incultique.* Haec interponuntur hic a Scriptis. *Nimia cura.* Haud dubie haec emendanda sunt.

CAPUT VI.

Quam Graeci ἀνασκευὴν vocant. Haec hoc ordine non sunt in Scriptis. Illi enim ita caput ordiuntur: *De refutatione, quam Graeci*

vocant, rei propositae. Confirmatio vero e contrario comprobatio. Quae vero planissime sunt falsa, vel vera; nec refutanda sunt, nec confirmanda, quales sunt fabulae Aesopiae, vel historiae indubitabiles. Oportet enim refutationes de illis rebus fieri quae ancipitem adhibent opinionem. Refutandum igitur ab incerto, ab incredibili, ab impossibili, ab inconsequente, ab indecente, ab incommodo. Ab incerto, ut: *incertum erat tempus, in quo Narcissum fuisse dicunt.* Ab incredibili; *incredibile est Arionem malis affectum voluisse canere.* Ab impossibili; *impossibile erat, Arionem a Delphino servari.* Ab inconsequente, quod et contrarium dicitur, ut: *contrarium erat voluisse perdere libertatem eum, qui eam servasset.* Ab indecente; *indecens erat Apollinem, cum sit deus, voluisse mulieri iungi mortali.* Ab incommodo; cum dicimus, quod neque prodest haec audire; confirmes vero a contrariis.

CAPUT VII.

DE LOCO COMMUNI.

Locus communis exaggerationem habet manifestae rei, quasi ex argumentationibus iam peractis. Non enim

Inconsulte vocant. Refutatio est improbatio propositae rei. Inconsequente — Indecente. Editiones haec per *i* finiunt, praeter O, qui cum scriptis consentit. *Iungi mortali.* Edd: *Vim inferre.* Ceterum in S: *Apollonem* pro Apollinem.

CA-

enim quaerimus in hoc, an iste sacrilegus, vel vir fortis sit, sed rei convictae et manifestae exaggerationem facimus, cui tamen legibus supplicium definitum, vel praemium. Dicitur autem communis locus quia convenit contra omnem (verbi causa), sacrilegum, vel etiam (ut quibusdam placet) pro omni viro forti. Oportet autem sic progredi per inquisitionem contrarii, deinde ponere ipsam rem; post, comparationem, quam sequitur sententia; post eam coniecturaliter praeteritam vitam crimineris a praesentibus, dehinc amoveas misericordiam per capitula, quae finalia dicuntur, id est, utili, iusto, legitimo, honesto et similibus, et per demonstrationem ipsius rei actae. Principia enim in loco communi pure non invenis, sed usque ad formulam quandam serventur. Et ut exemplo tibi manifestum fiat, sit locus communis contra sacrilegum. Principia igitur dicenda sunt usque ad formulam hoc modo. *Omnis equidem oportet maleficos homines in odio esse vobis, iudices, maxime vero eos qui contra deos aliquid audent.* Secundum quasi principium: *Ergo si vultis facere, ut caeteri quoque sint pessimi, isti concedite; si hoc minime placet, istum suppliciis afficite meritis.* Tertium: *videtur enim reus*

CAPUT VII.

Supplicium definitum. Edd. interponunt: *sit.* *Ipsius rei.* Edd: *huius rei.* *Exemplo tibi.* Edd. omittunt *tibi.* *Omnis equidem.* Edd: *omnes quidem.* *Si hoc minime placet.* Edd: *sin hoc placet mi-*

reus in periculum duci solus, re autem vera, Vos quoque in discrimen maximum venitis. Contemptio enim iurisiurandi et fidei, religionisque violatio, nescio an minores habeat sacrilegio poenas. Post has igitur formulas principii, antequam in ipsam rem veniamus, de contrario est dicendum, *quod leges constituerunt prudentissime, deos placare aris, sacra eis, devoverunt, donariis ornaverunt, hostiis honestaverunt, festis diebus redeuntibus celebraverunt.* Et inferes etiam approbationem tractando causam, *quod iustissime haec leges constituerunt. Deorum enim placatorum providentia custoditur salva respublica, violatorum vero proditione corrumpitur.* Sic progredere ad propositum. *Quae cum ita sint; istr quid est nobis facere?* Et exponis rem, non quasi docens, sed quasi exaggerans: *quod universae nocuit civitati, et communibus et privatis rebus, et timendum est, ne tale scelus consequatur sterilitas frugum, ne hostium superemur armis* et similia. Post haec ad comparationes venies *quod homicidis multo est iste peior. Quanta vero sit differentia ex laesis coniicere possumus. Homicidae enim contra homines audent. Sacrilegus autem in ipsos sceleratam exercet audaciam deos. Tyrannis iste simillimus, sed tamen et illis non omnibus, sed pessimis omnibus.* *Maximum venitis.* Consensus Codd. Sed Edd: *extremum venietis. Nescio an minores habeat.* Mss. praebent: *debeat. Et infores.* D: *et infers. Haec leges.* Edd: *has leges. Ex laesis coniicere.* Ordo deberur Codicibus. *Sed tamen et illis non omnibus.* Mss. hos

omnium. Illorum enim facinus est saevissimum, qui sacratas diis divitias auferunt. A maiore vero ad minus comparationes per increpationem induces, ne minuere crimen videaris. *Non est iniquissimum furem vel iniuriosum supplicio affici; sacrilegum vero absolvi.* Licet autem praeteritam eius vitam a praesenti criminari, *quod a parvis coepit, et ad hoc pessimum facinus progressus est. Ergo non solum sacrilegum, sed etiam furem atque effractorem et adulterum habetis.* Excuties et sententiam per quam venit ad tale peccatum, *quod nolens ingenuus ingenue laborare, vel arando cibum acquirere, per sacrilegia vult divitias quaerere.* Praeterea a consequentibus; *quod per hunc imminuta maiestas templorum, infamati sacerdotes, segniores ad offerendum ornamenta delubris redditi cives.* Utere autem amotione misericordiae. Amovetur autem misericordia finalibus capitulis id est, iusto, utili, possibili, decente, et descriptione ipsius iniuriae, ut: *non istum mihi attendatis, qui nunc lacrimat ante vestrum conspectum, sed illum, contemnentem deos, adeuntem fana, evellentem fores, auferentem* do-

habent: Sed tamen non omnibus et illis. *Saevissimum, qui.* Edd: *levissimum, quod.* *Induces.* Ald. et Putsch: *inducens.* *Ingenuus ingenue.* Prius vocab. omittitur ab Edd. *Arando.* S: *orando.* *Praeterea* cet. Quae ante hanc vocem leguntur in Edd: *Si dicis contra sacrilegum vel homicidam;* ea recte desunt in Mss. *A consequentibus.* Quod seq. in Edd: *dicis,* merito abest a Mss. *Qui nunc lacrimat.* *Nunc* ab Edd. praeter Putsch: abest.

donaria sacrorum. Post omnia perores in exhortationem desinens: *Quid moramini? quid cogitatis de eo qui iam pridem omnibus videtur damnatus.*

CAPUT VIII.

DE LAUDE.

Laus est expositio bonorum, quae alicui accidunt personae, vel communiter vel privatim, communiter, ut laus hominis, privatim ut laus Socratis. Laudamus tamen etiam res, ut iustitiam, et muta animalia, ut equum, necnon etiam arbores, et semina, et montes, et fluvios, et similia. Sciendum est autem quod et laus et vituperatio sub uno eodemque genere referuntur demonstrativo; quod ex iisdem locis utraque proficiscuntur. Quid autem interest inter has et locum communem? Videntur enim in quibusdam esse nimium coniuncta. Hoc, quod in loco communi pro viro forti dicimus eo consilio dicimus, ut praemium petamus; laus autem per se testimonium virtutis habet. Loca vero laudis vel vituperationis haec sunt: *gens*, ut Latinus, Graecus; *civitas*, ut Romanus, Atheniensis, &c.

CAPUT VIII.

Nimium coniuncta. Ita quidem codices omnes, quibus cum facit Putschiana. Verum non dubium est, quin legendum sit *in eadem coniuncta*, maxime quod undique edd. omnes aut: *eadem esse*; aut: *eadem esse coniuncta* praebent. *Dicimus.* Omnes: *dicentes*, quod mu-

genus, ut Aemilianus, Alcmaeonides. Dices autem si quid nascendo evenit viro, vel ex somniis, vel ex signis, vel huiuscemodi quibusdam praenunciationibus. Deinde sequitur *victus*, ut in Achille, quod medullis leonum pastus est et apud Chironem; hinc *educatio*, quomodo eruditus est. Nec non etiam *natura* animi, corporisque tractetur; et eorum utrumque per divisionem. Dices enim de corpore quidem quod pulcher, quod magnus, quod citus, quod fortis. De amimo vero quod iustus, quod moderatus, quod sapiens, quod strenuus. Postea laudabis *a professionibus*, idest quod officium professus est, philosophicum, vel rhetoricum, vel militare. Omnibus autem est exquisitissimum de gestis dicere, ut militarem vitam degens, quid in ea gessit. Laudabis etiam vel vituperabis *extrinsecus* id est a cognatis, amicis, divitiis, familia, fortunis, et similibus. Praeterea etiam *a tempore*, quantum vixit, multum, vel parvum. Utrumque enim occasiones laudis vel vituperationis praebet. Ad haec *a qualitate mortis*, ut pro patria pugnans, vel si quid mirabile in ipsa morte evenit, vel etiam ab eo qui eum interfecit, ut Achilles ab Apolline interfectus est, et exquires etiam quae secuta sunt post

mutandum censuimus. *Pastus est apud Chironem; hinc.* Ita Scripti omnes, quod reponendum iudicavimus. Ordine mutato in edd: *Pastus est, hinc educatio: quomodo eruditus est apud Chironem. Philosophicum vel rhetoricum.* Scripti omnes: *Philosophum vel rhetoricorum*, quod mutandum censeas in: *Philosophorum vel rhetorum.* Iidem et *militarem* pro *militare.* *Exquires.* Ald. et Putsch: *exquirendo.* O.

post mortem, si certamina in eius honorem sunt celebrata, quomodo Patroclo ab Achille, et Anchisae ab Aenea. Si oraculum aliquod datum est de ossibus eius, quomodo de Oreste et Palinuro; *si filios habuit laudabiles*, quomodo Achilles Pyrrhum. Maximam vero occasionem in huiuscemodi orationibus suppeditant, *comparationes*, quas pones, in quo loco tempus admoneat. Consimiliter autem muta quoque animalia, quomodo convenit, et a loco in quo nascuntur, laudantur, a diis in quorum sunt tutela, ut columba Veneri, equus Neptuno dicitur esse consecratus. Praeterea dices, quomodo pascitur, qualem habeat animum, quale corpus, quid operis, aut quid utilitatis, quale spatium temporis vitae; nec non etiam comparatione, et omnibus accidentibus locis uteris. Res autem laudes ab inventoribus, ut venationem Diana invenit, et Apollo, et ab his qui ea usi sunt, ut Heroes venationibus utebantur. Maxima autem facultas in huiuscemodi rerum laudationibus datur ex contemplatione eorum qui eas res affectant, quales sint tam animis quam corporibus, ut venantes, fortes, audaces, acuti, integri corporibus. Hic non ignores quomodo etiam deos debeas laudare. Similiter arbores a loco in quo gignuntur, et a deo in cuius sunt tutela, ut oliva Mi-

O. P. Med: *exquirem*. *Quale spatium temporis vitae*. Ita omnes: Nimirum *temporis vitae* pro uno verbo, composito, habenda sunt. Exempla huius formae non sunt pauca. Ceterum in antecedd. haec leguntur in V: *Columba Veneri meretrici, equus Neptuno sceleroso dicitur*

Minervae, laurus Apollini, etiam a pastu, quomodo pascuntur, et si multa cura egent admiratis, si sint parva, id quoque laudabis. Dices autem, quomodo de corpore, staturam, pulchritudinem, pullulationem, quomodo de mali arbore, et quid utile habeat, in quo maxime morandum. Comparationes autem ubique assumendae. Quin etiam urbium laudes huiuscemodi locis non difficulter acquires. Dices etiam et de genere quod indigenae, et de victu quod a deis nutriti, et de eruditione quomodo a diis eruditi sunt. Tractes vero, quomodo de homine, qualis sit statura, quibus professionibus est usa, quid gesserit.

CAPUT IX.

DE COMPARATIONE.

Comparatio est vel similium, vel diversorum, vel minorum ad maiora, vel maiorum ad minora collatio. Ea usi sumus etiam in communi loco, augentes per comparationem crimina. Assumitur tamen etiam in laude et in vituperatione, eiusdem rationis causa, et quoniam tamen doctissimi oratores ea quoque per se pro exercitatione sunt usi, dicamus etiam de hac. pro-

tur esse consecratus. Hoc apud stultos et immundos Pagenes. Habent. Habent. Edd. ante Putsch. *Dices etiam.* Omnes: *dicet enim. Qualis sit statura.* Codd. omnes: *structura.*

CA-

Procedentes igitur per loca laudationis, comparamus et urbem urbi, ex qua sunt viri, et genus generi, et victum victui, et professiones professionibus, et gesta gestis, et ea quae accidunt extrinsecus, et diversos mortis modos, et quae eam sunt consecuta. Similiter si arbores comparare volueris, conferes etiam praesidentia eis numina, et loca in quibus nascuntur, et fructus et utilitatem, et similia. Res quoque si compares, dices, qui primi eas invenerint, et eos conferes. Praeterea qualitatem animi et corporis. Idem tibi sit praeceptum in reliquis. Sic enim vel in omnibus vel in plerisque similia ostendimus, quae comparamus. Est autem, quando alterutrum praeponimus comparando. Est etiam, quando alterutrum vituperantes, alterutrum laudamus, ut si comparemus iustitiam, et divitias. *Fit* autem comparatio etiam ad melius, ut si laudas Ulixem comparem illum Herculi, minorem similem maiori virtutibus volens ostendere. Exigit autem huiuscemodi locus fortem oratorem, et callidum, et celerem, ut agiles possit saepe facere transitiones.

C A-

CAPUT IX.

Procedentes: Aldina: *Procedens*. Ab hac voce deficit D. in quo folium est excissum. *Praesidentia*. Putsch. ed: *praesentia*. *Est etiam*. Est autem. Cod. V. et Edd. In S. desunt antecedd. ab: *Est autem* usque ad: *comparando*. *Ulixem*. Ita codices. Reliqui: *Ulyssem*. *Saepe*. Edd. ante Putsch: *semper*.

C A-

CAPUT X.

DE ALLOCUTIONE.

Allocutio est imitatio sermonis ad mores et suppositas personas accommodata, ut quibus verbis uti potuisset Andromache Hectore mortuo. Conformatio vero quam Graeci προσωποποιίαν nominant, est, quando alicui rei contra naturam datur persona loquendi, ut Cicero patriae et reipublicae in Invectivis dat verba. Est praeterea simulacri fictio quam Graeci εἰδωλοποιίαν dicunt, quando mortuis verba dantur, quod facit Cicero pro Coelio, verba dans Appio caeco, contra Clodiam. Fiunt autem allocutiones et finitarum personarum et infinitarum. Infinitarum, ut, quibus verbis uti potuisset ad suos aliquis profecturus a patria. Finitarum vero, ut, quibus uti potuisset verbis Achilles ad Deidamiam profecturus ad bellum Troianum. Allocutionum vero quaedam sunt simplices, quando supponitur aliquis ipse per se loquens; quaedam duplices, quando ad alios loquitur. Per se quidem; ut, quibus verbis uti potuisset Scipio post victoriam ad exercitum. Ubique

Uti potuisset. Editiones praeter Putschium habent: *uti potuit.* *Conformatio.* Confirmatio. Unus S. *Simulacri fictio.* Codd: *Simulacri factio.* *Ad suos aliquis profecturus a patria. Finitarum vero, ut, quibus verbis uti potuisset.* Haec verba desunt in S. sed inferiori

que autem est servanda proprietas et personarum et temporum. Alia sunt enim verba iuvenis, alia senis, alia gaudentis, alia dolentis. Sunt autem quaedam allocutiones passionales, quaedam morales, quaedam mixtae. Passionales sunt, in quibus passio, id est commiseratio perpetua inducitur, ut, quibus verbis uti potuisset Andromache mortuo *viro*. Morales vero in quibus obtinent mores, ut, quibus verbis uti potuisset rusticus, cum primum aspexit natum. Mixtae, quae utrumque habent, ut quibus verbis uti potuisset Achilles interfecto Patroclo. Habet enim et passionem funeris amici, et morem de bello cogitantis. Sed operatio procedit per tria tempora, et incipit a praesentibus, recurrit ad praeterita, et transit ad futura. Habeat autem stilum suppositis aptum personis.

CAPUT XI.

DE DESCRIPTIONE.

Descriptio est oratio colligens et praesentans oculis, quod demonstrat. Fiunt autem descriptiones tam personarum, quam rerum, et temporum, et status,

libri orae adscripta leguntur. *Ut quibus verbis uti potuisset Andromache mortuo viro. Morales vero in quibus obtinent mores.* Haec verba rerum desunt in S. nusquam adscripta. *Aspexit navim.* Adspexit novem. S. *Mixtae, quae.* Edd: *Mixtae vero. Habeat.* Edd: *Habet.*

tus, et locorum, et multorum aliorum. Personarum quidem, ut apud Virgilium:

Virginis os habitumque gerens et virginis arma
Spartanae.

Rerum vero, ut pedestris praelii vel navalis pugnae descriptio. Temporum autem, ut veris, aestatis. Status, pacis, vel belli. Locorum, ut littoris, campi, montium, urbium. Potest autem et commixta esse demonstratio, ut si quis describat pugnam nocturnam, simul et rem et tempus demonstrat. Conemur igitur res quidem describere ab antefactis, et quae in ipsis eveniunt, vel aguntur, ut, si belli dicamus descriptionem, primum quidem ante bellum debemus dicere, delectus habitos, sumptus paratos, timores, qui fuerunt, hinc congressus, caedes, mortes, victorias, laudes victorum, illorum vero qui victi sunt lacrimas, servitutem. Sin vero loca vel tempora vel personas describamus, habebimus aliquam etiam narrationem, de qua supra docuimus, et a bono vel utili vel laudabili rationem. Virtus autem descriptionis maxime planities, et praesentia, vel significantia est. Oportet enim elocutionem pene per aures oculis praesentiam facere ip-

CAPUT XI.

Virginis os. Prior vox omissa in Edd. *Simul et rem et tempus demonstrat.* In Ald. et Putsch. ita: *ac simul demonstrat et rem et tempus. Conemur.* Edd. Convenit. *Illorum vero qui.* Illorum non qui. O. P. *Praesentiam facere.* Antecedit *vel* in Edd. quod ne-

ipsius rei, et exaequare dignitati rerum stilum elocutionis. Si clara res est; sit et oratio similis; sin summissa, huic quoque aptetur qualitas verborum. Sciendum autem, quod quidam non posuerunt descriptionem in praeexercitamentis, quasi praeoccupatam et in fabula et narratione. In illis enim quoque describimus et loca, et fluvios et personas, et res. Sed quoniam quidam eloquentissimorum eam quoque tradidere inter praeexercitationes; non incongruum est, eos imitari.

CAPUT XII.

DE POSITIONE.

Positio est deliberatio alicuius rei generalis ad nullam personam certam pertinens, vel aliquam partem circumstantiae, ut si tractemus: an navigandum, an ducendum uxorem, an philosophandum; non addentes cui, sed ipsam rem per se et per accidendia eius requirentes, ut: an illa res sit facienda, quam facientibus solet illud et illud accidere. Quod si finitam assumamus personam, et sic deliberemus, non

sciunt codices. *Sit et oratio.* Edd. ante Putschium: *Sic et oratio.* *Aptetur.* Edd: *aptabitur.*

CAPUT XII.

Vel aliquam partem. Codd: *vel aliam partem.* *Per accidentia eius.* Mss: *per accidentia ei.* Nisi quod unus S. vitiose: *per accidentem ei.* *Sunt*

non positio iam, sed suppositio est, quae magis ad controversias pertinet. Sunt igitur positionum aliae civiles, aliae privatae. Civiles quidem, quae communibus et ad civitatem pertinentibus subiacent opinionibus, ut: an rhetoricae dandum studium et his similia. Non civiles vero vel privatae, quae sunt propriae aliquarum disciplinarum et eas profitentium, ut: an pilae formam habeat mundus, an multi sint mundi, an ignis sit sol. Hae enim quaestiones ad philosophos pertinent. Nam oratores in aliis sunt exercendi. Nominaverunt autem quidam has activas, illas autem inspectivas, sive intellectivas. Hae enim possunt agi, illarum autem finis est inspectio, sive intellectus. Est autem inter locum communem et positionem hoc, quod locus communis convictae et manifestae rei est exaggeratio, positio autem dubiae rei quaestio. Positionum autem aliae sunt simplices, aliae ad aliquid comparantur, et duplices videntur esse. Si enim dicamus: an luctationem exercendum, simplex positio est. Sin autem: luctationem exercendum, an agriculturam, duplex. Oportet enim ab altero dehortari in alterum hortantem. Dividuntur autem positiones capitulis, quae, finalia nominantur, id est, iusto, utili, possibili, decente. Ut: *iustum* est ducere uxorem, et quod a parentibus accepimus, reddere vitae. *Quod pro-*

Sunt exercendi. Edd: *Sunt exercitandi.* *Possunt agi.* Edd. ante Putsch. *possint agere.* *Si enim dicamus* cet. Hic totus locus, uti dedimus, est in D. et V. Reliqui praeter Putschium sic. *Si enim dicamus an luctationem exercendum, an agriculturam, duplex;* omissis

prodest: Multa enim ex nuptiis accidunt solatia. *Quod possibile:* A similibus enim facile possumus ducere. *Quod non decet*, more ferarum degere. Hoc modo confirmes. Refutes autem ex contrariis. Nec non etiam incidentes obiectiones reprobes. In peroratione vero hortationibus uteris et communibus omnium moribus hominum.

CAPUT XIII.

Legis quoque lationem in praeexercitationibus ponunt, quoniam etiam in negotiali et in lationibus legum et accusationibus utuntur quaestione. Differentiam autem hanc esse dicunt, quod in negotiali circumstantia est; in praeexercitatione vero non est; ut: *fert aliquis vendendos esse honores*, sine tempore et sine reliquis circumstantiae partibus. Dividitur autem manifesto, legitimo, iusto, utili, possibili, decente. Manifesto; ut apud Demosthenem est: *Facile est id hominibus, discere et cognoscere, simplicia et manifesta esse iura legum.* Legitimo; si dicamus, *quod contra veteres leges.* Iusto; quando dicimus, *quod et contra naturam et contra mores.*

mediis. *Dicere.* Edd. ante Putsch: *ducere.* *In peroratione.* In perorationem. D. *Hortationibus uteris.* Hortationibus horteris. S.

CAPUT XIII.

Et in lationibus legum cet. In S. et D. haec ita: *Et lationis legum et accusationis. Dividitur autem manifesto.* Quae abhinc usque ad

res. Utili; quando dicimus, *quod et nunc et in futurum laedit.* Possibili; quando dicimus, *quod neque potest fieri.* Decente; quando dicimus, *quod inglorium est.*

alteram vocem: *manifesto* leguntur, desiderantur in S. *Quod inglorium est.* Putschiana: *quod οὐ δέξαν βλάπτει.* Graeca nesciunt Mss. nostri, sed habent ut dedimus. Mediolanensis praebet: *quod non decet.* Finit codex D. his verbis: PRISCIANI SOPHISTAE ARS PRAEEXERCITAMINUM SECUNDUM HERMOGENEN VEL LIBANIUM EXPLICIT FELICITER. COMMENTARIUM RUFINI V. D. GRAMMATICI ANTIOCHENSIS IN METRA TERENTIANA.

SCHOLIA

AD

LIBRUM DE PRINCIPALIBUS VERSIBUS AENEIDOS,

IN VETUSTIS CODICIBUS REPERTA.

* *
*

PAGINA 3. *Caesuras.* Divisiones.

Cola. Membra.

Commata. Incisiones scansionales. Κόμμα graece dicitur incisum, vel adbreviatum; unde commaticus liber vocatur adbreviatus.

Generalia metra. Principalia, e quibus alia nascuntur.

PAG. 4. *Asclepiadeum.* Ab Asclepio, inventore.

Ex spondeo. Per quinquennia iam decem (*a*).

Legitimos pedes dactylos accipit. Praeter Trochaeum, qui aliquando invenitur ibi.

Heroicus vero simplex. Heros dicitur fortis. Inde heroicum metrum est, quo scribebantur gesta virorum fortium.

Simplex est compositione. Id est, a pedibus unius speciei componitur.

Catalecticos. Catalecton dicunt Graeci syllabam, quae remanet post integros pedes. Unde et acatalecti-

(*a*) Haec emendanda esse patet.

ticos dicunt versus, quibus nihil deëst post integros pedes.

PAG. 6. *Novenarium.* A numero syllabarum.

Pindaricum. Ab inventore.

Dimetrum iambicum. Cum duos recipiat iambos, quia duo ibi pro uno computantur. Nam quatuor ibi continentur.

Silvae. Spondeus pro iambo.

Brachycatalecti. Βραχεῖαν Graeci dicunt brevem.

Renidet. Resplendet.

Lacunar. Ab inlaqueando laquear.

Per pedes vero. Scilicet separat.

Quarta enim bucolica. Propter quartum pedem, (*b*) quia in bucolico carmine haec frequentissime invenitur.

PAG. 7. *Rhythmum.* Cursum.

PAG. 8. *Habemus igitur tres modos.* Id est μονοσχηματίστους, πενταστχηματίστους, δεκασχηματίστους.

Omnes igitur sunt triginta et duae figurae. Hucusque verba Prisciani ordinatim posita. Quod vero ait idem Priscianus, duo spondei inter tres dactylos, ita dicendum est, ut nec simul positos, nec separatim, intelligamus. Sive enim duo dactyli se sequantur, sive duo spondei, sive separatim ponantur, inter tres esse dicuntur, sicut episcopum inter clericos esse dicimus, quamvis praepositus sit cleri-

(*b*) Interpone: *et.*

neo. Et ex sola commutatione duorum dactylorum decem fiunt figurae. Similiter ex commutatione duorum spondeorum decem. Et hoc est, quod dixit post tertium modum: *Adde etiam viginti.* Et ita in primo modo duae figurae. In secundo decem. In tertio viginti. Quae sunt simul triginta et duae. (*c*) Et ut scias etiam aliam rationem numeri figurarum, in omni metro (*d*) computa, quot pedes (*e*) accipiunt singula loca, et (*f*) multiplica numerum pedum, quos accipiunt loca sequentia. Ut in heroico primus locus accipit duos pedes, hoc est dactylum et spondeum. Similiter secundus (*g*) duos; bis duo, quatuor. Tertius similiter (*h*) duos; bis quatuor, octo. Quartus quoque (*i*) duos; bis octo, sedecim. Et quintus duos; bis sedecim, triginta et duo. Et in iambo similiter. Primus locus accipit quinque pedes. Secundus tres; ter quinque, quindecim. Tertius quoque quinque; quinquies quindecim, septuaginta et quinque. (*k*) Quartus

(*c*) *Quas iam notaturi sumus varias lectiones, ex codice S. decerpsimus:*

Et ut has etiam alia ratione numeros figurarum.

(*d*) Computabo.

(*e*) Accipiant singuli loca.

(*f*) Multipliciter quidem accipiunt singuli loca priora ad numerum pedum, quos accipiunt loca sequentia.

(*g*) Duo.

(*h*) Duo.

(*i*) Duo.

(*k*) Ducenti xx quinque; quintus quinque; quinquies ducenti viginti quinque.

tus tres; ter septuaginta et quinque, mile CXXII. Sic in omni numero, (*l*) in quo diversorum pedum sunt eadem loca capacia, ut in anapaestico et trochaico, hac ratione figuras potes invenire. Nam in illis metris, in quibus singula loca fixos habent, id est singulos, unius sunt figurae, ut in Asclepiadeo ac Sapphico, (*m*) hendecasyllabo, undecim syllabarum, et in similibus.

PAG. 10. *Generalis.* Quia generaliter arma vocantur omnia instrumenta. *Derivativae.* (Sic pro *generali*, cod. R. quod notare omisimus) scilicet ab arma.

Instrumenta. Instrumenta dicuntur eo, quod nos instruant ad aliquid faciendum.

Agrestibus. Agrestes vocat rusticos.

Arma. Vomerem, aratrum, cetera.

Nautarum quoque. (*n*) Satatium et mola.

Cerealiaque arma. Ceres dicitur dea frumenti, cuius sacra θεσμοφόρια vocantur, quia ipsa legem frumentariam adinvenit. Θεσμὸς graece dicitur lex; φορεῖν, ferre. Inde Cerealia dicuntur arma pistorum, (*o*) setatium scilicet et mola.

PAG. 11. *Armiger.* Arma gerens. Graece ὁπλοφόρος vocatur.

Ar-

(*l*) In quo singula loca plures recipiunt pedes.
(*m*) Hendecasyllabo vel hecaedecasyllabo.
(*n*) Sic in codice.
(*o*) Sic hoc loco in codice.

Armi potens. Armis potens. Ab *armis* et *potens* componitur.

Semermis. Id a *semis* et *armis*, i. e. semiarmatus. (*p*) *Semum* dimidium. Semper enim semum dimidium significat.

Inermis. Sine armis. Hic et haec inermis et hoc inerme, nullis pene armis fultus. Legimus in vita beati Macharii, martyris: *quia biennio inermis fuit in procinctu bellico*, i. e. in expeditione.

Ordinationem. Structuram.

PAG. 12. *Secundum quem.* Scilicet casum.

Ut puta. Veluti.

In e terminantia ablativum. Masculina vel feminina. Masculina, ut sacerdos; feminina, ut virgo.

PAG. 13. *Armarium.* Locus, ubi spiritalia arma conduntur.

Armamentum, armentarium. Haec duo idem significant, locum videlicet, ubi arma militum conduntur. Inter *armarium* autem et *armentarium* hoc distat. Armarium est locus, ubi arma spiritalia, id est libri, reconduntur. Armamentum vero, ubi arma martialia vel bellica mittuntur. Idem est armentarium.

Armillae. Sunt ornamenta brachiorum, sicut ipse docet.

Brachialia. Ornamenta brachiorum, quae graece

(*q*)

(*p*) Ita in codice.

(*q*)

(*q*) *spichidae* vocantur. *Alius.* Quae graeco vocabulo (*r*) *spicidicae* dicuntur. (*s*) *Dextrochinium* vero, ornamentum dextrae manus, (*t*) *iterum.*

Cicero in IV de Rep. Id est de communi re, de gubernatione regni.

Armentum dicimus gregem. Sed differunt. Grex enim minorum pecorum est, caprarum videlicet, ovium atque porcorum, ceterorumque multorum. Armentum vero maiorum. Dictum, quod armis sit aptum. Equi enim bellis intersunt; coriis boum (*u*) volvuntur scuta.

Armentarius. Custos armentorum.

Ex ipsa significatione. Id est substantia.

Natura. Id est ex actu. Sive potes intellegere, utrum substantia sequitur actum, sicut *lector*, sequitur, *lego.* Nam intellegitur ille prius *legisse*, qui fuit lector. Vel actus sequitur substantiam, sicut in hoc loco. Praecedunt enim arma, deinde armas.

Nec auro. Aurare est auro cooperire; *subaero*, aere cooperire.

PAG. 14. *Euphonia.* Εὖ, bonum. Φωνὴ sonus, vox. Inde *εὐφωνία*, bonus sonus.

Ne-

(*q*) Lege *σπυρίδια.*

(*r*) Lege *σπυρίδια.*

(*s*) Lege *δεξιοχείριον.*

(*t*) Sic plane in codice. Sed quomodo haec vox, in re architectonica usurpata, transferri potuerit ad ornamenta manuum, non video.

(*u*) *Volvuntur* fortitan legendum.

Nemo enim dicit pransrix. Quia *r* post *s* non bene sonat.

PAG. 15. *Tonstrina.* Quod est officina tonsorum, vel locus ubi (*v*) tonduntur homines.

Coegisset. Compulisset.

Cicero in Timaeo. In libro, quem fecit de anima. *Alius.* Liber Platonis, quem transtulit Cicero de Graeco in Latinum, ubi fit ratio de anima. *Alius.* Timaeus, qui et Phaedo nuncupabatur, fuit amicus Platonis, ad quem Plato scripsit librum de anima, quem transtulit Cicero de Graeco in Latinum. Timaeus autem et ille amicus Platonis, ad quem de anima disputabat, et liber, quem de anima fecit ei Plato, vocati sunt.

Quartae sunt. Scilicet declinationis.

Participia. Quando nomina sunt, apud Graecos sunt generis feminini. Apud nos vero et in nomine et in participio generis sunt masculini. Et quando participia sunt, tempus recipiunt, quando vero nomina, rem incorporalem significant, et tempore carent.

Iudicatus. Ὁ κριθείς. Sciendum tamen est, quia participia praeteriti temporis eadem sunt et nomina, sed quando sunt participia, sunt secundae declinationis, et referuntur ad personam, et habent sensum passivum. Sicut dominus iudicatus est ad cruci figendum. Quando vero est nomen, est quartae declinationis, et significat ipsam rem, sicut dicimus: bo-

(*v*) Sic in codice.

bonus iudicatus factus est in illo malo; i. e. bonum iudicium. *Alius.* Iudicatus ὁ κριθείς. Unde et κριτικοὶ dicuntur poetae reprehensores aliorum, id est, qui semper iudicant de factis aliorum. Nam κρίνω est iudico.

Lectus huius lecti. Lectus quando participium est, tempus recipit; quando vero nomen, ipsam lectionem significat, et caret tempore. Inde componitur delectus, id est magna electio. Verbi gratia delectum facit rex, id est magnam electionem.

Pag. 16. *Latius autem.* (x) Quia de *aditus*, quantum ad praesens, sufficienter dictum est.

Pag. 17. *Usus magis sunt observandi.* Scilicet quam regula.

Similia inveniuntur. Quia utraque in *dus* exeunt.

A passivis quidem semper. Veniunt.

Amandus. Nomen significat dignum; ut *amandus est*, dignus qui ametur, et perdit tempus. Participium vero personam et tempus habet, ut *amandus est*, scilicet post biduum.

Ὁ προσελευτέος. Hinc (y) proselyti dicti, qui ex gentibus Iudaeos adibant, sociantes se eorum religioni.

Armatura. Significat ipsam armationem. Armatura enim, quando nomen est, fixum est, quia non venit a masculino, et dicitur graece ἡ ὅπλισις. Quando

(x) De *adito* quidem — sufficienter diximus.

(y) Sic.

do vero participium est, a masculino venit, armaturus, armatura, et dicitur graece ἡ ὁπλίσουσα.

PAG. 18. *Litura*. Est ipsa linitio. Lino, linis; et linio, linis, idem est. Sed lino propter differentiam (*z*) perfectum facit *levi*, cum debuisset facere *livi*. Sed ne putaretur esse vocativus a nomine, quod est *Livius*, *levi* facit. Inde *relino*, *relevi*; relinor *relitus sum*. *Linio* vero *livii* facit, *linior*, *linitus sum*. Linio (*a*) παραιτέω.

Ἡ γραφή. Hinc ὀρθογραφία, recta scriptura, dicitur.

Etiam in declinatione. Quia ex utraque parte secundae sunt declinationis.

Ὁ παιδευθείς. Παιδὸς graece per *αι* diphthongum latine dicitur puer. Inde εὐπαιδευτός, doctor puerorum, vel bene docens pueros.

Rerum esse. Scilicet incorporalium. Possunt vero esse corporalium rerum, quia nomina mobilia secundae sunt declinationis et substantiam demonstrant. Incorporalium vero fixa sunt et quartae declinationis, quae non habent adiectiva nomina.

Aditus. Inter haec nomina et participia hoc distat. Quando nomen est, rem; participium personam significat. Verbi gratia, *aditus* nomen significat ipsum ostium, ut: per aditum domus intrat. Aditus vero participium, ipsum, ad quem immittit adi-

(*z*) Facit praeteritum.
(*a*) Pareco.

aditus. Ut: *aditus fuit heri rex a me*, id est: *adii regem*. Et est participium. Magnus aditus est mihi cum rege, id est, magna facultas loquendi. A verbo adeo, adis, quartae coniugationis, sine aspiratione, facit similiter aditus sine aspiratione, id est, recessus.

PAG. 19. *Lectus* participium tempus recipit. Sed quando nomen est, ipsam electionem significat. Inde componitur delectus, id est magna electio. Verbi gratia, delectum facit rex, id est magnam electionem. (cf. supra).

Iudicatus, Ὁ κριθεὶς. Κρίσις vel κρίσεις dicuntur graece iudicium. Κριτὴς, iudex. Quando nomina sunt, apud Graecos generis feminini. Apud nos vero in nomine et in participio generis sunt masculini. Et participia sunt, quando tempus recipiunt; quando vero nomina, rem incorporalem, id est ipsum iudicare, significant.

Τὸ ἔργον. Graecum, opus dicitur latine. Inde ergastulum, locus ubi damnati ad opera facienda religantur. Ἔργα, opera. Ista omnia, quamquam apud Latinos similia sunt, apud Graecos dissimilia inveniuntur.

Visus est nomen rei incorporalis. Hoc visum, ipsa visio; sicut hoc verum, ipsa veritas.

PAG. 20. *Natus et ipse Dea.* Natus quando participium est, ablativo iungitur, sicut et verbum nascor; ut *natus Dea*. Dea ablativus est. Graece dicitur ὁ τεχθεὶς ἐκ θεᾶς, id est natus ex Dea. Θεᾶς ge-

genitivus Graecus est, qui pro ablativo ponitur apud Graecos. *Natus* autem quando nomen est, ut *natus Deae*, graece dicitur ὁ υἱὸς θεᾶς, id est filius Deae.

Communem vel propriam qualitatem significans. Nihil enim aliud qualitas in nomine significat, nisi propriam vel communem substantiam.

Nam comparatio non bene inter accidentia. Quia comparantur nulla nisi adiectiva.

Nominis speciebus. Ipsum nomen vocat qualitatem propriam vel appellativam. *Propriam*, ut Virgilius, Priscianus; quae nomina sunt rei, subiectae suo nomini. Cum enim dicis Virgilius, intelligis substantiam illius huic nomini subiectam, et nostro sensui intelligendam. *Appellativam*, ut sacerdos, magister, nomina sunt appellativa rei, et sunt signa rei. Terra signum rei est; rem dico corporalem, elementum videlicet, quod hoc nomine signatur. Littera vero signum signi est, vel vocis, quando pronunciatur ipsa vox, signum rei. *Rem suppositam* vocat corpus ipsum, quod suppositum est ipsi nomini, sicut verbi gratia terra subiecta est ipsi suo vocabulo. Similiter homo et cetera. Item, nomen superpositum est, substantia vero supposita.

Comparatio autem, ut dictum est. Redarguitur autem Donatus, cur posuerit comparationem inter alia accidentia. Nullum enim inveniri potest nomen, quod non alia accidentia recipiat. Sed non

omnia comparationem recipiunt, nisi ea, quae qualitatem aut quantitatem significant.

Primitivae. Potest tamen et a *vireo* verbo esse derivatum. Vir enim viret quasi herba. Facit autem praeteritum *virui*. Hinc revireo, revirui, et reviresco. Ex hoc *virar*, *viriditas;* Metaphorice dicuntur homines virere, cum sint iuvenes.

Quae propria sunt hominum. Hoc dicit propter *gaddir*, quod est nomen oppidi et neutrum; et propter (*b*) *ir*, quod est medietas palmae.

PAG. 21. *Bitumen* est gluten inextricabile ex terra et aqua concretum. Huius sunt duo genera. Unum contra ignem, quod nunquam igne consumitur. Aliud contra aquam, quod nunquam resolvitur. Isto archa Noae extrinsecus (*c*) *linita fuit* propter aquas. Ex altero vero interius, ne aliqua occasione ab igne consumeretur.

Bilis. Nigrum fel dicitur. Fel autem latine, graece *μέλαν* dicitur. Unde et melancholica passio dicitur, id est nigra cholera. (*d*) Quatuor modis dinoscuntur nomina: naturą, articulis, auctoritate, et clausulis.

Bipatens. Quasi bis patens. Porta videlicet, quae duo ostia habet. Unde Virgilius

Considunt tectis bipatentibus.

Virus. Id est corruptela vel venenum.

Non

(*b*) Lege: *hir.*
(*c*) Lege: *inlita.*
(*d*) Haec alio pertinent.

Non adeo. Non multum.

Cum de vi nemo fere dubitet. Utrum brevis sit an productum.

Virbium. Virbius est Hippolytus dictus (*e*).

Virspectabilis. Ammirabilis.

Viritim. Vir latine, graece dicitur ἀνήρ, ἀνδρός, et facit adverbium graecum: ἀνδρακάς, id est *viritim*, quod significat per singulos viros.

PAG. 25. *Imperativus et infinitivus.* Scilicet e correptum habentes, ut Donatus etiam docet.

(*f*) *Subcino.* Subtus cano.

Occino. Contra cano.

Concino. Simul cano.

Lino. Respergo.

PAG. 26. *Caveo.* Observo.

In ui. Scilicet divisas syllabas.

Cantilena. Lenis cantatio.

Et a frequentativis. Duo sunt, canto et cantito.

Concinnus. Consonans.

PAG. 27. *Ai vel oi diphthongi antecedunt.* Scilicet apud Graecos.

PAG. 28. *De quibus non est dubitatio.* Scilicet quod pronomina sint.

Quod qui pro quis ponitur. Quia interrogativum est, sicut et *quis*.

Quis

(*e*) Jam sequitur in codice vacuum unius lineae spatium.

(*f*) Sic enim in codice.

Quis autem pro qui non. Scilicet ponitur Quis non est relativum, sicut *qui*.

In contextu. In ordinatione.

Gravantur. Id est pro acuto in fine gravem accentum accipiunt.

PAG. 29. *Quando accipitur pro quomodo.* Est enim etiam ablativus.

Quod significat qui non. Id est ut non, cur non, nec non.

Atqui. Id est *certe*.

Ordinalis. Et est a graeco (*g*) ἀρχή.

PAG. 30. *Primicerius.* Quasi primus (*h*) chere. Est autem chere legio, sive exercitus.

Primipilarius. Id est vexillarius, qui fert primus vexilla.

PAG. 31. Πρωτότοκος. Τόκος graece genitus. Inde πρωτότοκος, primogenitus. Hinc etiam θεοτόκη, id est Dei genitrix.

(*i*) *Pridieprinceps.* Vocatus hodie, qui heri de principatu ejectus est. Sic fiebant consules Romani. Et est una pars.

Et cum eius declinatione. Aut cum illis dictionibus, quae carent casibus.

Abduco. Id est captivo. Unde dicitur in psalmo; Et abduxerunt nos.

PAG.

(*g*) Alius: πρῶτος.
(*h*) Ita in MS.
(*i*) Sic enim codex.

PAG. 33. *Indicativo.* Adverbialiter interrogat, et adverbialiter respondet. Si *indicativum* leges; *quo modo* divise, id est, per quem modum, dicendum est. Si vero *indicativo;* adverbialiter *quomodo* legendum.

PAG. 34. *Beo.* Beatum facio.

Creo. Condo vel genero.

Screo. Sputum ab ore proiicio. Hinc screamenta dicuntur sputa.

Meo. Transmeo, promeo.

Nauseo. Fastidio. Inde *nausea*, vomitus. *Alius. Nauseo*, vomo. Hinc nausea dicta vomitus, et tractum a navi. Navigantes enim per mare ex sentina navis, id est, ex aqua foetida vomere solent frequenter.

Laqueo. Suspendo. *Laqueus.* Suspendium.

Nucleo. Nucleum dicimus esse interiorem partem nucis. Inde *enucleare* est aliquid aperire.

PAG. 35. *Imperativum totum dic.* Imperativus modus quia difficilior esse videtur aliis modis, idcirco totum declinare iubet.

PAG. 37. *Ut statum ire.* Regnatum ire, ambulatum ire dicimus in neutris, sicut amatum ire, purgatum ire in activis.

PAG. 38. *Quidam (k) autem contcisco.* Vel *tamen.*

Ut

(k) Sic in MS.

Ut horreo, horresco. Timeo vel abominor.

Inveniuntur enim. Scilicet inchoativa.

Hisco. Incipio os aperire. *Alius.* Id est os aperio, a verbo hio, hias. Quod licet primae coniugationis sit; eius inchoativum tamen non facit *hiasco*, quod secundum analogiam facere debuit, sed facit *hisco*.

Labasco. Vacillare incipio, id est cadere.

PAG. 40. *Et supina duo, conticitum, conticitu.* Vel ita: Supina duo oriuntur a participio praeteriti temporis neutro, quod similiter profertur ad similitudinem habentium verborum (*l*).

PAG. 41. *Tacitus et tacitor.* Omnia verba, quae in *or* desinunt, in praeteritum perfectum et in plusquamperfectum deficiunt, sed a participio *recipiunt* supplementum. Sic et Graeci in quibusdam verbis a participio recipiunt supplementum. Supina dicuntur verba eo, quod resupinantur vultibus, id est respiciunt participia, vel respiciuntur a participiis (*m*).

PAG. 42. *Nec augeri nec minui in sua qualitate potest.* Verbi gratia ternarius si augmentum aut detrimentum recipiat, (*n*) statum perdet naturae.

PAG.

(*l*) Vide varias lectt. ad hunc locum notatas.

(*m*) Haec posteriora alieno loco posita pertinent ad ea, quae supra de supino dicta sunt. Vide Varr. lectt. ad h. l.

(*n*) Fortassis legendum: *statim perdet naturam.*

PAG. 43. *Universus*, *universi*. Ὁ πᾶς, ἡ πᾶσα, τὸ πᾶν. Hic omnis, haec omnis, hoc omne. (a) Δύσκολος, difficilis. Dicitur etiam *indisciplinatus*, quasi sine schola.

Omnifariam. Id est multimodis, vel ex omni parte.

Omniparens. Componitur ex omni et parens, id est omnia pariens.

Omnigena. Ex omni et genitus. Id est, omnia generans, vel omnigena, omnium generum, et est communis generis. Hic et haec omnigena, sicut advena.

PAG. 45. *Hoc primum debes scire*. Quia cum interrogas, cuius significationis, id est cuius generis, respondere genus et formam. Si fuerit activum, habet significationem activam. Si fuerit quoque frequentativum, significationem habet frequentativam.

PAG. 45. *Eius*, *cuius verbum ex quo nascitur*. Quia, cuiuscunque formae fuerit verbum, eiusdem sit participium. Ideo, quot formae sunt verbo, tot et participio.

PAG. 46. *Intentor*. Frequentativum. Intendo aliquando ponitur pro minor.

Tentorium. Est cortino a tendendo dictum, propter solis aestum devitandum.

Ten-

(a) Haec alienum locum occupant. Pertinent autem ad superiora, ubi in textu *omnis* et *difficilis*.

Tentigo. Erectio membri virilis, sive extensio alicuius rei.

Pag. 47. *Ostium quoque ab ore derivatur.* Quia sicut cibus per os ventrem ingreditur, ita et per ostium (*p*) in domo.

Ostiatim. Per singula ostia.

Oraculum. Id est divinum responsum.

Oscillum. Est parva facies, id est larva quae rustice dicitur (*q*) *talamasca.* Et Virgilius: *Oscilla et alta suspendunt mollia pinu.* Oscilla vero dicuntur parva ora, imagines videlicet, quae fiunt ex ligno et vestibus, quas vulgo *badestel* vocant. Dicuntur autem a verbo (*r*) cillere, id est movere. Inde dicuntur forcillae, unde moventur frumenta vel hordea. Oscillum et basium et suavium idem est; sed quidam faciunt differentiam. Oscillum religionis, basium amoris, suavium voluptatis.

Retinaculum. Cibus etiam retinaculum dici potest, quia retinet vitam. Et frenum retinaculum dicitur, eo quod retineat equum.

Pag. 48. *Divide singulos pedes.* Sicut dividitur corpus per membra, ita dividitur versus per incisiones.

Pag. 49. *Vel praepostere.* Id est in ultimo loco.

Pag.

(*p*) Lege: *in domum ingreditur.*

(*q*) Cf. Du Cangii Glossar. med. et infim. Lat. sub vocc. *masca* et *talamasca.*

(*r*) Cellere.

PAG. 50. *Respublica.* Id est communis utilitas.
Res uxoria. Id est quae ad uxorem pertinet.

PAG. 57. *Lens, lendis.* Quod est animal. *Lens, lendis,* quod est legumen.

PAG. 58. *Degener* proprie dicitur, qui secundum carnem nobilis factus se ignobilem praebet, non respondens actu suae nobilitati.

PAG. 60. *Hospes.* Componitur ab *hostium* et *pede,* quia antiqui, quando recipiebant *hospites,* utrique pedem in limine ponebant, et sibi invicem dexteras dabant.

PAG. 61. *Interrex* dicitur, qui interim regnat, quoadusque filius regis convalescat.
Regificus. Qui inter duos reges legatione fungitur.

PAG. 64. *Curagulus.* Qui multas curas habet.
Curia. Locus erat in Capitolio, ubi cotidie conveniebant cxx Senatores. Dicta curia, quod ibi Senatores magnis curis tenerentur de republica.
Securus. Dicitur quietus, quasi sine cura.
Obscurus. Ex *ob* et *cura.* Et dicitur obsurus tenebrosus curis. Qui enim in tenebris est, curat ut ad lucem veniat.
Triscurium. Ex triplice et cura. Et dicitur triscurium quasi triplex et multiplex cura. *Triplex* enim pro multiplici ponitur. Veluti ternarius numerus, qui pro multiplici similiter ponitur. Vel triscurium genus est ludi et venit a cura.

PAG.

PAG. 66. *Excepto ita.* Omne adverbium terminatum in *a* producitur, excepto *ita*, *quia*.

Sibi subiectarum. Dicit, quia singulae res suis sunt subiectae vocabulis. Verbi gratia terra illud elementum, quod videtur subiectum suo vocabulo, quod est terra. Similiter homo. Tres sunt species apud dialecticos: subiectum, insubiectum, desubiectum. Subiectum est, quod subiacet substantiae. Insubiectum, quod in ipsa substantia est, ut color, disciplina. Desubiectum quod de substantia praedicatur, ut ambulat, disputat.

PAG. 67. Τῷ μέσος, *medius*. Unde τὸ μέσον, nomen mediae significationis, ut *magnus*.

PAG. 71. *Classis.* Multitudo navium est, ἀπὸ τῶν πάλων, id est a lignis, e quibus fiunt.

PAG. 75. *Sic.* Adverbium iurandi est, et similitudinis.

Cyrnea. Est insula, a quo faciens derivativum dixit cyrneas taxos, quae multum abundant in Corsica regione; de quarum succo si comederunt apes, creant amarissimum mel.

PAG. 80. *Fas et nefas. Fas* deorum dicitur, *ius* hominum, *lex* uxorum.

Fastus, quando venit a verbo fastidio, tunc significat superbiam, et est quartae declinationis. *Fastus*, fasti, secundae declinationis, significat annales libros, in quibus temporum cursus describebantur. Unde fasti dicuntur dies, in quibus licet ope-

ra-

fari et legem fari. Contra nefasti, in quibus nec licet operari, nec legem conceditur loqui; unde Ovidius: (Fastor. I, 47.)

Ille nefastus erit, per quem tria verba silentur;

id est lex, ius et fas; (Fast. I, 48.)

Fastus erit per quem lege licebit agi.

Fasti dies proprie dicebantur, in quibus gesta annorum recitabantur.

PAG. 89. *Promitto.* Id est polliceor sponte, promitto non invitus. Pollicemur sponte, promittimus rogati.

Praetermitto. Id est intermitto.

Emitto, inde emissarius. Admissarii et emissarii idem sunt. Sed emissarii sunt milites, ab emittendis sagittis dicti. (*s*) Emissarii etiam sunt equi, qui (*t*) emittuntur ad equas. Et aliquando pro luxurioso ponitur.

Missilis vocatur, quicquid a (*u*) longe (*v*) mitti potest. Sicut enim *telum* dicitur a Graeco, quod est τῆλον, eo quod longe iaci possit; ita et missile, omne quod mitti potest.

PAG. 90. *Penetralis.* Secretior pars.

Penetrabilis. Quod penetrari potest.

Hae

(*s*) Haud dubie legendum *Admissarii autem.*
(*t*) Forsitan: *admittuntur.*
(*u*) Sic.
(*v*) Supra scr.: *iaci.*

Habenas. Semper enim pluraliter declinatur, *habenae.*

Τὸν βρόμον. Id est a comestione. Nam βρῶσις graece, latine cibus (*x*) oppomion significat.

Est igitur habena. Retinaculum ab habendo dictum.

Toreuma, toreumatis. Tornatura vel bulla, quae in balteolis puerorum est. Seu vas tornatile.

Pag. 91. *Litterarum vero nomina.* Sciendum est, nomina litterarum ideo indeclinabilia esse, quia fundamentum artium sunt litterae. Et si fundamentum domus movetur, supereminens structura vacillat et solida esse non potest. Vel ideo indeclinabilia sunt, quia a barbaris ignorantibus declinationem inventae sunt, id est a Phoenicibus. Unde et *phoeniceo* id est rubicundo colore tituli librorum et capita scribi solent.

Habitudo. Ipsa res, id est habitus.

Habitaculum. Domicilium.

Pag. 92. *Primitiva.* Primitiva pronomina sunt VIII, derivativa VI.

Pag. 93. *Magis nomina dicenda sunt, quam pronomina.* Quia per nomen de sola substantia fit interrogatio.

Pag. 94. *Cuius, a, um, et cuias.* Et est possessi-

(*x*) Fortasse: *epulum.*

possivum pronomen, id est possessionem demonstrans. Et indeclinabile, ut Virgilius:

Cuium pecus. (Eclog. III, 1.)

Quotus. Numeri ordinalis, ut quotus. Et quota est luna dicimus. Tota est, prima vel secunda. *Tota* relativum est, et tunc derivatur a *tot*, et habet declinationem pronominis. *Totus* vero nomen non significat ordinem, sed partem. Sic legitur: *totum hominem sanum fecit in Sabbatho.* Et est primitivum et secundae declinationis, ut *totus, toti.*

PAG. 95. *Sed alia videtur esse significatio.* Id est, alius intellectus. Quot et tot nomina sunt numeri. Quotus et totus nomina ordinis.

Haec tamen nomina. Quis et qui et quantus et tantus et qualis et talis.

Inter pronomina posuerunt. Qui ponitur pro quis, quis vero non ponitur pro qui. Si enim dicam interrogative: quis fecit hoc? redditur mihi *qui* relative, quod nunquam agit quis (*y*).

PAG. 96. *Qualis et quantus* apud Graecos (*z*) accidentibus distant, quando interrogativa vel relativa vel infinita sunt. Relativa sunt cum dicas: qualis fuit Hercules? Talis, qualis et Theseus. *Quantus* infinitum est eo, quod ad omnem mensuram refertur, ut: quantus fuit ille? bipedalis et tripedalis mensurae.

PAG.

(*y*) Haec ab hoc loco aliena videntur.

(*z*) Lege: *accentibus.*

PAG. 106. *Per ἀντίφρασιν.* Phrasis locutio dicitur. loquor enim φράζω. Unde ἀντίφρασις contradictio et περίφρασις circumlocutio.

PAG. 107. *Terentius in adelphis.* Ἀδελφὸς graece, uterinus dicitur latine, scilicet de uno matris utero egrediens.

Τὰ τραγήματα. Vilia munuscula, ut sunt nuces et (*a*) panes, quae latine dicuntur (*b*) colobida. Hinc et tragoediae sunt vilia carmina.

PAG. 108. *Belligenus.* Fuit enim consul Romanorum, qui eo tempore natus est, quo civilia agebantur proelia.

Perduellio. Id est totum tempus, quo lis agitur, quod vulgo dicitur *guerra.* Inter duos potest esse pugna, proelium vero non nisi inter multos. *Bellum* vero omni tempore. Proeliator, qui semper est adsuetus bella gerere. *Alius.* Inter pugnam et bellum et proelium hoc distat. Pugna est, quando cominus pugnatur. Bellum et proelium, quod longo tempore fit. Hic perduellio, huius perduellionis, ipse est, qui facit originem belli, iurgium videlicet et contentionem. *Duellum* est bellum, quod inter duos fit. *Duellium* vero ipsa litigatio.

Belli portae. Sub uno accentu prolatae dicitur ianua templi Iani, quae tempore pacis claudebatur. Imminente vero bello aperiebatur, ut inde proeliantibus

(*a*) In codice est: PA.
(*b*) Emendandum.

bus veniret auxilium. Quinque enim portae in templo Jani erant, et belli portae vocabantur eo, quod in tempore bellorum aperiebantur, pacis tempore claudebantur.

Insigno. Nobilito, orno. *Insignitus*, quasi ornatus signis.

PAG. 109. *Signifer.* Id est primipilarius.

Antesignanus. Id est propugnator signorum.

Resigno. Id est resolvo, unde resignari epistolas dicimus, quando signum aufertur. *Alius. Resigno* aufero. *resignat* id est aufert.

PAG. 111. *Fasces.* Dicuntur a fasceolis, id est lemniscis, quibus coronabantur sacerdotes.

PAG. 115. *Te graecam, quando repletiva est.* Id est ornativa. *Te* graece; que latine dicitur, et tunc non copulat, sed ornat.

PAG. 117. *Ipse* omnibus (*c*) apponitur personis; ut ipse ego, tu ipse, sui ipsius; unde graece dicitur: *ἐπιθηματικὸν.*

PAG. 120. *Uter.* Uter et uterque duo sunt. Uter legat, uter scribat. Uterque vero aliter intelligitur. Quia cum dico, duo sunt, uterque veniat, simul comprehendo illum et illum. Unde de Moyse dicitur: *portans duas tabulas lapideas scriptas utrasque digito domini.*

Di-

(*c*) Al. praeponitur.

Diversus. Inde et diversorium dicitur, domus hospitum, et diverticulum, ubi nos divertimus a via.

PAG. 123. *Et adverbium comparativum penitius.* Omnia enim adverbia comparativa similia sunt comparativo neutro nominis, ut hic et haec doctior et hoc doctius, doctius adverbium.

PAG. 124. *Frons.* Distat enim inter frons et frons. Frons, frondis, folia arborum. Frons, frontis, membrum hominis, quod (*d*) προσωπον dicitur graece. Μέσος medius, ὄψις facies; hinc frons media pars capitis.

Libripens. Iudex qui librum id est stateram tenet et componitur a pendo et libra.

Partio. Activum, et *partior* passivum. *Partio* neutrum et *partior* deponens. Sed haec omnia unum sensum habent.

Expers. Quasi extra partem, id est alienus.

Particeps. Partem capiens.

Bipertitus. Bis partitus.

Gestio. Gestire est interiore motu corporis ostendere gaudium.

Gesticulor. Id est corpus moveo, sicut mimi faciunt, qui ioculares dicuntur.

PAG. 127. *Offendo.* Offendo est subito et insperato aliquid invenire.

PAG.

(*d*) Μετωπον al.

Pag. 128. *Praecordia* dicuntur intestina, quae sunt circa cor. Idem sunt et (*e*) facinora.

Pag. 129. *Fartor*. Repletor.

Pandus. Curvus, apertus.

Haec charta. Ab oppido Cartino, ubi primum usus eius inventus fuit.

Pag. 131. *Domicilium*, quasi domus cilium.

Domicilium, quasi domi esticus, id est in domo escam comedens.

In loco. Domi sum.

Ad locum. Domum pergo.

De loco. Domo abeo.

Pag. 134. *Olympiodorus* est compositum ab olympio et doro.

Olympionices. Ab olympio et onyce, id est ungula. Unde et Sardonyx dicitur eo, quod habeat colorem onycis, id est ungulae.

Pag. 136. *Oceanus*. Secundum Isidorum dicitur ipsum elementum, a circuitu (Isidor. Hisp. 1151. ed. Gothofr.)

Pag. 140. *Tergo* et secundae (*f*) declinationis est et tertiae. Unde Sedulius (*g*) descendam:

Nec tergere sacras nec cessat lambere plantas.

Punxi. Hoc distat inter pungo, pupugi, et pungo

(*e*) Lege: *iecinora*.

(*f*) Al. conjugationis.

(*g*) Lege: *de secunda*. Sed fortasse latet nomen carminis.

go punxi, quod pungo pupugi de talione dicitur, id est vindicatione, ut in Evangelio videbitur; *in quem pupugerunt*, id est, quem lancea vulneraverunt. Pungo, (*h*) punxi de constellatione.

Aurora. Dea paganorum, quae graece Ἠῶς vocatur, id est, alba dea, ab aura dicta, id est a splendore. Ἠὼς graece (*i*) albus, inde Ἠῶς dicitur alba dea. proprie enim ascensus solis est, quando sol ascendit super terras ab inferioribus partibus.

In qua solet pulsu solis aer commotus auram facere. Ventus enim mutatur vespere aut media nocte vel in aurora, id est prima parte diei, quando aer verberatur pulsu solis.

Per ramos aura refulsit. Id est splendor. Quaedam arbos erat, quae aureos ramos habebat, inde poeta exemplum detulit, posuit auram pro splendore illius. Inde et aurum et aurarii, qui favoribus splendiores, id est, claros faciunt, quia sicut artifex ex auro aliquid tegit, et intus latet res vilior, ita adulatores quasi tegunt verbis suis, unde aurarii dicuntur. Et aurigae, qui splendorem sibi agunt auris, id est, quasi a favoribus populi, id est clamoribus.

Pag. 143. *Delictum.* Inter peccatum et delictum hoc distat, quia peccare est facere quae non sunt agenda. Verbi gratia, dominus prohibet ut non ho-

(*h*) Al. pupugi.
(*i*) Al. *Album*.

homicidium faciamus, et facimus, hoc est peccatum. Delictum a delinquendo, quando derelinquimus ea, quae facienda sunt. Sicuti dominus nobis praecipit, ut diligamus proximos nostros, ut nos; et hoc non agimus; hoc autem est delictum.

PAG. 145. *Corniger.* Cornuta depinguntur flumina, vel propter mugitum, vel propter reflexiones riparum.

PAG. 149. *Confringo.* Simul frango.

PAG. 150. *Perfringo.* Totum frango.

Pango, pegi vel pepigi. Pango, quando significat premo, facit praeteritum *pepigi.* Inde legitur *pepigi foedus meum*, id est, pressi. Et pango, quando significat cano, facit praeteritum *pegi*, id est cecini. Pango pegi id est cano. Et pango (*k*) pansi, id est infigo vel imprimo. Unde dicimus olus pantile, quod digito terrae infigitur. Hinc legitur in Daniele: *Impigi* id est, cecini. Pango, panxi, unde pantile, id est planta, quae terrae infigitur.

Sanctus. Sanctus nomen et sancio verbum faciunt participium (*l*) sco. Et sanctus dicitur sanguine unctus.

Adverto. Intendo vel considero. Dicimus etiam advertere, contravertere, vel considerare. Inde animadverto verbum.

PAG.

(*k*) *Panxi* leg.
(*l*) Sic in codice.

PAG. 151. *Scisco.* Interroga.

Lacesso. Provoco.

Arcesso. Repello.

Viso, visis cet. Haec magis desiderativa esse videntur, quam frequentativa. Viso, videre desidero.

PAG. 152. *Galliam versus.* Gallia a γάλα gr. lac.

Versus. (*m*) Adversus nomen, et (*n*) adversus participium est et adversus praepositio et adversus adverbium.

In Catilinaria. Catilina fuit consul Romanorum de quo historiam fecit, librumque Catilinarium vocavit, id est, librum, quem scripsit contra Catilinam.

Tonstrina dicitur officina, locus videlicet tonsorum.

Vel quod antiqui a dextera —— —— scribebant. Sed nos moderni modo a sinistra parte sumimus. Et sol in sinistra parte oritur.

Vertigo. Proprie rotatio poli vel volubilitas. Vertigo etiam passio capitis.

PAG. 153. (*o*) *Iuvenalis* et iuvenilis idem est. Tunc est appellativum. *Iuventus* est multitudo iuvenum. *Iuventas* vero, iuventatis est robustas alicuius iuvenis.

Stipendia militum. (*p*) Stipendia dicuntur victu.

(*m*) Scribe: *versus.*

(*n*) Scribe: *versus.*

(*o*) Hoc ordine in codice legebantur.

(*p*) Hoc ordine in codice legebantur.

ctualia. Militibus enim, cum ad pugnam proficiscerentur, stipendia dabantur. Dicta stipendia quasi a stipe pendenda, quia non adnumerabantur, sed appendebantur. Denarii vero, qui militibus dabantur in proelia pergentibus, stipendia martiatica vocantur.

(*q*) *Mars* et *Mavors* idem est. Sed Mavors dicitur per productionem syllabae, sicut *induperator* pro imperator, et sicut *docetor* pro doctor.

PAG. 154. *Latium a latendo* nominatum eo, quod ibi latuerit Saturnus, fugiens Iovem, filium suum.

Vel a latitudine nominatum eo, quod ab ipso oppido tota gens Latina sit appellata. Vel quod lateat inter montes. Ex utraque enim parte est inter alpes, et mare oceanum habet a fronte.

FINIS SCHOLIORUM IN LIBRUM
DE PRINCIPALIBUS VERSIBUS
AENEIDOS.

(*q*) Hoc ordine in codice legebantur.

NOTAE

AD

LIBRUM DE VERSIBUS AENEIDOS.

PAGINA 3. *Ad pueros.* Legitur haec clausula in optimis codicibus, neque abhorret. Certissimum enim est, hunc librum, si a Prisciano profectus est, quod iam Lipsius de recta pron. lat. ling. p. 24. in dubium vocabat, mihi vero vix dubitari posse videtur, in discentium usum esse compositum, aut, quod lubentius credam, in scholis publicis a Prisciano declamitatum, atque ab uno discipulorum calamo exceptum. Sed facilius longe adducor, ut arbitrer, librum fuisse continua oratione compositum, ac posteriori tantum aetate ab Grammaticis in colloquii formam redactum. De qua re vide infra. Haud etiam multa occurrunt in hoc libro, quae non in maiore grammatico opere planius atque uberius exposita sint.

Genere uniformis. Quae metra ita dicantur, docet Scholiastes Hephaestionis pag. 77. ed. Gaisford. Et Marius Victorinus p. 2547. ed. Putsch. Est autem graecum: γενικὸς μονοειδής.

Quid

Quid est genere uniformis. Quae ante et post has voces nunc primum leguntur litterae, D. id est, discipulus, aut secundum alios libros, Δ. id est, διδάσκαλος; deinde, M. quae aut graece μαθητὴν, aut latine magistrum notat, ut in varr. lectt. ostendi; eas iam propterea sollicitandas esse arbitratus sum, quod incertum erat, utrum magister an discipulus quaerentis personam haberet. Accedit, quod in codicibus persaepe omissae sunt istae litterae, quare saepe dubium, ubinam collocandae essent. Denique neque in aliis libris grammaticis, neque in Marii Victorini arte grammatica, quae eadem per interrogationem et responsionem detexta est, eiusmodi signa apparent. Leguntur quidem in Alcuini Grammatica, hominis, qui Caroli Magni temporibus vixit, sed ibi alia ratio. Introducit enim ille praeter magistrum duo discipulos, Franconem et Saxonem, quorum nomina colloquiis suprascripta in contextu eo minus offendunt, quo magis apparet ex ipsis auctoris verbis, eum huic rei operam dedisse. Quae igitur illic necessaria sunt, hoc loco turbant; propterea noluimus lectores fatigare. Sed de his pluribus exposui infra ad librum de accentibus.

Generalia metra novem. Conferatur Scholiastes Hermogenis, laudatus a Gaisfordio in praefatione ad Hephaestionem, quem omnem locum apposuimus: Ἰστέον, ὅτι Ἡφαιστίων φυσικὰ μέτρα γενικὰ βούλεται εἶναι ἐννέα. δακτυλικὸν, ἀναπαιστικὸν, ἰαμβικὸν, τροχαϊκὸν, ἀντισπαστικὸν, χοριαμβικὸν, ἰωνικὸν ἀπὸ μείζονος, ἰωνικὸν ἀπὸ ἐλάσσονος, κρητικόν. τὰ δὲ παρὰ ταῦτα

τα

τα ἀσυνάρτητα καὶ συγκεχυμένα. Ubi pro paeonio metro creticum recensetur in generalibus. Paeonium autem tenet Aristides Quintilianus περὶ μουσ. 50. ed. Gaisf. Τῶν δὴ μέτρων πρωτότυπα μέν ἐστι καὶ ἁπλαῖ τὸν ἀριθμὸν ἐννέα· δακτυλικόν, ἀναπαιστικόν, ἰαμβικόν, τροχαϊκόν, χοριαμβικόν, ἀντισπαστικόν, ἰωνικὰ δύο, παιωνικόν.

Pag. 4. *Sunt in quibusdam generibus diversae species versuum.* Cf. Steph. pag. 77. ed. Gaisf. ibique Scholia.

Horatianum: Lydia dic per omnes. Est locus Horatii Od. lib. I, c. VIII, 1.

Ut est apud Flaccum: Scribere versiculos cet. Horat. Epod. II, 2. ubi editiones ante Bentleium: *amore perculsum* pro eo, quod ille: *amore percussum.* Utra lectio praeferenda, disputat Bentleius l. c. quem conferas. Quod autem nostri codices: *percussus*, nominativo, id propterea factum videtur, quod versus extra reliquorum cohaerentiam positus est. Sed nulla temeritas potest cogitari magis pestifera, quam loca a Grammaticis laudata ad excusorum librorum lectiones conformare, quod saepe factum dolemus.

Pag. 5. *Depositione terminalis in disyllabum.* Ἀποθέσει καταληκτικὸς εἰς διδύλλαβον. Sunt enim haec omnia de Graecis versa, cuius rei exempla in his occurrunt luculenta. Sed conf. Hephaest. Scholiast. ad cap. 4, pag. 24. ed. Gaisf. ubi haec leguntur: Ἰστέον δὲ, ὅτι ταυτό ἐστιν ἀπόθεσις καὶ κατάληξις. κ. τ. λ. Scholiastes alius pag. 160. ad idem

cap.

cap. Κατάληξις καὶ ἀπόβασις ταυτόν ἐστιν· Κατάκλειδα δὲ φησιν τὸν πρὸ τῆς καταληκτικῆς συλλαβῆς πόδα μετὰ καὶ αὐτῆς τῆς συλλαβῆς. Verum omnia illa ab Hephaestione eiusque Scholiastis exposita huc contulisse iuvabit. Comparanda etiam, quae larga manu effudit Gaisfordius ad caput de *metrorum fine* pag. 233. ubi hic noster locus etiam excitatus legitur. Quae iam scholia habenti *Catalecton dicunt Graeci syllabam* cet. (v. varr. lectt.) ea merito nos ex nexu reliquorum, cui in R. intertexta erant, expulisse, loquuntur ipsa. Primum enim dicitur syllaba catalectos, quae remaneat post integros pedes. Et deinde catalectici versus dicuntur, quibus nihil desit post integros versus. Nisi forte legendum: *Unde et acatalectos* cet. Sed neque sic in textum intrudenda sunt.

Pag. 6. *Sylvae laborantes geluque.* Locus est Horat. Od. lib. I, IX, 3. Appellatur autem hoc metri genus a Servio in Centimetro *Iambicum alcaicum*, dimetro hypercatalecto constans. V. Serv. Cent. pag. 7. ed. Santen. cf. praeterea Scholia ad Hephaest. pag. 168. ed. Gaisf. Huc etiam pertinent, quae de stropha Alcaica praecipit Hermann. in Elem. doctr. metr. pag. 687.

Mea renidet in domo lacunar. Horatii versus e lib. Odar. II, 18, 2. Dicitur τρίμετρον καταληκτικὸν a Scholiaste Hephaest. pag. 168. Cf. etiam Gaisfordii notas ad cap. V. Heph. 246.

Commata autem sunt tria. Sunt igitur hoc loco commata, quas caesuras alii, Diomedes incisiones, Grae-

Graeci τομάς appellant. De his v. Aristid. Quintil. pag. 195. ed. Gaisford. Diomedes pag. 496. Terentian. Maurus pag. 2419. Putsch. vers. 1669. ed. Santen. Marius Victorinus pag. 2508. et qui praeterea citati sunt ab Hermanno Elem. d. metr. pag. 334. et a Gaisfordio ad Heph. inde a pag. 268. Notum autem est, caesurarum in hexametro numerari ab Hermanno XVI.

Tertia trochaica. Κατὰ τρίτον τροχαῖον, sic dicta caesura propterea, quod post tertium trochaeum, hoc est post trochaeum in tertio pede, verbum finitur. Res est nota.

Semiquinaria. Πενθημιμερής, quod tertii pedis dimidium, h. e. primam syllabam caedit. Neque hoc nunc incognitum.

Semiseptenaria. Ἑφθημιμερής, quod quartum pedem in prima syllaba incidit.

Quarta Bucolica. Τετάρτη βουκολική. Appellatur haec caesura ab auctore *passio*, hoc est *vitium*, secundum Graecos, qui πάθη στίχων frequentarunt. V. Scholia ad Hephaest. pag. 182. ed. Gaisford. De quarta bucolica et de prioribus caesuris conferendi, quos supra ad verba, *commata sunt tria*, laudavi auctores.

PAG. 7. *Semipes.* Intelligo caesuram in primo pede hexametri, ut Iliad. α, 51.

Βαλλ'· αἰεὶ δὲ πυραὶ νεκύων καίοντο θαμειαί.

Praeter hunc auctorem neminem veterum novi, qui de hac caesura dixerit. Plura invenies apud Hermannum Elem. d. metr. pag. 335.

Quarta trochaica. Intelligitur ea, ex qua post quartum trochaeum, sive in quarto pede post trochaeum, verbum finitur. Vide, quos laudavimus supra.

PAG. 8. *Triginta et duarum.* Haec et sequentia ad finem usque Cap. I, fere eadem apparent apud Scholiasten Graecum Hephaestionis pag. 165. ed. Gaisf. cuius verba hic apponere non dubitavimus: τοῦ μὲν ἡρωικοῦ μέτρου σχήματά εἰσι τριάκοντα δύο. ὅλων γὰρ ὄντων δακτύλων ἓν. σχῆμα γίνεται, καὶ ὅλων σπονδείων, ἕν. δάκτυλος δὲ μετὰ σπονδείων, ε. σπονδεῖος δ' αὖ μετὰ δακτύλων, ε. (Vide, quomodo his confirmetur nostra emendatio, duce codice facta: *et e contrario, quinque spondeos habentes, unam faciunt figuram.*) δύο δὲ σπονδεῖοι μετὰ τριῶν δακτύλων, ι. Καὶ δύο δάκτυλοι μετὰ τριῶν σπονδείων, ι. Καὶ ἔστιν ἡ μέθοδος οὕτως. Ἑκάστη τῶν ε χωρῶν δύο δέχεται πόδας, δάκτυλον καὶ σπονδεῖον. Καταγράφω τοίνυν πεντάκις τὴν δυάδα β. β. β. β. β. καὶ πολλαπλασιάσας τὴν πρώτην ἐπὶ τὴν β. ἤγουν δὶς δύο ποιῶ τέσσαρας. Εἶτα τὰ ἀπὸ τῆς πρώτης καὶ β γεγονότα, ἤγουν τὰ τέσσαρα ἐπὶ τὴν τρίτην, τοῦτ' ἔστι τὰ δύο δὶς τέσσαρα λέγων ποιῶ, η. Καὶ ταῦτα ἐπὶ τὴν δ. ἤγουν τὰ δύο, καὶ γίνονται ις. δὶς γὰρ τὰ ὀκτώ, ις. Καὶ ταῦτα ἐπὶ τὴν ε. καὶ γίνονται λβ. δὶς γὰρ ις. τριάκοντα δύο.

Quae in libris editis nunc de iambis eadem ratione dispositis ac dinumeratis leguntur, quae a nobis codicum auctoritate expulsa et inter scholia reposita sunt, ea eodem modo ab eodem Scholiaste Hephaestionis laudantur, quo magis confirmari videtur,

esse a posteriore manu apposita. Nam cum apud nostrum alieno loco, quippe ubi de solo hexametro agatur, invenirentur, apud Scholiasten vero Hephaestionis, qui de Epiploca in universum agit, apposite et commode legantur; coniici licet, haec quae a nobis omissa sunt ab aliquo emendatore serius ex alio libro, ubi de Epiploca agebatur, deprompta, huic nostro loco intertexta esse. Codices autem rem conficiunt, quorum alter, S. illa plane alia exhibebat, ut a nobis in Scholiis ostensum, alter, R. multo plura eaque pleniora habebat, quae a Prisciano non esse satis ipsa ostendunt. Cf. Scholia. Sed dabimus etiam illa Graeca ex Schol. Heph. pag. 166. ed. Gaisf. Ἐλθωμεν καὶ ἐπὶ τὸν ἰαμβικόν. ἡ πρώτη χώρα δέχεται πόδας ε. ἴαμβον, χορεῖον, ἀνάπαιστον, δάκτυλον, σπονδεῖον. ἡ δευτέρα τρεῖς, ἴαμβον, χορεῖον, ἀνάπαιστον· ἡ τρίτη, πέντε, ὁμοίως τῇ πρώτῃ. ἡ τετάρτη τρεῖς, ὁμοίως τῇ δευτέρᾳ. Ἡ πέμπτη· καὶ ἐκτίθημι οὕτως. ε, γ, ε, γ, ε. Τῇ ὁμοίᾳ οὖν χρώμεθα μεθόδῳ. Πολλαπλασιάζω τὴν α, ἐπὶ τὴν β. πεντάκις τὰ γ, ιε. Καὶ ταῦτα ἐπὶ τὴν γ. πεντάκις ιε, γίνονται οε. Καὶ ταῦτα ἐπὶ τὴν δ. τρὶς οε, σκε. Καὶ ταῦτα ἐπὶ τὴν ε, πεντάκις τὰ σκε, ,ϕκε. Ὥστε εἶναι τὰ τριμέτρου ἰαμβικοῦ σχήματα ϕκε.

Pag. 9. *Quot praepositiones? Unam: ab.* Memorabilis, quae hoc loco obvia est, lectionis varietas, quam in varr. lectt. significavimus, qualem saepe recurrere videbimus, quae maxime in omissis interrogandi formulis cernitur, ostendit, non ubique neque semper librum ita interrogatione ac re-

sponsione distinctum fuisse, uti nunc est. Sed de more aetatis inferioris, libros veterum Gramm. aptare interrogandi ac respondendi formulis et in modum diverbiorum distinguendi, dicemus infra ad librum de accentibus.

PAG. 10. *Dicendum duris* cet. Locus est Virgilii Georg. I, 160. ubi editur: *Dicendum et, quae sint duris;* pro quo iam Cuningham legi iussit: *dicendum, duris quae sint.* Vide Heynium ad hunc Virg. locum.

Colligere arma. Aen. 5, 15. *Cerealiaque arma.* Aen. 1, 177.

PAG. 12. *Nullum similem casum habent.* Locum emendandum esse iudicabam. Nunc aliter sentio. Puto enim rectissime a me exhibitum esse, ut nulla amplius emendatione opus sit. Iusto enim brevius dictum esse videbatur librariis: *nullum similem casum;* propterea verba: *nulli alii* apposuere de suo, quae verba pro dativis dedere. Videant doctiores.

PAG. 13. *Cicero in quarto de Rep.* Creditur vulgo, *brachialia* vocem in illo libro Ciceronis lectum fuisse. Sed ex Prisciano patet, potius *armillae* inventum esse. Cf. fragm. Ciceronis in hurius editionibus. Adde Ernesti Clav. Cic. sub voce *armillae.*

PAG. 15. *Defenstrix.* Hanc vocem, quod sciam, nemo scriptor alius ex veteribus nobis reliquit. Pro

ea

a *defensatrix* est in Gesneri thesauro, perperam. *Defensatrix* ne probum quidem verbum iudico, h. e. apud bonos auctores non obvium. Ad illam autem formationem sunt haec apud Nonium pag. 150. ed. Mercer. *Possestrix*, *tonstrix*, *impulstrix*, *pluustrix*, *assestrix*. Et pro *curatrix*, quod eodem loco occurrit, repone: *rastrix*, verbale femin. a rado, unde et rastrum.

Pag. 16. *O mihi praeteritos* cet. Virg. Aen. VIII, 560.

Nullum enim participium cet. Desumta haec omnia cum exemplorum copia, ut permulta alia, imo fere omnia, ex maiore Prisciani opere. Hoc loco cf. pag. 899. Sed ibi plura: quae vide.

Morte obita. Virg. Aen. X, 641.

Sol aditus cet. Haec ita scribenda sunt:

Sol aditus, quam quaeris, ait, ne vana labores,
Nupta Jovis fratri tertia regna tenet.

Non correcta prodiere ex officina. Locus est Ovid. Fastor. IV, 583.

Pag. 21. *Cur sonum videtur habere in hac dictione i vocalis υ litterae graecae?* In his ac sequentibus hanc auctoris mentem vidisse mihi videor. Prisciani temporibus corrupta iam erat multis modis sermonis latini pronunciatio. Quod Graeculis maxime tribuendum censeo, qui inde a perdita libertate omnem iuventutis instituendae Romanae provinciam sustinuerunt. Ii cum multa alia falso et corrupte proferre latine loquentes solebant, cui rei testimo-

nio est, quod Consentius dicit, in Arte de Barbarismis et Metapl. nuper ex vetusto codice edita, pag. 17 seqq.; tum vero syllabam *vi*, quando ea brevis esset, singulari quodam sono pronunciabant. Quam syllabam cum scriberent *ovi*, consimili etiam ratione pronunciasse in promptu est. Quod facile toleratum in iis vocibus, ubi longa erat ista syllaba. Secus accidit in verbis a brevi illa syllaba incipientibus. Ibi corripiendus erat aliquantisper sonus. Quod sentientes posteriores *vi* syllabam brevem ita extulerunt, ut υ graecum, aut *u* latinum imminutum illud et fractum, sonaret, eo quidem modo, quo in vocibus *maxumus*, *optumus*, *inclutus*, media syllaba sonuisse traditur. Testimonio est locus Prisciani, qui rem conficit. Prisc. Gramm. 539 Ubi legitur. *Praeterea tamen* i *et* u *vocales*, *quando mediae sunt*, *alternos inter se sonos videntur confundere*. *Et* i *quidem*, *quando post* u *consonantem*, *loco digamma* F *functam Aeolici*, *ponitur brevis* cet. Adde Donatum Ed: prima 1735. a quo *expressum sonum vocales* i *et* u *non habere* dicuntur. Vide etiam Sergium in primam artem Donati pag. 1827. In vocibus autem, in quibus *vi* syllaba longa est, singulari casu factum est, ut graecanica illa pronunciatio obtinere non posset.

Sed quoniam semel sermo incidit de vitiis pronunciandi a Graecis in latinam linguam introductis, plura de hac re Grammaticorum testimonia videamus. Primum omnium multi momenti in rem nostram locus est apud Grammaticum Pompeium, in Commento

to Artis Donati MS., quod in bibliotheca Leidensi asservatur. Ibi auctor de genitivo agens, postquam Probum integrum librum de genitivo scripsisse memoravit, sibi obiectum iri timens, cur, cum Probus tam multus fuerit in illo argumento tractando, ipse de eadem re plura scriberet, se excusat his verbis: *De hoc casu quare dicat? Plerique sunt apud nos Graeci, et trahuntur satis ad illam linguam consuetudinis suae. Apud Graecos, ut diximus, ablativus non invenitur, sed omnia per genetivum proferunt.* Hic igitur, quia graecissantes edocendi erant de vero usu genitivi latini, propterea accuratius exponendum censuit de Genitivo. Ne igitur graecae linguae prava consuetudo, quae timendum erat ne latius serperet, obtineret, cavendum praeceptis singularibus putabant magistri latini. Adde artem Consentii de barb. et metapl. pag. 21. *Sed et aliis litteris sunt genitalia quaedam quarundam vitia nationum. Ecce ut in tali verbo* t *tam pingue nescio quid sonant Graeci, ut, cum dicunt* etiam, *nihil de media syllaba infringant. Contra, ubi non debent infringere, de sono eius litterae infringunt, ut cum dicunt* optumus, *mediam syllabam ita sonant, quasi post* t, ζ *graecum ammisceant.* Sic enim legendum esse existimo. Hunc locum nec Cramerus intellexit, et Buttmannus sibi intellexisse visus est, uterque prava lectione deceptus. Hoc enim sibi vult Grammaticus, Graecos vocem *etiam* divise, tribus syllabis, et distracte eloqui solere (cf. Consent. de metapl. et barb. pag. 20. ubi idem

de enuntiatione Graecanica vocabuli *tui* docetur) sic: *e, ti, am*, ut nihil mutetur, nihil in prolatione acceleretur, media syllaba. Corrumpi enim mediam syllabam apud Latinos; ita ut *et, jam* pene sonet, duabus tantum syllabis, docet Consentius. Contra vero in voce *optumus*, ubi nihil infringant, nihil corrumpant Latini, mediam syllabam ita mutari a Graecis, ut sonet, tamquam ξ post τ audiatur, quasi *optsimus*; qui sibilus et olim apud posteriores Graecos, fuit, et nunc apud hodiernos Graeculos proprius est litterarum δ, ζ, τ, ut satis constat. Non igitur verum est, quod Buttmannus in nota ad illum Consentii locum perspexisse sibi videtur, vituperari a Consentio eos, qui in voce *etiam* litteram *t* proprio alias eius sono pronunciabant. Nam pronunciatio *etsiam*, quam placuisse Consentio ait, qua media syllaba quasi infringeretur, (sic enim intell. B. hanc vocem) Graecis tantum consueta, tunc temporis nondum frequentata Latinis, docente ipse Consentio, postmodo tantum in lat. sermonem traducta et recepta est.

Pag. 22. *Virbium*. Occurrit nomen *Virbii* Virg. Aen. VII, 762. ubi vide Servium, qui nugis Gramm. spretis sic disserit: *Revera autem Virbius est numen, coniunctum Dianae; ut Matri Deum Atys, Minervae Erichthonius, Veneri Adonis.* Et paullo inferius ad versum eiusd. lib. 776: *Virbium autem quidam solem putant esse, cuius simulacrum non est fas attingere, propter quod nec sol tangitur.* Ex quibus hoc prodire videtur, vetustissimo alicui Italiae

Hae populo *Virbium* et *Dianam* (fortassis: *Virbiam*) repraesentasse Solis et Lunae numina, ut igitur etiam in Italia cultus rerum coelestium antiquitus obtinuerit. In Virbio autem quod ad derivationem nominis attinet, videtur descendere a *viribus*, aut a *viro*, quod ad idem recurrit; ut ab *Ilia*, *Silviam*, quod nuper demonstratum est, ab ὕλη, *sylvam*, et sic multa alia facta esse constat. *Virius* autem et *Viria*, pro quibus *Virbius* et *Virbia* dici consuerit, numina roboris et omnium virium, h. e. omnibus vires et vitam praebentia essent, eodem modo, quo Graeci Ἄρη, Martem, a vocabulo antiquo ἄρος, robur, unde ἄριστος, ἄρειων, fecisse videntur. *Virbii* nomine etiam appellatum esse Laconices fluvium, auctor est Vib. Sequester de fluminibus pag. 85. Cf. praeterea Creuzers Symbolik. tom. I, 489. tom. IV, 146.

Pag. 23. *Tanton'* cet. Versus Virgilii Aen. X, 668. ubi sic editur:

Tanton' me crimine dignum
Duxisti?

Ubi sibi non persuadere Heynius potuit, *tanton* potuisse fieri ex *tantone*. Nimirum de ea re dubitari prorsus nequit.

Pag. 24. *Ago, agito facit et lego, legito.* Ex hoc genere frequentativorum est, quod Cicer. de divinat. lib. I, 1. et I, 45 legitur: *observitaverunt*, qui loci a Bakio meo mihi significati sunt. Ibi quum de crebra observatione intelligi debeat, (ne-

quae solum Deorum voces Pythagorei observitaverunt) tamen Ernestius, qui aliunde etiam comprobatam cuperet vocem, neque inveniret, alteram lectionem: *observaverunt* praetulit. Ac primum non intelligitur, quomodo adductus fuerit librarius, ut scriberet formam rariorem et obscuriorem, pro vulgari ac notissima. Deinde eam legem criticam non agnosco, ex qua vox quaedam, casu volente, semel aut raro occurrens, si ceterum recte et ad similitudinem aliarum formata, bonis libris veteribus comprobata, et rem ipsam apte elocuta, damnatur propterea, quod semel aut raro occurrit. Ea lex nulla esse potest. Quis enim tantae est temeritatis, ut audeat dicere, eiusmodi voces semel non usurpari potuisse ab scriptoribus? Vereor profecto, ne haec audacia multas probae notae voces expulerit e *latinis* scriptoribus. Hoc si rarius acciderit in integris vocibus; in formis tamen et flexionibus vetustis ac rarioribus saepissime factum esse confido. Sed de hac re alia occasione dicendum. Quod autem ad vocem *observito* attinet, ea praeter Ciceronem apud Apuleium de Deo Socratis occurrit, qui locus cf.

PAG. 27. *Hanc tamen consuetudinem habuerunt Aeoles imitantes, qui πέλλον pro κεῖλον.* De his conferendus Prisc. in maiore opere pag. 563. et interpretes ad Pindarum Nem. III, 103.

PAG. 29. *Ergo positivum nomina numerorum habent.* Hoc ita accipe. *Primus* est superlativus; *prior*

prior comparativus; *positivum* faciunt cetera numerorum nomina, a voce *tres* et ultra.

PAG. 30. *Arpinâs*, *Suffenâs*, cet. Seyffertus in Gr. lat. pag. . affirmat, notam in his non esse posse circumflexum, sed signum contractionis, vel apicem, qui concisionem significet. Priscianum enim conspecta illa nota, nescientem, concisionis signum esse, pro accentu habuisse. Quam valde in his erraverit vir doctus, non est quod dicam hoc loco, sed erit in libro mox evulgando de accentu linguae latinae.

PAG. 31. *Tracta singulos pedes.* Differt pedum tractatio a scansione ita. Per scansionem mensurantur versus uno tenore sic, ut rhythmus simul audiatur. Sed ubi singulos tractas pedes, hoc habes propositum, ut nihil aliud, quam dactyli sint an spondei, in quoque versus pede significes.

Amasco. Addunt Codd. *miseresco* et *miserasco*. Prius contra mentem scriptoris est. Nolebat enim a secunda coniugatione inchoativa ponere, volebat ab reliquis, ut ipse ostendit. Posterius ex correctione est in codice, neque ab ulla alia auctoritate confirmatur, nisi ab analogia. Ut enim *amasco*, ab amare, *labasco* ab labare, sic *miserasco* ab miserare, antiquo illo. *Tenerascere* apud Lucretium est, a *tener*, adiectivo; sic potuit etiam a *miser miserasco* fieri, alia tamen notionis communitate. *Miserasco* autem probam et antiquam vocem puto, maxime quia eo facilius ex libris nostris deleri potuit,

quo

quo pronior erat lapsus in vocem longe frequentiorem et usitatiorem *miseresco*. Ceterum non praetereundus est locus Diomedis, pag. 334, ubi haec: *Item ab amo veteres inchoativo modo dixerunt amasco. Unde et amasios amatores dicebant, ut Plautus in Truculento* (Act. III, 1, 13.) *Mundulos istos amasios.* In his libri variant. Atque editiones quidem, Coloniensis 1523 et Ascensiana exhibent: *Item amo veteres inchoativo modo dixerunt amasco, unde et amascos amatores dicebant, ut Plautus in Truculento: iucundulos amascos.* Codices autem cum Putschianis plerumque conveniunt, nisi quod plura habent: *Item amo veteres inchoativo modo dixerunt amasco, unde et amasios amatores dicebant, ut Plautus: istos mundulos amasios* (recte hoc ordine). *Naevius nunc primulum amasco. Caetera.* Haec in codicibus. Libri autem Plautini constanter tenent vocem *mundulos;* variant in voce *amasios*, ubi aut *amaspos* aut *amas* — ceteris litteris deficientibus, aut, uti editum est, *amasios.* Graevius reponi iubet: *amascos.* Locum igitur Diomedis paucis mutatis ita scribe: *Item amo veteres inchoativo modo dixerunt amasco. Unde et amasios amatores dicebant, ut Plautus in Truculento: istos mundulos amasios. Naevius: nunc primulum amasco. Caetera.* Apud Plautum autem recte editur, neque audiendus est Graevius. Sed tamen ibi vocem *urbanos* ita correctam velim:

Nunc ego istos mundulos urbane amasios.

Dicit enim hoc, se rusticum urbane amatores puellae

ke priores decepturum. Neque facile tolerari poterit:

urbánis ámásios.

Pag. 43. *Omnigenumque Deum monstra.* Locus est Virgilii Aeneid. VIII, 698. Mutationis, quam in seqq. feci, rationem dedi in varr. lectt. Nunc locum Prisciani e maiore opere ponam: *Illa quoque in a desinentia, quae officiorum sunt ad viros pertinentium, masculina esse nulla dubitatio est, ut scriba, lixa, collega. Quae vero cum apud Graecos communia sint, vel mobilia, apud Latinos in a desinunt tantum, nec e masculinis in us desinentibus transformantur; communia sunt tantum et paene omnia a verbis sunt composita vel derivata, ut hic et haec agricola, caelicola, advena, parricida, Graiugena, conviva* cet.

Pag. 46. *Et varias ignis tenso* cet. Locus est Lucani Phars. I, 531. Ubi tamen *denso* editur. In edit. Oudendorp. haec notantur ad hunc Lucani locum. Denso *alii* Tento, *h. e. extento. Priscianus depravatos codices secutus est, qui, ut probet,* tensum *derivari a* tendo, *haec Lucani verba citat. Verum non modo Priscianus ita legit, sed etiam Vossianus secundus et ibi scholiastes:* tenso comixto; legitur et denso. Alii tensum dici volunt, unde et tensae Deorum. Alii tentum ut Virgilius. *In Vossiano primo pro varia lectione habetur* tenso *cum hac notula:* quia aereiam tendebatur. Tenso

etiam

etiam Vossianus tertius, et a m. pr. quartus. Vix tamen mihi persuadere possum, tenso *non esse vitiosum, et recte se habere* denso *i. e. compresso, crasso, verbis Senecae nat. quaest.* VII, 20, 22. *Horat.* carm. II, 7, 4. Denso parentem sustulit aere.

Tentigo, tenor. Vix dubito, quin rectius scribatur *tentor*, verbale a *tendo*, pro tenor. Voluit enim auctor verba a *tendo* derivata recensere, ad quae non *tenor* sed *tentor* pertinet.

PAG. 47. *Teneo, tenebam* et *caetera.* Conspirant in hac brevitate codices nostri. Nec tamen credam, omissionem profectam ab auctore. Verba enim omnia declinata invenies in hoc opusculo; quod magis etiam ostendit, in scholis calamo exceptum esse.

PAG. 49. *Postumus etiam ab hoc est compositum.* Haec opinio apud multos veterum invenitur, refragante Gellio. Res est notissima. Ut ab *exterior, extimus*, ab *ulterior, ultimus*; sic a *posterior*, postimus, deinde *postumus.*

PAG. 50. *In regulis, quas de nomine scripsimus.* In maiore opere lib. VI. inde a pag. 677. Putsch. Post verba: *nominativum et vocativum singularem*, in seqq. pone comma.

PAG. 51. *Perpes, perpetis.* Pro hac voce Priscianus in mai. op. pag. 702. numerat vocem nunc a nobis codd. auctoritate omissam: *praepes, prae-*

po-

petis. Verum ex melioribus libris, quos in bibliotheca Leidensi volvimus, ibi nostrum exemplum addendum, et locus ita legendus: *Excipiuntur haec, quae habent penultimam* ae *diphthongum, vel quae a verbis derivantur in penultima syllaba* e *habentibus brevem; quae* e *servant in genitivo, ut hic et haec et hoc praepes, huius praepetis; hic et haec et hoc perpes, huius perpetis*, pag. 702. lin. 37.

Pag. 52. *Accentus quoque apud nos mutatio facta est.* Potest ex hoc etiam loco intelligi, Romanos posteriores in permultis rebus ad Graeci sermonis normam se componere, maxime Grammaticos. Accentus autem leges, praeter ultimae syllabae rationem, planissimae graecae factae sunt, quam rem pluribus persecuturus sum in libro de accentu linguae latinae.

Pag. 53. Ἀπὸ τοῦ πλασθαι, τὸ ἀγοράζειν. Recta et apta haec nominis derivatio, quae μῦθον illum de lustris Hectoris spectat.

Pag. 55. *Impersonalia: evertitur.* In codice R. est: *Impersonalia evertitur et caetera.* Memorabile est, codicem, qui alias integerrimus est, et alienis insuper pannis saepe vestitus, hic deficere. Quod aliquoties fieri, a me in variis lectt. notatum est. Hoc videtur ostendere, plures eius modi verborum declinationes additas esse a posterioribus, aut omnino, magnam scribarum libidinem in his versatam esse.

Pag.

PAG. 56. *Viso, visas, visat.* De hac forma e codicum consensu a nobis exhibita, nolo celare, quae mihi videntur. Frequentativa forma dicitur ab auctore, quod verum esse credo. Altera autem, *viso, visis*, aut alia est, frequentativa eadem, aut est desiderativa, seu meditativa, ut testatur Priscianus in maiore opere p. 826, et qui eum secutus est, Alcuinus in Gramm. p. 2111 et paullo post p. 2118. Ergo *visare*, si alicubi erueretur apud scriptores e codicibus, formatum esset ut *mersare, cursare* et alia. Neque video, quid obstet huic formae, nisi usus. *Visere* autem desiderativum est, ut *capessere, facessere* et multa alia. Sed rectius hoc, *visere*, plane aliud putatur verbum, nulla, nisi soni communitate, cum verbo *videre* iunctum.

PAG. 57. *Exceptis differentiae causa frons et lens* cet. Hunc omnem locum, si penes me arbitrium esset, ita exhiberem: *Exceptis differentiae causa frons et lens, quae cum faciunt per tis genitivum, frontis et lentis, significatione differunt. Frons enim frontis significat graece* τὸ μέτωπον. *Et lens, lentis,* τὴν φάκην. *Cum autem per* dis *faciunt genitivum, frons, frondis, et lens lendis, significat* frons τὴν φυλλάδα, lens *autem* τὸ κονίδιον. Fortassis tamen breviuscule auctor locutus est, qua propter ita constituendus locus: *Exceptis differentiae causa frons et lens, quae cum faciunt per* tis *genitivum, significat frons* τὸ μέτωπον, *et lens* τὴν φάκην. *Cum autem per dis* cet. Reliqua tum nul-

nulla egerent emendatione. Cf. Prisc. in maiore opere pag. 726.

Pag. 62. *Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos.* Corrige vitium typographicum. Versus autem est Virgilii Eclog. IX, 30. Eundem versum citat Alcuinus Gramm. pag. 2124. ubi ex errore: *sio sua*, quod Heynius pro varia lectione habuit, quod tamen typographis tribuendum.

Iam dudum sumite poenas. Virg. Aen. II, 103. Ubi Servius *iamdudum* explicat *modo* et *quam primum*. V. Heynium et Burmann. ad h. l.

Pag. 63. *Ultrices posuere* cet. locus est Virg. Aen. VI, 274. Vide Servium ad hunc locum.

Pag. 69. *Aut tu, aut hic Byrrhia.* Locus est Terentii Andr. II, 2, 32. ubi Bentleius edidit: *aut tute, aut hic Byrrhia*, nulla codd. varietate notata. Egregie fallor aut illud *tute* hiatus vitandi causa inventum est. Verum nego, extimescendum esse hiatum in talibus, itidem prorsus nego, *tute* h. l. ferri posse ex sensu.

Ceu Marsya victus. Iuvenal. Satyr. IX, 1, 2.

Pag. 70. *Aeneadae in ferrum* cet. Virg. Aen. VIII, 648.

Defessi Aeneadae. Virg. Aeneid. I, 157.

Sit satis Aenide, cet. Aen. IX, 653. Tuentur hanc scripturam et codices nostri, et mens nostri huius scriptoris, et Servius ad hunc locum, et omnes Virgilii codices ab Heynio adhibiti. Parum igi-

tur recte egit Heynius, quod in hoc versu formam eam recepit, qua aliis in locis utitur Virgilius: *Aeneada*, cuius etiam ultima brevis est, nisi graece proferas: *Aeneade*.

PAG. 80. *Affaturque deos*, cet. Virg. Aen. II, 700.

PAG. 82. *Et vos, o lauri*, cet. Virg. Eclog. II, 54.

Degener, o populus. Lucanus Phars. II, 116. cf. infra, ubi hoc exemplum recurrit. Exclamationem per nominativum putarunt interpp. ad h. l. Sed Pompeius Grammaticus vocativum habuit, in commento artis Donati MSS. ubi in capite de casibus leguntur haec: *Lucanus o populus dixit, degener o populus, Quinctilianus in controversia sua, o popule, protulit quod non potest dici.*

Corniger Hesperidum cet. Virg. Aen. VIII, 77.

PAG. 84. *Fugiens litium.* Terent. Phorm. IV, 3, 18.

Erus liberalis est et fugitans litium.

Cf. infra, ubi exemplum hoc recurrit.

PAG. 88. *Ut Asper. Charisius vero pexi protulit.* Ad haec in varr. lectt. notavi, in maiore Prisciani volumine nuno legi: *Asperum pectivi protulisse.* Locus ita habet (pag. 902. Putsch) *In to c antecedente invenio pecto, cuius praeteritum plerique pexui, Asper pectivi, Charisius vero pexi protulerunt.* Ibi e codicibus, quos forte volvebam, eno-

notavi variam lectionem: *pectui*, quam lectionem veram iudicavi, quia forma haec magis convenit analogiae, quam altera *pectivi*. Eandem lectionem *pectui* invenio nunc in codice Maximiano, a Clariss. Creuzero humanissime mihi transmisso. Conf. etiam Caprum de orthogr. pag. 2239. ed. Putsch.

PAG. 91. *Donatus digammon posuit.* Male igitur edidit Putschius pag 1736. in editione prima Donati: *digamma.* Meliores codices secutus est idem in Sergii commentario in editionem primam Donati pag. 1827. Vide praeterea Cassiodor. pag. 2292.

PAG. 93. *Significat enim nitis* cet. Eadem sunt in maiore Prisciani volumine lib. XVII, 1055.

PAG. 96. *Ut Ennius. O Tite.* Hunc versum Ennianum esse, testantur Isidorus Hispal. lib. I. c. 35. ed. Gothofr. et Priscianus hoc loco. Primus eum protulit, sed tacito auctoris nomine, Auctor ad Herennium, de nimia eiusdem litterae assiduitate monens vitanda, lib. IV, XII. Vide Ennii fragm. ed. Hessel. pag. 139. ibique citatis scriptoribus adde Charisium pag. 251. Putsch.

PAG. 97. *Multa quoque* cet. Virg. Aen. I, 5.

PAG. 98. *Diri primordia viri.* Lucret. de rer. nat. II, 457. ubi editiones, teste Havercampio, *tetri primordia viri*; quod de humore naturali marino intelligunt.

PAG. 104. *Gallia, vel potius* cet. Iuvenal. Sat. VII, 147.

PAG. 106. *Terentius in Phormione: Ut illum Di*, cet. At in Phormione IV, 4, 6. haec leguntur:

Ut te quidem omnes di, deae, superi, inferi,
Malis exemplis perdant!

In Hecyra III, 4, 27:

Di illum perduint!

Eunuch. II, 3, 11:

Ut illum di, deae omnes senium perdant!

Heautontimor. IV, 6, 6:

Ut te quidem omnes di, deae, quantumst, Syre,
Cum tuo isto invento cumque incepto perduint!

Deaeque, quod apud nostrum, nec non et in editionibus ante Bentleium, Terentii est, etiam apud Charisium p. 197. invenitur, qui haec: *Ut, pro utinam. Ut te quidem omnes di deaeque. Ubi Aruntius Celsus pro utinam. Terentius in Phormione.* Ceterum Bentleius *Deae*, omisso que ex metri necessitate ut perhibet. Sed vide infra ad p. 147.

PAG. 107. *Atque unum quodque* cet. Terent. Adelph. IV, 2, 51:

Nam iam adibo, atque unum quicquid, quod quidem erit bellissimum,
Carpam.

Unum quodque recens introductum videtur.

PAG. 109. *Et lumina morte resignat.* Virg. Aen. IV, 244.

Ut

Ut in eodem libro: Dat belli cet. At legitur in septimo libro v. 637.

Classica iamque sonant; it bellò tessera signum. Ibique in lectionis varietate ab Heynio collecta nulla codd. differentia significata, praeter *tessara* pro *tessera*, quod etiam in nostris quibusdam inventum. Recte igitur a nobis receptum fuisset *bello*, quod quidam e nostris libris praebent. Vide varr. lectt.

PAG. 110. *Laurentinosque Penates.* In hoc Lucani loco unum Putmanni manuscriptum praebuit: *Laurentanosque.*

PAG. 115. *Ne simili utamur fortuna* cet. Terent. Phorm. prol. 31.

Haud secus ac iussi faciunt. Virg. Aen. III, 236.

PAG. 117. *Sic Iupiter ille monebat.* Virg. Aen. VII, 110. ubi ante Heinsium legebatur: *Sic Iupiter ipse monebat.* Qui ex nostro hoc loco et melioribus Virgilii codd. veram lectionem restituit.

Ipse modo Aeneas, cet. Virg. Aen. VII, 263.

Quaeque ipse, cet. Virg. Aen. II, 5.

PAG. 122. *Insequor, et causas* cet. Virg. Aen. III, 32. In seqq. verba: *hoc est in intima Italia*, ut insipidam glossam antecedentium a scholiaste profectam, delenda iudico.

PAG. 123. *Multa quoque* cet. Virg. Aen. I, 5.

Sosia, adesdum cet. Terent. Andria I, 1, v. 2.

Nedum illi corruptis moribus cet. Locus est

Sallustii in bell. Catilin. XI, fin. Sed ibi Certus auctoritate MSS. particulam *dum*, a Prisciano diserte inventam et allatam, delevit. V. Gertium ad Sallustii l. c.

PAG. 128. *Et pater Anchises passis* cet. Virg. Aen. III, 262, ubi Vulgata ante Heinsium. *At pater*, qui primus e codd. restituit: *Et*, quod noster h. l. confirmat. Reliquam lectionis varietatem vide apud Heynium.

Crinibus Iliades passis cet. Virg. Aen. I, 480. Ubi, ut in exemplo antecedenti, quidam libri Virgiliani pro *passis* exhibent *sparsis*. Sed vide Burman. et Heynium ad hunc locum.

Trangitur, a fisso cet. Virg. Aen. IX, 413 Ibi vulgata lectio *fixo* iam dudum remota est.

PAG. 129. *Pandae naris erat.* Innuitur haud dubie Ovidii locus Metam. III, 674:

Et panda loquenti
Naris erat, squamamque cutis durata trahebat.

Putschius edidit: *panda naris*, nihil amplius, in quibus magis ad Ovidii editiones ille se composuisse videtur, quam ad codices Grammatici. Nos MSS. secuti sumus in omnibus, nihil curantes emendata auctorum exempla. Vulgatae lectioni in antecedd. quae habebat: *Donatus panda atque contractior*, quam nos reiecimus, addit momenti aliquid, quod locus similis legitur apud Donatum. Is enim in edit. pag. 1742. de signo brevis syllabae: *Virgula similiter iacens, sed panda a superiori et contractior*,

tior, fit ita: υ. Sed non solet Priscianus Donatum citare, ubi usum verborum apud veteres auctores comprobare exemplis vult. Propterea codicis R. lectionem praetulerim.

PAG. 136. Ἀπὸ τοῦ ὠκέως εἴειν. Hanc derivationem esse ex mente auctoris, docent, quae adiecta sunt: *hoc est a celeri motu.* Si enim voluisset ἀ νάειν, quae vulgata est lectio, dictum oportebat: *a celeri fluctu.* De verbo εἴω sive ἔω cf. Etym. Magn. sub vocc. ἤϊα et ἤϊε Φοῖρε. Ubi haec potissimum videnda: Ἔστιν εἴω τὸ πορεύομαι, διὰ διφθόγγου, ὥς φησι Σώφρων ἐν Θυννοθήρᾳ, Ἐγκρίκα, ὡς εἴω. — ὁ παρακείμενος, εἶκα· ὁ μέσος, εἶα. καὶ κατὰ διάλυσιν ἤϊα. Et porro: ἐκ τοῦ εἴειν, ὁ μέσος παρακείμενος, εἶα, καὶ διαλύσει ἔϊα κ. τ. λ. Ad sententiam Prisciani nuper Hermannus in scriptione De antiquissima Graecor. mythologia, cui optaverim contingant lectores, qui mallent intelligere, quam improbare, vocem Ὠκεανὸς a celeri motu, ἀπὸ τοῦ ὦκα ἔειν, descendere ostendit, significans, eodem iure ab ἔειν sive εἴειν, fieri ἐανός, quo ab ὄρειν factum sit ὀρανὸς sive οὐρανός. Ceterum notum est, antiquos Gramm. ἀπὸ τοῦ ὠκέως νάειν derivasse hanc vocem, in qua re prae aliis adeundus Etym. Magnus. Alii tamen ἀπὸ τοῦ ὠκέως ἀνύειν, sive ἀνύττειν, in quibus Eustathius 514, 26.

Oceanitides ambae. Virg. Georg. IV, 341.

PAG. 137. *Interea ad templum* cet. Virg. Aen. I, 479.

PAG. 140. *Tergo, tersi.* Notavit ad hunc locum scholiographus, etiam secundae coniugationis esse verbum, citato exemplo ex Sedulio, Christiano poeta, qui videndus in Georg. Fabricii collectione, quam ad manus non habeo. Sed non necesse est, ut ad infimi saeculi scriptores descendamus. Vide Gesneri thesaurum sub hac voce, qui huius verbi formas ad secundam coniugationem prolatas monstrat apud Catonem, Plautum, Iuvenalem, Macrobium obvias. Collecta reperio in schedis meis Grammaticorum dicta de verbis, quae apud antiquos tertiae et secundae coniugationis fuere. Haec ponam, tu, si tanti videbitur, accipe bono animo. Forsitan tamen iam ab aliis occupata sunt.

Alliceo et allicio. Diomed. 364, lin. 1. Charisius p. 217. solam secundae coniugationis formam notat. Idem et *pelliceo* solum agnoscit. Sed Diomedes l. c. haec profert: *Alliceo allexi; sed apud Veteres allicio legimus; pelliceo pellexi.* Priscian. p. 877: *Alia vero* i *ante* cio *habentia eandem in* e *convertunt* (in praet.) *et* cio *in* xi; *ut aspicio, aspexi; conspicio, conspexi; illicio, illexi; pellicio, pellexi. Excipitur elicio, elicui* cet.

Abnueo et abnuo. Diomed. 376: *Sunt praeterea quaedam, quorum positionem diversam, quam vulgo est, apud Veteres reperimus. Cui enim in dubium cadit, quin abnuo, abnuis dicamus? Verum apud Veteres et abnueo dictum annotamus. Ut Ennius octavo Annalium: Certare abnueo, metuo legionibus labem. Item in Telamone: Ex eo futurum*

ab-

abnuebant. Lectionis varietas haec est: Pro: *in dubium*, dubium. Pro *et abnueo*, abnueo solum. Pro *annotamus*, notavimus. Pro *Item*, Idem. Pro *abnuebant*, abnueant, alii: abnuerat.

Caveo et Cavo. Serv. ad Virg. Aen. IV, 409. Quosve dabas gemitus, cum littora fervere late cet. Ibi haec leguntur: *Infinitivus: hic a tertia coniugatione est, id est a fervo, fervis. Secundae coniugationis verba perdito* e, *quod habent ante* o, *in tertiam migrant, ut ferveo, fervo; fulgeo, fulgo. Hinc est* (Aen. VIII, 677.) *Fervere Leucaten, auroque effulgere fluctus. Sic etiam Horatius* (Epist. I, 13, 19.)

Vade, vale! cave ne titubes, mandataque frangas!

Nam cave, *ve longa est, nec vocalis sequitur, ut in Virgiliano: Vale, vale, inquit, Iola. Sed diximus, tertiae esse coniugationis imperativum, ut cavo, cavis. Hinc etiam Catullus* cavĕre *dixit.* Lectionis varietas haec est: Pro: *fervis.* Secundae, fervis. Nam secundae. Pro: *sic etiam Horatius*, sic Horatius. Pro: *Nam* cave, *ve longa*, Nam in cave ve longa. Pro: *in Virgiliano*, in Bucol. Virgilius. Pro: *tertiae esse coniugationis*, a tertia coniugatione esse.

Cieo et cio. Prisc. 837. Diomed. 374. 368. Sed hoc huc non pertinet, quia quartae coni. est altera forma.

Diceo, dico. Dicebo futurum profert Nonius ed. Mercer.

Excelleo et excello. Priscian. 838. Citat Priscianus

nus auctores: Ioseph. *Lucret.* I: *Omnibus ornatibus voluisti excellere rebus.* *Cicero in* I *epist. ad filium: quare effice et labora, ut excelleas.* Adde Diomed. p. 371: *Excello legimus crebro apud Veteres — — Verum tamen Maber Aemilius ornithogoniae secundo: Cum laude excellet omnes.* Variant libri in his ita: Pro: *verum tamen*, vetus tamen. Pro: *ornithogonias*, ornithogenias. Pro: *omnes*, omnis. Praeterea cf. Alcuin, Gramm. p. 2113, qui tamen nihil, nisi e Prisciano excerpta habet. Eutych. de discernenda coniug. 2179.

Ferveo et fervo. Virg. Aen. IV, 409. ad quem locum vide Servium, supra sub voce *caveo* laudatum. Virg. Aen. IV, 467. et Aen. VIII, 677. Priscian. 837. Pompon. Sabin. ad Aen. IV, 409: *Fervere media correpta apud nos* (lege: *apud antiquos*) *dixit Lucilius:* Fervit aqua et fervet; fervit nunc; fervet ad annum. Unde appareret in praesenti esse fervo, ut ferveo et fervo dicamus. Cf. Nonium de mutata coni. 503. Et 504. Et 505. in quibus locis multa congesta vides. Adde etiam hunc Prisciani locum: pag. 868. *Ferves quoque etiam fervo invenitur. Ab utroque tamen praeteritum fervi dicitur. Terent. in Adelph.* (I, 2, 72) *Sperabam iam defervisse adolescentiam. Virg. Aen.* I: *Fervet opus redolentque thymo fragrantia mella, a ferveo. Idem in* VIII *a fervo, Fervere Leucaten, auroque effulgere fluctus. Lucilius: Fervit aqua et fervet; fervit nunc, fervet ad annum. Terent. in Adel.* (IV, 1, 18.) *Cum maxime fervit,*

vit, tam placidum, quasi ovem reddo. Unde ferresco. Dicitur tamen et per b, *forbeo, ex quo forbui Horatius in* I *Serm.: Velatumque stola, mea cum conforbuit ira. Unde et forbesco.* Turbae sunt in codicibus. Quae meliora visa sunt, cum Putschio elegi, paucis mutatis.

Frigeo et frigo. Haec huc non pertinent, sed uti forma sic notione differunt. Cf. Diomed. 363, 366, 369. Phoca 1720.

Fulgeo et fulgo. Serv. ad Aen. IV, 409. *Fulxerit* Servius ad Georg. I, 370. e Plinio affert. *Effulgere* Priscian. 838, 837. Virg. Aen. VIII, 677, v. supra. Adde Nonium de mutata coni. 506. sub vocc. *fulgit* et *fulgere.*

Frendeo et frendo. Non Marcell. de different. verbor. 447. ed. Mercer.

Moneo et mono. Idem Nonius de mutata coni. 507. *moneris* perfectum coniunctivi affert, a *mone moni*, pro moneo monui.

Niveo et nivo. Probi Cathol. 1482. Priscian. 866. *Conniveo, quod etiam connivo, secundum tertiam protulerunt veteres, praeteritum tam in vi, quam in xi habuit.* Et paullo post: *Calvus connivere infinitum secundum tertiam coniugationem correpta penultima protulit: Cum gravis ingenti connivere pupula somno.*

Oleo et olo. Diomed. 378: *Oleo, oles apud Veteres olant. Plautus in Cornicularia: Facito, olant aedes arabice. Perinde, quasi olo, olis sit dicendum.* Priscian. 838: *Oleo oles, et olo olis, Afranius*

nius in fratribus: non potest, qui in illa est acta, longèque et cunctis olat. Eundem Afranii locum laudat Nonius p. 147. Mercer. ita quidem: *Olat pro oleat. Afranius fratriis: Non potest, quin illa stacta longeque et multis olat.* Addit Nonius: *Pomponius Aleonibus: Aleo ludam sane meae male olant manus.* Pergit Priscian. loco citato: *Plautus in Mostellaria* (I, 1, 41.) *Non omnes possunt olere unguenta exotica. Nam nisi corripias penultimam, iambus stare non potest.*

Rideo et rido. Diomed. 378: *Rident, procul dubio cuncti dictitant; apud veteres ridunt reperimus dictum, ut M. Brutus de patientia: Irridunt horum lacrimis.*

Sorbeo et sorbo. Tibull. IV, 1, 72. ad quem locum cf. Heinsius et Broukhusius. Priscian. 873: *Sorbeo vel etiam sorbo, ut Probo placet.* Sed Caper de orthogr. p. 2240: *dicendum non est sorbo, sed sorbeo, non sorpsi, sed sorbui; sic et absorbui non absorpsi, ut Lucanus.* Probus cathol. 1480. *sorbsi* barbarismum vocat. Diomed. p. 363. Sed frustrà haec docentur. Utrumque enim praeteritum in usu.

Strideo et strido. Priscian. p. 827. Idem 837. Serv. ad Georg. IV, 556. Eutych. de discern. coni. 2164. Prob. Cath. 1480. Sed Priscian. pag. 891. largissimam exemplorum copiam profert, quam vide.

Tergeo et tergo. V. supra. Praeterea cf. Priscian. in maiore opere p. 894. *Tergo, tersi; dicitur tamen et tergeo.* Idem p. 870, ubi validiorem usum

esse

esse secundae coni. confirmat multis exemplis. Probus cath. 1481. Idem 1486.

Tueor et tuor. Priscian. 838. *Tueor, tueris et tuor, tueris. Statius in* I *Achil: Namque modo infensos utero mihi contuor enses. Lucret. in* VI: *Dilutaque contra Cum tuimur misceri absinthia, tangit amaror.* V. etiam Alcuin. 2113. Longe autem plura habet Eutyches p. 2164. *Et tueor, quod apud Statium in libro* III, *tuor legimus. Hosne ego complexus genitrix, haec oscula nati vestra tuor? sic vos extremo in fine ligavit? Ex quo compositum etiam intuor idem in eodem libro dixit: Armigeras summi Iovis exsultante caterva Intuor, Inachii sunt hi tibi, concipe, reges. Idem etiam aliud compositum in* VIII *libro Thebaidos extulit, contuor, ut: Namque modo infensos utero mihi contuor enses.* Etiam Varro de L. L. VI. pag. 66. tertiae declinationis forma utitur: *Qua tuimur, dictum templum.*

Vigeo et vigo. Charisius p. 216.

Viveo et vivo. Nonius p. 509: *Vivebo.* Novius De paticis: Tibi, dum vivebo, fidelis ero. *Dum* in aliquot codicibus pro vulgato *cum* inveni.

Haec de his dicta sunto. Pergamus ad reliqua.

Pag. 140. *Discolor. unde auro per ramos aura refulsit.* Virg. Aen. VI, 204. Ibi tamen *auri* editur, Heynio et Burmanno Grammaticos auctores citantibus, in quibus Servius ad hunc locum. Sed nostri codd. ad unum omnes *auro* exhibent. Quod au-

autem Heynius putat, sententia quoque postulante *auri* scribi, id secus est. Nam *auro refulsit aura seu splendor* notissima forma dicendi poetica est, quam vulgare illud *auri* minime assequitur. Non enim coniungitur *aura auro*, sed *auro refulsit*. Sed haec ita sunt comparata, ut ne verbulo quidem dici mereant.

PAG. 145. *Corniger Hesperidum.* Cf. supra ad pag. 82.

Degener o populus, cet. Lucan. II, 116. Ibi notatur ab interprete *est* post *decorum* intrudi in uno MS. Bersm. et edd. Ven. Omnib. Asc. Mic. et Hortens. Sed indicatum etiam est, recte abesse quoque in Prisciano.

PAG. 146. *Ut fillus, o fili et o filie.* Conferendus totus est de Vocativo locus apud Priscian. in mai. op. p. 738. seqq. quem describere longum est. Formae *filie* confirmandae causa affertur ibi (p. 741) ex Livii Odyssea: *Pater noster Saturnie filie.*

PAG. 147. *Terentius in Phormione: Ut illum.* At vide quos Terentii locos supra citavimus ad pag. 106. Videtur autem Priscianus locum Eunuchi II, 3, 11. in mente habuisse, ubi si illud *que*, de quo supra ad p. 106. retentum velles, quod omisit Bentleius, ita scribendum:

Ut illum Dii, Deaeque omnes perduint, qui hodie me remordtus est.

Bentlei enim correctio elisionem profert *Deae omnes*,

nes, quae si vitari potuit, recte factum putem. *Senium*, quae vox ex Donato post *omnes* interseritur, pro quo codd. *tenem*, pro interpretamento habeo. *Deae* autem una est syllaba, quod frequentissimum est. *Perduint* disyllabum. *Qui me hodie* priores habent edd Bentl. restituit: *qui hodie me*. *Remoratus est*, quod vitiose Bentleius mutaverat in *remoratus sit*, revocavit Hermannus Elem. doctr. metr. p. 141.

Ac veluti cet. Virg. Aen. I, 149.

PAG. 152. *Exadversum tonstrina.* Terent. in Phorm. I, 2, 38. Ubi ex emendatione Bentleii legitur:

Exadversum ei loco
Tonstrina erat quaedam.

Si certa est Bentleii emendatio, de qua re non dubito, duo essent, quae excusarent ictum in *exádversum*, elisio et versus; ut igitur Anniani notum illud praeceptum quod Gellius VII, 7. affert, hoc saltem exemplo probari non posset. Iam Bentleius Annianum refutavit exemplis allatis pluribus. Recte in hoc vocabulo. Nam *éx advérsum* etiam ex antiquorum praeceptis accentum in penultima et quarta a fine habere debet in versibus. Docetur enim, omnia huiusmodi *déinde*, *éxinde*, *ádversum*, *éxadversum*, ita ut notavimus, proferri. Sed de his proxime in libro de accentu L. L. dicam.

Postquam ad ipsum cet. Terent. Eunuch. IV, 2, 7, ubi ex Bentlei editione:

Ubi

Ubi ad ipsum venio deverticulum, constiti. Sed *ubi* iam ante Bentleium legebatur.

Pag. 153. *Quando pullos peduculorum significat.* Forsitan scribendum: *pedunculorum.* Nam eadem notionis deflexione, quam *pediculus* a *pede* habet, potest a *pedone* dici *pedunculus.* Cf. Priscian. 614. Sed in glossis antiquis etiam *peduculus*, *peduculosus*, *peducularius* et similia leguntur.

NOTAE

NOTAE

AD

LIBRUM PRISCIANI DE ACCENTIBUS.

* *
*

PAG. 160. *Acutus accentus.* In varr. lectt. notavi formulas interrogandi ac respondendi, quae sunt in libris vulgaribus, ex consensu trium librorum MSS. a me sublatas, et partis huius, in qua illae legebantur, formam plane immutatam esse. Eius rei, quamquam sufficiat codd. auctoritas, tamen et alias reddam rationes. Erat medii aevi tempus, quod Caroli, Francorum regis, aetati par fuisse videtur, in quo mos invaluerat in scholis Grammaticorum aliorumque magistrorum, interrogando et respondendo docendi omnia; qui usus etiam ad libros scholasticos traductus est. Quo factum, ut libri dialogorum ad instar componerentur. Huius consuetudinis exempla cum alia prostant, tum instar omnium est Alcuini Grammatica, hominis, qui, ut fertur, Caroli magister fuit, saltem eodem, quo Carolus vixit, tempore docuit, eiusque gratia multum floruit. Is in morem antiquioris aetatis, veluti Cicero et Plato in usu habuere, in limine operis occasionem colloquii, homines collocutores, et similia ostendit; tum per interrogationem ac responsionem

docere pergit. Idem etiam ab infimae aetatis hominibus Grammaticis factum esse, mutatasque ab his antiquiorum librorum formas, constat. Ii enim, in frivola libidine maiora opera excerpendi et breviandi non acquiescentes, alium etiam habitum obtrudere conati sunt, quippe elegantiorem ex sua opinione, et hoc maxime efficere studuerunt interpositis antiquae orationi colloquiorum formulis.

Haec mihi cogitanti, cum primum hos libros Prisciani, de principalibus versibus Aeneidos, et de Accentibus legerem, nata est suspicio, an hi libri vere eius sint auctoris, cuius nomen praeferunt, an eadem ab initio fuerint forma, qua nunc sunt. Sed cum mox animadvertissem, omnia hunc loqui, hunc testari scriptorem, Priscianum; certum mihi erat interpolatos esse libros. Confirmarunt postea opinionem quaedam, quae antea inveniebam in codd. quam huius libri, qui est de Accentibus, MSS. inspexi. Inveniebam etiam ad bibliothecam Leidensem profectus in antiquo codice, in quo inerant Paullus, Festi exscriptor, et Nonii in brevius contractum exemplar, inter reliqua vacuis post finita opera paginis inscripta, tractatus duo de accentibus, quibus titulus praefixus erat: *Interrogationes et responsiones de accentibus.* Litterae fere evanescebant. Descripsi tamen. Mox animadverti, esse in primo fragmento eadem, quae Maximus Victorinus in arte Grammatica, capite de Accentibus habet, (Putsch. 1942) ita tamen, ut omnis oratio in colloquii formam

nam redacta esset. Totum autem fragmentum, ut in codice legebam, hic appono.

Interrogationes et Responsiones de accentibus.

Int. Qui sunt accentus?

Resp. Accentus, qui graece prosodiae dicuntur, hi sunt: acutus, gravis, circumflexus. In omni parte orationis latinae et graecae aut acutum aut circumflexum accentum poni necesse est, nec amplius quam unum, vel hunc vel illum. Nam gravis ponitur in pluribus. Acutus apud graecos tria loca tenet. In ultima et penultima et in proximam syllabam (*a*). Latine duobus tantum locis poni potest.

Int. Quibus?

Resp. Aut in penultima, ut *praelegistis;* aut in ea, quae a fine fit tertia, ut *praelegimus.* Circumflexus, si pars orationis trium aut amplius fuerit syllabarum, nonnisi penultimum locum poterit invenire, ut *turbare*, *perdomare.* Monosyllabae quaecunque positione longae fuerint, acutum habent accentum, ut *pix*, *nix*, *pax.* Quaecunque naturae (*b*) longae fuerint, circumflexo accentu pronunciabantur, ut *dos*, *spes*, *res.*

Int. In disyllabis quid si prior erit longa?

Resp.

(*a*) Sic in codice.
(*b*) Sic in codice.

Resp. Posteriore correpta prior circumflectetur, ut *ora*, *Roma*.

Int. Quid si prior brevis erit?

Resp. Prior seu longa seu brevis fuerit, acuatur necesse est, ut *ager*, *alis*. Et si ambae breves sunt, acuatur prior, ut dicitur *homo*.

Int. Quid in tribus syllabis (*c*) et tetrasyllabis, aut quae plures syllabas habebunt?

Resp. Si penultima brevis fuerit, quae eam praecedit, acuetur, ut *Tullius*, *Hortensius*.

Int. Quid deinde, si penultima longa fuerit?

Resp. Ipsa acuetur, cum habebit accentum; praecedentem autem gravem facit, ut *Catullus*, *Marcellus*.

Int. Quid si penultima naturaliter longa fuerit, ita ut ultima brevis sit?

Resp. Penultimam circumflectimus, ut *Cethecus*, *Romanus*.

Int. Quid si longa fuerit ultima?

Resp. Penultimae acutum dabimus accentum, ut *Athenae*, *Fidenae*.

Int. Quid graeca nomina?

Resp. Si hisdem litteris proferuntur, graecos accentus habebunt. Nam et cum dicimus *Thyas* (*d*), *Nais*, acutum habebunt posteriores accentum, et cum *Themisto*, *Calypso*, *Teano*, ultimam circumflecti videmus. Utrumque latinus sermo non patitur, nisi ad-

(*c*) Lege: in trisyllabis.

(*d*) In cod. est: *et his* pro *Thyas*.

admodum raro. Sola *ergo* coniunctio occurrit, in qua posterior circumflexa deprehenditur. Item adverbium *pone* posterior acutum recipit accentum, ne sit verbum.

Int. Quae est figura accentus acuti?

Resp. (*c*) Obliquum dexteram partem ascendens. Ita: (ˊ).

Int. Quae est gravis accentus?

Resp. In dexteram partem descendens. Ita: (ˋ). Circumflexum autem transversa littera notamus: (ˆ). Brevem syllabam sursum exspectante: (˘). Longam aequaliter iacentem ita: (—). Sed in illis sonos, in his tempora cognoscimus. Nam *dasia* et *psile* Graeci utuntur. Nos ea praetermittimus, quoniam aspirationem nobis adposita littera, quae in duas partes dividitur, repraesentat. Et si adposita non erit.

Hoc finito sequitur aliud scriptum de accentibus hac inscriptione signatum: *Recapitulatio de accentibus.* Quod nondum typis excusum reperire potui. Est autem hoc idem colloquii more adornatum. Ponamus et hoc, maioris, ut videtur, operis fragmentum, et quia breve est, et quia nova quaedam continet, simul ut etiam inde ratio illa, quam diximus, plenius intelligi possit.

Re-

(*c*) Lege: Per obliquum.

Recapitulatio de Accentibus.

Int. Accentus quid?

Resp. Certa lex et regula ad levandam syllabam vel premendam.

Int. Accentus unde dictus?

Resp. Quod iuxta cantum sit, ut adverbium iuxta verbum.

Int. Inter accentum et cantum quid interest?

Resp. Quia cantus in musica, accentus in oratione.

Int. Accentus, qui ad acuendas syllabas gravandasque pertinent, quot sunt?

Resp. Acutus, gravis, circumflexus. Ceteri non magis, quam nota brevium vel longarum syllabarum, adspiratarum vel exilium iudicantur (*f*). Quorum nomina sunt; *brevis*, *longus*, *adspiratio*, *exilitas*. Sed haec, ut dixi, simplicia sunt signa, quae non egent disputatione. Illi vero accentus, qui humilitatem vel altitudinem syllabarum ostendunt, id est acutus, gravis, circumflexus, plena ratione tractandi sunt.

Int. Cur acutus dicitur?

Resp. Quia acuat et erigat syllabam.

Int. Quare gravis dicitur?

Resp. Quod deprimat ac deponat. Iste contrarius est acuto.

Int. Quid circumflexus dicitur?

Resp.

(*f*) Adde: accentus.

Resp. Duplex est. Nam ex acuto et gravi constat. Incipiens enim ab acuto in gravem desinit. Ita dum ascendit et descendit circumflexus efficitur. Acutus autem et circumflexus similes sunt. Nam uterque levat syllabam. Gravis contrarius videtur ambobus. Nam semper deprimit syllabas, cum illi levent.

Int. Dic igitur, quis ubi ponendus est?

Resp. Omnis pars unam de pluribus erigit syllabam et ceteras gravat. Quodsi monosyllaba est pars orationis, ipsa erigitur. In hac erectione in fastigio (*g*) aut circumflexus ponitur aut acutus. Simul ambo poni in una orationis parte non possunt, quia una, ut dixi, tantum syllaba erigi potest, cum aliae sint gravatae. Ideo quaecunque sunt monosyllabae partes orationis, si naturaliter longae, circumflectuntur, ut *mos*, *res* (*h*). Sin vero aut breves sunt, aut positione longae, ut *pars*, *nox*, acuto efferuntur.

Int. Dic ergo cur monosyllabae (*i*) longo circumflectuntur naturaliter?

Resp. Naturaliter longae ideo circumflectuntur, quia duplici accentui, id est circumflexo, moram praebent. Breves autem vel positione longae idcirco acuuntur, quia acutus simplex accentus est, ac per hoc correptus est. Ideo brevibus syllabis correptio convenit.

Int.

(*g*) In codice est: *id fastidio.*
(*h*) Est in cod.: mós, rés.
(*i*) Lege: *naturaliter longae circumflectuntur.*

Int. Quid in disyllabis?

Resp. In duabus syllabis id notandum est, quod in latina lingua nunquam posterior levatur. Hoc enim Graeci occupaverant, ut ἀήρ, αἰθήρ, διπτωτά; et his similia. Prior enim in latina lingua semper levanda est. Quarum igitur prior si naturaliter longa est et posterior brevis, prior circumflectitur. Quicquid aliud fuerit prior, semper acuetur, id est, ut ambae naturaliter longae aut positione, aut ambae breves, aut prior brevis et posterior longa. Circumflexus igitur sic fiet. Si prior naturaliter sit longa, posterior brevis; nam si ambae sunt, dum ad posteriorem longam pronunciandam festinamus, citius relinquimus. Ita illa prior naturaliter longa nihil prodest, sed fit acutus, qui simplex est atque correptior. Ergo si et *naturaliter longa* sequentis productione impeditur, quanto magis in eam, quae positione longa est, vel brevis, acutum locare debemus. Si ergo dicas *Luna*, prior syllaba circumflectitur, quia naturaliter longa est, et sequens brevis. Quodsi *iustos* dixerimus, in priore syllaba acutus erit, quia est posterior longa est. Si vero positione longa fuerit, superior autem brevis, semper acuetur; ut *bonus*, *princeps*, *senex*, *campus*. Posterior vero syllaba semper gravabitur, id est gravem accipiet accentum.

Int. In trisyllabis iterum quae ratio est?

Resp. (*k*) Ut nisi semper penultimum inspiciamus.

(*k*) Desunt quaedam. Sed nulla lacuna in codice.

mus. Quae si longa est, illam in ea servabimus regulam, quam diximus in duabus syllabis esse servandam. Id (*l*) si natura longa est et posterior brevis, penultima ipsa circumflectitur. Si naturaliter positione erit longa, penultima acuetur, ceterae gravantur. Circumflectitur autem in his omnibus, ut *Donatus*. In his vero acuetur penultima, ut *campestris*, *laudandus*. Si vero penultima brevis fuerit, a fine tertia semper acuetur, sive longa, sive brevis. Neque enim natura longa ei proderit, quia sequentibus duabus syllabis impeditur. Citius enim relinquitur, dum ad illas renunciandas festinemus. Erunt igitur huiusmodi nomina, in quibus a fine tertia syllaba semper acuetur, ut *Tullius*, *Atreus*, *candidus*. Quarta vero a fine et quinta, et quaecunque fuerit ulterior, gravem semper accipit. Ab ea enim, quae est a fine tertia, ulterius non potest accentus ascendere. Nam circumflexus in penultima tantum locatur, vel in novissima, si nomen est graecum, ut *Allecto*, *Teano*, et similia, quae, quia graeca sunt, graeca ratione nituntur. Sunt item quaedam, quae a regulari ratione recedunt. Nam per omnes syllabas gravantur circumflexi, vel acuti accentus carent (*m*). Plenius ergo intuendum est, ut hoc intellegere possimus. Non omnes partes orationis aequales sunt. Nam nomen et verbum et par-

(*l*) f. *Item*.

(*m*) Sic in codice. Fortassis *et circumflexis vel acutis accentibus carent*.

participium inter partes omnes excellunt. Caeterae his appendices esse videntur. Nam et pronomen subiacet nomini, et verbo seruiet adverbium, coniunctio quoque et praepositio ad clientelam maiorum partium pertinent. Hae ergo partes, quae appendices sunt, sic maioribus copulantur, ut tanquam in unam partem orationis coalescant; proprium vero fastigium producunt non omnes dumtaxat, sed pleraque adverbia pauca fastigium admittunt, quae sunt locorum, quando confirmativa sunt. Nam si interrogativa fuerint, ut est: *Quo te, Moeri, pedes?* et: *Quo fugis Aenea?* et: *Quo genus, unde domo?* et: *Quoye ire iubes, ubi ponere sedes?* circumflectuntur vel acuuntur iuxta regulas, quae praedictae sunt.

Si autem confirmativa fuerint, eadem adverbia gravantur: ut: *Ille, vides, pura iuvenis qui nititur hasta.* Hic enim *qui* pronomen gravem sumit accentum, quia non interrogativum, sed confirmativum est, Adverbia confirmativa sunt, ut: *Genus unde latinum.* Ut illud est: *Hic enim animas lucis quo temptor et istum, Qui vitam bene credat en que tendis honorem* (*n*). Hic *ergo* et *unde* et *quo* et *qui*, quia confirmativa sunt, gravantur. Sed haec in pronominibus et adverbiis pauca sunt. In coniunctionibus plura. Nam copulativae et disiunctivae prope omnes gravantur. Expletivae plures fastigia retinent. Causales autem et rationales quaedam

(*n*) Haec corrupta ita in codice.

dam cum fastigiis. Alii gravi accentu deprimuntur, quaedam in pronunciatione deprehendes (*o*). Praepositiones autem omnes sine fastigio sunt. Sane notandum est adverbium *ergo*, ut, *illius ergo Venimus*, quae propter distantiam coniunctionis *ergo* in posteriore syllaba circumflectitur. Illae quoque particulae notandae sunt, *que*, *ve*, *ne;* quae semper aliis partibus subiunguntur, ut: *Arma virumque*, et *Quidve deus*, et: *Mene incepto desistere victam?* Quae illam novitatem habent, ut ipsae fastigium perdant, et illarum partium, quae subiunctae sunt, levationem in novissimas syllabas transferunt. Verbi gratia *virum* in priore acuitur. *Virumque* autem in posteriori gravatur. Quae non posterior, sed media trium syllabarum in unum redactarum reperitur (*p*).

Haec in isto codice inveni. Quae omnia satis ostendunt, fuisse seriori tempore, qui sibi licere putarent, veteres libros Grammaticorum immutare, et crebris interrogandi formulis distinguere. Quod saepissime ita factum apparet, ut ne satis quidem oratio cohaereret, et mutila fieret. Hinc etiam probabile est, hunc nostrum librum Prisciani de accentibus, nec minus forsitan antecedentem, qui est de principalibus versibus Aeneidos, primum quidem con-

(*o*) Confusa haec, sed emendatu facilia.

(*p*) Haec iterum confusa. Sed facile mens scriptoris perspicitur.

continua oratione scriptum esse, postea autem interpolatum, et in colloquii formam redactum, hanc speciem, qua nunc uterque est, accepisse. Quo minus dubitavi, codices sequi, et librum hunc ita exhibere, uti eum in MSS. comparatum inveni.

Pag. 161. *Quod interpretatur aspiratio.* Aspiratio est subiectum. Hoc enim vult auctor: *aspiratio interpretatur δασεῖαν.*

Vel ubi H *littera poni debeat.* Haec obscura sunt. Videtur sic scriptum fuisse: *Dasian interpretatur aspiratio* (v. varr. lectt.) *quae vel nusquam, vel ubi* H *littera poni debeat, hac figura notatur.* Vide tamen ne ita potius locus sit constituendus: *Dasian interpretatur aspiratio, vel ubi* H *littera poni debeat.* Ita ut adiecta: *vel ubi* cet. nihil sint, nisi explicatio *aspirationis.* Hinc fortassis etiam pro *vel* ponendum: *id est.* Coniunctivus autem *debeat* legitur, quia non ubique certum est, utrum omittatur, an ponatur littera *H.*

Iam videamus quomodo omnis hic locus, in libris editis colloquii forma instructus, exhibeatur:

Sunt autem accentus decem, quos ita huic operi dignum existimavi praenotare. Acutus accentus, Gravis, Circumflexus, longa linea, brevis virgula, hyphen, apostrophos, dasea, psile. Quid est accentus acutus? Nota per obliquum ascendens. a sinistra in dextram partem ita: (ʹ). *Quid est gravis? Nota per obliquum a summo in dextram descendens ita:* (ˋ). *Quid est circunflexus? Nota de acu-

acuto et gravi facta: (^). *Quid est longa linea? Nota a sinistra in dextram partem aequaliter ducta, ita:* (—). *Quid est brevis linea? Nota iacens similiter, sed panda, sicut pars inferior circuli, ita:* (∪). *Quid est hyphen? Virgula subiecta versui, circumflexa, ita:* (∪), *qua duo verba, cum res exigit, copulamus, ut: Antetulit gressum, et: Turnus ut antevolans tardum processerat agmen. Huic est contraria diastole; diastole quidem dextra pars circuli ad imas litteras deposita, quae fit ita. Et hac nota male cohaerentia discernuntur, ut est: Tum Danai gemitu, atque ereptae virginis ira; et: procubuit, viridique in littore conspicitur, sus. Apostrophos est circuli altera pars dextra, sed ad summam litteram apposita, quae fit ita:* (’). *Hac nota ostendimus, parti orationis deesse ultimam vocalem, cuius consonans remanet, ut est: Omnipotens genitor tanton’ me crimine dignum duxisti? Dasean vel psilen apud Latinos* H, *vocali vel addita vel detracta, significat. Quid est dasea? Flatilis, quae hac notatur figura:* (⊦). *Quid est Psile? Siccitas, quae notatur sic:* (⊣). *Notandum etiam, quod acutus accentus* cet.

Pag. 164. *Pdx.* Est haec vox non *pax, pacis*, nomen, sed adverbium comicum, sive malis interiectionem.

Pag. 168. *Philosophia, Papia.* Vide graecum accentum. Hic semel, quamquam obiter, notasse sufficiat, qui a Grammaticis tradantur accentus, eos ita

ita esse ad graecae linguae leges compositos, ut vix sit unum praeceptum, quod contra graecas leges faceret. Omnia graecanica sunt, neque quidquam, quod ingenuum ac nativum Romanis appellare possis, praeter illud, ultimam nunquam posse acui, quod tamen neque ipsum satis accurate praeceptum est.

PAG. 174. *Iubare exorto.*

It portis iubare exorto delecta iuventus.

Virg. Aen. IV, 130.

Numero Deus impare gaudet.

Virg. Eclog. VIII, 75.

PAG. 175. *Huius mulieris.* Hoc in penultima vocabulum acuendum esse, praeter Priscianum, quod equidem sciam, nemo prodidit. *Sed tamen* videtur in hoc praecepto aliquid latere, quod ad aliud ducturum sit. Fortassis tamen, quod praeplacet, vulgi tum temporis consuetudo fuit, acuere penultimam in obliquis h. v. casibus.

PAG. 177. *Sapifur, letifur.* Haec et quae paullo inferius leguntur aut ICtorum posterioris aetatis aut vulgi vocabula sunt, aetatem seu interpolationem huius libri arguentia. Fortassis tamen diu erutа sunt, ac mihi tantum ob librorum inopiam incognita. Sunt autem haec: *Armagatos, Servigatos* p. 180. *Velivox* p. 184. *Pullinurux, Crurinurux* p. 184. Possunt etiam barbara esse propria nomina. Forsitan etiam *velivox* Grammaticorum est figmen-

NOTAE AD PRISCIANUM

DE

FIGURIS NUMERORUM, QUOS ANTIQUISSIMI HABENT CODICES, ET DE NUMMIS VEL PONDERIBUS, DE METRIS TERENTII ALIORUMQUE COMICORUM.

PAG. 202. *Πεντάκι δέκα.* Scripsi, quae in codice legebam. Haud dubie nimis superstitiose codicem secutus sum. Nam quamvis constitueram, in his ubique repraesentare codicis scripturam, tamen in his non debebam consentire. Quae enim sunt formae, fortassis mere poeticae, eae in his non debent retineri. Idem dicendum est de *χελια*, quod vitium scripturae eo magis tollendum erat, quod paullo post recte legitur *χλια*.

PAG. 203. *Hos igitur Latini quoque in pleriqque imitati sunt.* Res secus habet, quod iam diu perspectum est, et nuper asseveravit Niebuhrius in Historia Romana, qui ab Hetruscis acceptas numerorum formas, et hieroglyphorum in modum effictas, fuisse contendit, quas Romani, ob fortuitam quamdam similitudinem cum litteris suis, deinde aliquantisper immutavere. Mihi vero signa primitiva haec fuisse videntur:

I.

Sola linea erecta. Naturae simplicitatis nihil convenientius, quam ita notari eius numerum. Conti-

nuatio harum linearum unitates singulas notat compositas: II duo, III tria.

X.

Duae lineae transverse-se perscribentes. Eae numerum denarium significant. Hetruscis enim, ut fere omnibus populis, antiquitus usque systema numerorum, quod nos quidem decimale appellamus, usitatum fuit. Neque quid simplicius ac magis consentaneum est, quam hoc signum. Cum enim duae iuxta se positae lineae secundarium numerum exprimerent, vix quicquam reliquum erat, quam transvertere lineas et perscribere utramque. Semis autem numeri huius, quinque, per signi dimidium exprimi par erat, V, demta de toto parte inferiore.

C.

Circuli pars sinistra, *centum* significans. Hoc ne arbitrarie positum putes, vide sequentem numeri formam. Dimidium numeri est dimidium semicirculi, superioris notae inferior pars, sive ⌊, quod postea in litteram *L* mutatum est.

(I).

Circulum integrum vides, rotundissimum *signum* rotundissimum numerum exprimens, *mille*. Accessit deinde, cum unum mille significandum esset, linea intus erecta. Nihil aptius. Numeri dimidium dividit signum numeri: D. linea erecta, cui addita dextra pars circuli, quoniam sinistra parte notabatur

tur *centum*. Plura millia lineis pluribus inscriptis circulo, aut, quod postea invaluisse videtur, additis in utroque latere semicirculis, expressa sunt, ita tamen ut semper ratio haberetur systematis, quod dicunt decimale. Hinc

ↃIↃ.

decem millia notant. Semis numeri, quinque millia, semissem habuit signi: DↃ. Et sic reliqui numeri in infinitum. Quantopere autem haec nostra ratio conspiret cum Prisciani numerorum expositione, nisi ubi ille decipi se passus est, ante oculos ponitur in hac tabula:

III. VIII. XIII. XVIII. XXIII. XXVIII. XXXIII. XXXVIII. XLIII. LVIII. LXIII. LXVIII. LXXIII. LXXVIII. LXXXIII. LXXXVIII. C. CC. CCC. CCCC. IↃ. IↃC. IↃCC. IↃCCC. IↃCCCC. sive: CCIↃ. CIↃ. IↃↃ. sive: IIↃ. ↀIↃↃ. sive: CIIIↃ. IↃↃↃ. sive: IIↃↃ. CCCIↃↃↃ. sive: ↀIIIↃↃ. CIↃ. ↀIↃↃ. sive: CIIIↃ.

Tenendum igitur, mille millia, ut signa breviora essent, eadem figura, qua decem millia, scripta esse, linea tamen media in longitudinem versus inferiorem partem producta, ita: ↀIↃↃ, millies mille; cuius dimidium, quingenta millia, dimidium scripturae habet: CIↃ.

Haec putabam notanda mihi esse, simul, quo melius Prisciani pateret sententia, quae in omnibus libris impressis, in falsa signorum scriptura, valde est impedita et obscurata. Conf. etiam, quae in

Gothofredi collectione auct. L. L. leguntur p. 1526. 1546. et Petr. Servium ad Iuven. Fer. c. 4. et Periz. anim. hist. p. 423.

PAG. 207. Δύο, ἥμισυ. Dele comma interpositum.

PAG. 208. Κατειδέτο. Sic scripsi, codice *indicante*, persuasum habens, ita apud Herodotum fuisse. Est autem locus Herodoti lib. I, 50, ubi vide Wesseling.

ἐπὶ γὰρ τούτοις ἦρτο. Et hoc loco vitiosa codicis scriptura spernenda erat.

Ἰδοὺ δὴ οὖν. Prorsus certam hanc existimo emendationem. Particula δὴ cum imperativo pueris nota est.

PAG. 208. *Eorum pleraque in Verrinis Ciceronis* cet. Ex his intelligitur, quam parum recte in hodiernis exemplaribus exhibeantur numerorum signa, quae, vellem, accuratius ad codd. veterum scripturam examinarentur.

PAG. 209. *Libra vel mina Graïa drachmae centum quinque.* Post haec verba novam lineam incipe, et haec adde:

Libra vel mina Italica drachmae nonaginta sex. Vide varr. lectt. et quae notavi infra ad pag. 213.

PAG. 210. *Bissis* pro *bessis* scripsi, constantem codd. scripturam exhibens. Neque vero dubito, quin rectius scribatur *bessis*, ut *duessis*, quae est scriptura antiquior. Non tamen diffitendum, habe-

re

re aliquid vero simile scripturam *bissis*. Uti enim in *centussis*, *nonussis*, *decussis*, *semisse*, vocalis mutata est in sonum ex numerali verbo adscitum; sic possit videri in *bissis* i scriptum, quod ex *bi*, syllaba numerali, vocalis *i* adscita fuerit.

PAG. 211. *Livius in* XXXIV *ab urbe condita*. Cap. L sub finem. Ibi pro *argumentum sit*, editur: argumentum est. Pro *quingentos*, quingenos. Quae deinde sequuntur: *Mile enim ducentos ex ratione Achaia habuit captivos Italicos*, ea etiamnum apud Livium sunt, omissis postremis, *captivos Italicos*. Et pro: *ex ratione*, ea ratione leguntur.

Signati cet. Est locus Livii Lib. XXXIV. cap. LII. Ubi pro *signati*, est: *signati argenti*. Pro *tetradrachma*, tetradrachmum.

PAG. 212. *Magnum talentum Atticum*, cet. Nisi haec cum sequentibus, quae e Livio citantur (*Livius; talentum ne minus* cet.) eadem sunt, nescio, ubi inveniantur. Hinc patet, quantum erraverim, quum crederem, verba: *paullo plus* adhuc Livii esse. Nam illud *paullo plus* referendum est ad hoc, quod in seqq. est; *ne minus pendat*. Plus igitur potuit pendere, neque tamen minus. Locus autem Livii est Lib. XXXVIII, 38.

PAG. 213. *Id est, sic decrevit Senatus* cet. De intellectu huius loci conferendus est Gronovius, de pec. vet. pag. 143. ubi foede errasse Priscianum ostenditur.

Terentius in Phormione. Terent. Phorm. IV, 3, 39.

Italica autem mina. Vide varr. lectt. ad h. l. Tutissimum existimavi, in sup. p. 209. omissam mentionem Italicae minae revocare. Cum enim ibi Edd. veteres et Codd. utramque praeberent lectionem *nonaginta sex*, et *centum quinque*, utramque ita coniungendam esse arbitratus sum. Qua ratione facillima, puto, loco affertur medicina.

Pag. 214. *Seneca in decimo ep. ad Novatum.* At est petitus locus e lib. X. Controversiarum M. Senecae, cuius praefatio ad Novatum est. V. Gronov. de pec. vetere p. 100.

Varro de L. L. Locus est Varronis in libro, qui hodie quartus est p. 40. Varias lectiones, quae in edd. sunt, notavi inter varr. lectt.

Pag. 215. *Quod Persius ostendit.* Est ultimus versus satyrae quintae, ubi editur: *curto centasse*, pro: *uno centusse*.

Pag. 217. Καθάπερ φήσιν Ἡρόδοτος. Quum hunc locum e codice eruerem, ignorabam, a Gaisfordio allatum et emendatum esse ad Hephaest. pag. 39 seq. Verba eius haec sunt: *Celebris hicce Archilochi versiculus adhuc delitescit in corrupto Prisciani de ponderibus libro pag.* 1350, *quem mihi olim indigitavit Porsonus. Locus Prisciani sic se habet:* (iam seqq. verba Didymi a Prisciano laudata, tum pergit:) *Ubi primo notandum, verba:* καὶ τοὺς τέσσαρας ἥμισυ πήχεις πέμπτην ἡμισπιθαμήν *ad Herodotum*

non

non pertinere, ut bene observat Wesselingius ad Herod. I, 50. Quicquid autem de superioribus statuas, certissimum est, nonnulla post Ἡρόδοτος excidisse, et pro portentosis istis: ἐνδεκάτους. Ἰάδης, restitui debere: Ἐν δὲ βατουσιάδης. De locutione δύο ἥμισυ, praeter auctores ab Wesselingio allatos, vide Hesychium v. Ἡμισύτριτον (Archilochum, qui ab Hesychio laudatur, poterat quoque Didymus respicere) Ulpian. ad Demosth. cet. Haec Gaisfordius. Quantum gaudeo, coniecturam hanc a MSpto meo confirmatam! Neque tamen confecta est emendatio loci. Nihil enim excidit. Sic lege: Καθάπερ φησὶν Ἡρόδοτος, προσθεὶς τὸ,

Ἐν δὲ βατουσιάδης

ἐν τῷ περὶ μουσικῆς. Ἐπιφέρει δὲ τρίτον ἡμιπόδιον ᾠ, τ. λ. Sed fortassis locus rectius constituitur ita: καθάπερ φησὶν Ἡρόδοτος ἐν τῷ περὶ μουσικῆς, ὃς ἐπιφέρει τρίτον ἡμιπόδιον ἀντὶ τοῦ δύο ἥμισυ πόδες, προσθεὶς τὸ, Ἐν δὲ βατουσιάδης. Herodotus igitur non intelligitur historicus ille, sed Grammaticus quidam, cuius mentio fit apud Suidam et Etym. M. v. ζυγομαχεῖν et apud Etym. eundem v. σπυρίς. Totum locum sic intellige: Scripserat Herodotus ille Gramm. de huiusmodi locutionibus in libro quodam de re musica, quem h. l. excerpsit Didymus. Iam ut ille exemplo rem suam illustraret, notissimum Archilochi versiculum: Ἐν δὲ βατουσιάδης adscripserat. Haec itaque laudans Didymus, illas omnes dictiones, inquit, Herodotus Gramm. in libro de musica explanavit; praeterea etiam addidit locutionem hanc:

hanc: τριτον ἡμιπόδιον, pro δύο ἥμισυ πόδες, exemplo usus versu illo Archilochico, προσθεὶς τὸ, Ἐν δὲ βατυσιλλὴς. Hoc igitur modo si explicaveris et ordinaveris, omnia plana sunt ac cohaerent. Cum Herodoto autem historico hic locus nihil habet commune, nisi fortuitum illarum formularum usum, quam explicabat Grammaticus. Hinc fortassis etiam opinari aliquis poterit, rectius scribi pro Ἡρόδοτος, Ἡρόδωρος, aut Ἡμιδιανός. Neque tamen hos magis constat, quam Herodotum aliquem, de re musica scripsisse.

In seqq. ex vitio typothetarum editum: προκείμενον pro: προκείμενον, uti recte apud Putschium. Deinde distinguendum sic: Οἷον τὰ ἓξ ἥμισυ, ἕβδομον ἥμισύ φασιν, τοῦ ἔστα ἕβδομον (nescio quo pacto receperim vitiosum ἑβδόμου) δς μονάδι πλεονάζει τοῦ ἓξ, τὸ ἡμιτυμον λαβόντες.

Δηναρίους παρὰ τὸ δῆνα ἐσχηματισμένους. Haud dubie genitivi esse debent: δηναρίου — ἐσχηματισμένου. Ceterum quod paullo ante apud Putsch. legitur: τὸ δηνάριον, illud abest a codice; ut recte emendatum sit a Gronovio l. c.

PAG. 218. Σήσκουας. Sesquas. Hanc vocem iam Gronovius adstruxit latino sermoni in libro de pec. vet. pag. 240. simul ex antiquo Glossario haec verba affert: *Sesquas*, ἓν ἥμισυ ἐλεῖν, χαλκοῦ ἕξ. Nos vero non, ut Graeculo videtur, a vocibus *se*, *cum*, *as*. compositum, sed pro *sesquias* dictum esse putamus vocabulum, eodem iure, quo pro *sesquia-*

quialter, sesqualter, pro *semiermis*, semermis, et multa alia huiusmodi in libris inveniuntur et editis et manuscriptis.

Pag. 222. *In septeno gurgite Nilus.* Versus videtur esse Luc. VIII, 445:

At inde
Gurgite septeno rapidus mare submovet amnis.

Scholium: *Nilum dicit, cuius ora septena dicuntur.*

Virgilius in X. Versus est eius libri Aen. 207.

Cicero in secundo Verrinarum. Verr. Act. II, II, 52. sub finem.

Et bina equestria arma. Liv. XXXV, 23. sub fin. ubi copula *et* deest.

Sallustius in Cat. loc. Sall. est c. 6, 2. De plurali numero *uni*, cf. quae Cortius ad hunc loc. Sallustii congessit.

Virg. in secundo Aen. Est e lib. II, v. 642.

Lucanus in tertio. Versus 548, 549. Ubi pro *unis* MSS. duo *imis*, hoc est, ut interpres notavit, ima parte navis. Pergit *Oudendorpius: Bersmannus, variae item lectt. Stephani et tres mei cum edd. Rom. habent* imis. *Perperam. Dicit Luc. ut bene notat Schol., Caesarianos inter se solos bellum gessisse, non mixtos Pompeianis, adeoque in una tantum parte, ut reddit quoque Priscianus, hoc exemplo docens,* unus *in plurali efferri.*

Pag. 223. *Donatus in arte prima.* Apud Putsch. pag. 1740. Ubi locus ita legitur: Trisyllabi vero cum trisyllabis geminati, sexaginta et quatuor colli-

liguntur: *Atque excepto amphibrachio et epitrito, quem metrici informem et incognitum iudicant, quorum alterum tripla alterum epitrita divisione partimur, universorum pedum trina conditio reperitur.*

Terentius in Eunucho. Indicavi iam in varr. lectt. esse locum e Phormione Act. I, Sc. IV, 51. Obiter addo, corrigendum etiam esse indicem Terentii, ubi idem hic locus sub v. *succenturiatus* ex Andria affertur, quod vitium per multas editiones propagatum est.

PAG. 226. *Persius.* Est Persii locus Satyra III, 48. Ubi ita:

Iure: etenim in summum, quid dexter scindere ferret,
Scire, erat in voto.

Virgilius in decimo. Aen. X, 213. *Ubi pro bis denis*, legitur: *ter denis.*

Lucanus. V. supra ad p. 222.

PAG. 227. *Horatius in secundo serm.* Horat. Serm. II, 3, 117.

PAG. 228. *Biiugo certamine* cet. Virg. Aen. V, 144.

Caesar in Arato. In his, quae hodie Caesaris Germanici exstant, Arateis locum invenire non possum. Forsitan erravit Priscianus in nomine, et *Manilium* voluit, cuius librum nunc non ad manus habeo.

PAG. 232. *Homerus in Boeotia.* Hom. Iliad. II, 537.

PAG.

PAG. 233. Ἔλαγε τιὸν μένος. Hom. Iliad. XXI, 305. Pro: τεὸν in impressis Hom. libris: τὸ ὄν, quod etiam latet in prava nostri codicis scriptura.

Ἠδὲ σκέπαρνον. In Odyssea IX, 391. est: ἠὲ σκέπαρνον.

PAG. 234. *Terentianus de iambico metro.* Locus est Terentiani Mauri inde a versu 2228. pag. 102. ed. Santen. quae nondum absoluta est, cuius aliquot plagulas ex Batavia mecum attuli. Ibi nihil, quod discrepet, animadverto. Commentarios ad hunc usque locum nondum habeo. Ceterum et Santen. recepit: *Sumpta de vita*, versu 2233.

PAG. 237. *Plautus in Truculenti prologo.* Ab initio enim. Varie turbarunt docti vocem: *architectis*, quae verissima est lectio, quod nunc nemo dubitat.

In eiusdem prima scaena. Statim ab initio scenae. Ubi tamen pro: *dum hic* legitur: *dum id*, me non assentiente. Pro: *ea ipsa unquam*, editur rectius apud Plautum: *eapse unquam.* Denique *edocet* pro *edocuit* libri Plautini.

PAG. 238. *Ut vos in vestris* cet. Amphitr. ab initio. Notandum autem, quod, cum reliqua antique prolata immutata sint, haec: *emundis*, *vendundis*, in nostro codice inveniantur. In Plauti MS. Palat. tertio hoc loco margini adscripta erant: *Lingua Umbrorum vertit U in O. Hetrusca contra A in U.* Ubi forsitan rectius: E in U legatur. Sic infra p. 240 *adulescentium* retentum erat.

Au-

Aut qui confidentior. In edd. Plautin. legitur: *aut qui me confidentior.* Sine dubio rectius. Vix enim hiatus admitti poterit in: *homo? aut.* Pro: *quid faciam, si nunc* in edd. Plaut. legitur: *quid faciam nunc, si;* quod tum demum admitti potest, si post *faciam* distinguatur: *quid faciam, nunc si* cet. Ceterum admisit Hermannus elisionem in: *homo? aut,* asynartetos esse octonarios affirmans in elem. doctr. metr. p. 103. 104.

Ita peregre adveniens. Eundem locum citat Charisius pag. 190 nulla varietate. Emendavit autem Hermannus elem. doctr. metr. pag. 393. scribi iubens anapaestos:

ita quasi incudem me miserum homines
octo validi caedant; itaque
peregre adveniens
publicitus hospitio accipiar.

Cuius emendationis hoc confirmationis dare possum, quod Priscianus *itaque* legisse videtur. Si enim *ita* habuisset, non potuisset haec:

ita peregre adveniens

putare dimetrum brachycatalectum. Tum enim, ut versus constet, legendum: *itaque;* nisi credas, Priscianum ita pedes divulsisse:

ita pe | regr'ad | veniens.

Sunt autem haec ex eadem scena prima Amphitruonis depromta; similiter et sequentia. Adscribo Hermanni emendationes elem. doctr. metr. p. 459. qui hos versus ionicos a maiore habuit; praeter primum, qui est trochaicus dimeter catalecticus:

Haec

Haec heri immodestia
cogit me, qui hoc noctis a portu
ingratiis excitat; nonne idem
hoc luci me mittere potuit. cet. v. Hermann. loco laudato.

PAG. 239. *Pessima mane.* Plautus Trucul. I, 2, 23. ubi nunc editur:

Di. *Pessuma mane.*
As. *I optime, odiosus es.*

Sed repone:

Di. *Pessima mane!*
As. *I, optime, odio es!*

In: *i, optime* hiatus deprehenditur, qui stare potest ac debet.

In Andria. Ab initio. Pro: *negotium, negoti*, genitivum, exhibent editi Terentii libri. Vide varr. lectt.

Vos ista haec cet. Andr. I, 1, ab init. Pro: *ista haec* editur notissima illa forma: *isthaec.*

Observari, adversarios. Fortassis *observarier* scripsit Terentius:

Ab iniquis observarier, adversarios
Ruperè in peiorem partem cet.

Cf. varr. lectt.

PAG. 240. *Stordx, non redit* cet. Adelph. I, 1, ab init.

Qui placere se studeat cet. Prol. Eunuch. ab init. Notum est, ibi a Bentleio ex Grammaticorum testimoniis emendatum esse: *studeant. Multum* au-

tem pro: *multos* fortassis iis tribuendum est, qui *quam plurimos*, pro: *quam malos*, dictum accipiebant. Cf. Eugraphium ad hunc locum et Bentleium.

Quid igitur faciam. Eunuch. 1, 1. ab init.

Quae sint adulescentium. Heaut. ab initio. Coniunctivus: *sint*, de quo in varr. lectt. fortassis rectior, saltem ferri possit.

In prima scaena eiusdem. Ab initio.

In Hecyra. Ab initio.

PAG. 241. *Perpol quam paucos.* Hecyrae I, 1. ab init. Donatus testatus est, esse aliquos, qui legant *paucis*, quod ipse confirmat versu graeco Apollodori, quem transtulisse Terentium apparet:

Ὀλίγαις ἐραστὴς γέγον' ἑταίραισιν,
Σύρα,
Βέβαιος.

Quem sic emendavit Bentleius. Is etiam Bentleius *paucis* pro *paucos* in textum recepit. Sed non videtur Terentius tam accurate Graeca vertere voluisse, neque fecit.

In Phormione. Ab initio.

Amicus summus cet. Phorm. I, 1 ab init.

In Andria. Act. I, Sc. 1, 4. 5.

PAG. 242. *Qui postquam.* Id. ibid. v. 6. 7.

Enim vero. Andr. I, 3. ab init.

Ennius in Media. Ennii fragm. ed. Hessel. p. 197. Cf. quos ibi citatos invenies auctores.

Caesae cecidissent abiegnae. Pluralis numerus ab igna-

ignaris librariis invectus est, qui aut *trabes* singularem ignorarent, aut versui timerent in | Caesare |, quae recte habent. Optimi quique codices apud Auctorem ad Herenn. II, 22. et apud Cic. de Nat. Deor. III, singularem exhibent. V. Lambin. ad Auct. ad Her. l. c. et Graevium ibidem. Cf. etiam Oudendorpium ad Auct. ad Her. l. c. et ad lib. de Invent. I, 49. qui: *caesa accidisset abiegna* legi iubet. Sed utique ita lege:

Caesa cecidisset abiegna ad terram trabes.

De nominativo convenit. Nam Varro, et multi alii eum secuti Grammatici, hoc versu utuntur, ut *trabes* singulari numero dictum comprobent. Reliqua mutatio versus fulciendi causa, ut dixi, inventa videtur.

Colchis. Est ablativus. *Petebant Colchis*, id est e terra Colchorum.

Domo offeret pedem. Euripides habet: πῶλον ἐκ γῆς ἔπλευσ' Ἰωλκίας. Hinc possit subire cogitatio, scribendumne sit:

Nam nunquam herā errans mea loco offerret pedem.

Sed Ennius non verbum de verbo transtulit. Quare vulgata sana videtur.

PAG. 248. *Ad coelum eruit.* Sic pro vulgato: *ad coelum vomit* etiam quidam MSS. ad Cic. de nat. Deor. II, 35. teste H. Stephano in fragm. vet. poet. Latin. pag. 12.

Satin' ut quem cet. H. Stephan. in frag. vet. poet. Latin. p. 32.

Sol qui micantem cet. Stephan. pag. 34. 35. Ceterum hos versus translatos esse e Phoenissis Euripid. ab initio, notum est. Vide Stephanum.

PAG. 244. *Quantam Tyndareo* cet. Steph. p. 38. *Vitam vixit* cet. Apud Stephanum vulgata lectio est: *vitam duxit* et: *quidvis satis est.* V. Steph. p. 300.

Ut solent mè cet. Apud Steph. p. 296 vulgata lectio: *Praeut.* Quod autem Steph. in annotat. addit, Prisciano videri hos versus aliter distinguendos, illud spectat ad pravam illam distinctionem, quam edd. antiquae et Steph. secuti sunt.

Currendo sic esse. Ita visum est ex codice exhibere. Neque iniuria. Infinitivus enim *esse*, quanquam disyllabus, tamen eodem iure, quo mera copula *est*, apud antiquos correptus *invenitur*, quod non est quod miremur. Deinde ne aliter quidem legi potest, cogente sententia. *Currendo* enim *est*, nihil est; sed *currendo sic esse* pendet a seq. *datur.* Nam *sum currendo* notissima illa est locutio pro *curro*, aut *currens sum*, aut quod rectius et accuratius: *occupatus sum currendo.* Ex eadem formula dicendi est: *duumviri sacris faciundis*, *decemviri litibus iudicandis*, et multa huiusmodi alia, et, quod apud Ciceronem est in libr. de Legg. III, 3: *Regio imperio duo sunto, iique praeeundo, iudicando, consulendo Praetores, Iudices, Consules appellantor.* Ubi recte Goerenzius contra Davisium, qui *a* excidisse putabat, monuit, dicta esse illa pro: *dum prae-*

raecunt, *iudicant*, *consulunt*. V. Goerenz. ad l. l. Ciceronis. Ex his facile intelligitur, sententiam pessumdari, si legeretur: *currendo sic est*, *ic datur*.

PAG. 245. *Adhuc Archillis*. Terent. Andr. III, 1, init. Locus primum emendatus a Bentleio, qui Bacchiacum numerum detexit. V. Bentl. ad h. l. Terent. Pro: *Archillis* scribendum penultima breui: *Archylis* nemo ignorat. Sed ex Prisciani mente *Archillis* penultimam producere debebat.

Quod iussi date bibere. Quomodo habeant Prisciani libri, indicavi in varr. lectt. Bentleius e codd. edidit: *Quod iussi ei dari bibere*. Alii: *dare bibere*, alii: *date bibere*. Omnes tenent pron. *ei*.

Huc revertar. Revertor Bentl. et Faernus e MSS.

Ad fores auscultate cet. Truc. I, 2, ab init. Discrepant editiones Plauti. Eae sic:

Ad fores auscultato, adque serva
has aedis.

Sed repone ita:

1. *Ad fores aúscultato ádque servato aédis,*
Né quis advéntor gravíor abeat, quam advéniat,
Néu, manus áttulit qui steriles intro ád nos,
Gravidás foras expórtet.
5. *Novi ego hominum mores.*

Versus sunt cretici cum amphibracho in fine, qui catalexin facit. Quartus versus iambica est clausula. Quintus versus novum genus metri incipit, de cuius ratione mihi non constat, quia sequentia corruptissima sunt in nostris exemplaribus, et MSS.

auxilium exspectant librorum. Nunc dabo reliquam lectionis varietatem, quae mihi pro librorum inopia praesto est. *Aldina* anni CIↃIↃXXII, quae ex meo iudicio non multum fidei habet, primum versum ita profert: *Ad fores auscultato atque asserva has aedis*. Basileensis anni CIↃIↃLVIII: *Ad fores auscultate, atque asservate' has aedis*. Ubi quid apostrophi sibi velint, nescio. In Camerar. secundo: *ad fors auscultato adque servas aedis*. In alio: *adque aservas aedis*. In Acad. (puto Lugd.) *auscultas atque asservabis aedes*. Reliquae, ut supra indicavi, editiones. Omnes autem *qui* post *neu*, quod itidem exhibent, inferunt. Choriambum: *qui steriles* emittere nec potui nec volui. Pro: *attulit*, si coniunctivo opus videatur, quod nego, scribe: *attulat*. Reliqua certa.

Dii advenientem cet. V. Steph. pag. 300. Versus videntur anapaestici ita ordinandi:

Dii advenientem pérdant, hic
quidem nós perdit —
Festum écce diem hic quartum hódie iterant
Ita cónventum —

Utrumque fragmentum per se considerari debet. Nullo enim nexu cohaerent. *Ecce* pro *esse* scripsi, hoc sensu: *Ecce nunc diem feriarum quartum celebrant; ita enim conventum est.*

Neque tam terribilis. Tusc. IV, 29. *Oratio* scribendum esse, pro eo, quod etiam *Ernesti* retinuit: *ratio*, Graeca ostendunt. *Ira coelitum invectum malum* Graeca evincunt similiter. Pro *ferat* in fine,

fine, edd. Ciceronis habent: *efferat* et: *ecferat*, quod non puto Ciceronis esse. Graeca haec sunt:

Οὐκ ἔστιν οὐδὲν δεινὸν ὧδ' ἔπος
Οὐδὲ πάθος, οὐδὲ συμφορὰ θεήλατος
Ἥς οὐκ ἂν ἄραιτ' ἄχθος ἀνθρώπου φύσις.

PAG. 247. Ἐρέω γάρ οὕτω cet. Priscianum atque Heliodorum ita legisse ac scribere voluisse, nullum dubium est. Neque etiam, quod codex praebere videtur, Ἐρέω γὰρ ὦ Κυλλήνιε alicuius momenti esse puto. Nolo tamen diffiteri, codice inspecto, statim in hanc rationem me incidisse, quam in Hipponactis libris inventam puto:

Ἐρέω γὰρ ὥς· Κυλλήνιε Μαιαδεύς Ἑρμῆ.

Κυλλήνιε trisyllabum est, v. Herm. elem. doctr. metr. p. 53, 54. Μαιαδεύς pro vocativi forma, nulla eget excusatione. v. Tzetzam 855. Ceterum Müllerus, Conrector scholae huius, collega amicissimus recte vidit, hanc Mercurii invocationem repetitam esse ex carmine quodam epico, cuius hanc locutionem risui exponere voluisse videtur Hipponax. In Hymn. in Merc. v. 408 occurrit: Κυλλήνιε, Μαιάδος υἱέ. Frequentissima est formula: Διὸς καὶ Μαιάδος υἱέ.

PAG. 248. Τοὺς ἄνδρας τούτους cet. Sic scripsi nimirum codicem iusto pressius secutus. Corruptus autem ille liber, ex quo Heliodorus hausit, haud dubie ita exhibebat.

Τοὺς ἄνδρας τούτους ὀδύνη γύαλα βιγηλά.

Sed cum ita scribere nequiverit Hipponax, emendandum. Viam praemunivit Hermannus elem. d. m.

p. 144 legendum proponens:

Τοὺς ἀνέρας τούτους δύη πάλαι λείπει.

Sed ductus codicis nostri secuti ita restituimus:

Τοὺς ἀνέρας τούτους δύνει βῖγος γυῖα.

Sensus manifestus est. Sed rectius, quia longa videtur prior syllaba in δύνει, sic:

Τοὺς ἀνέρας τούτους ἔδυ βῖγος γυῖα.

Πεπρωμέναν. Post hanc vocem dele comma.

Ἐξ ἀγρίαν γυάθων. Vocabulum ἀγρίαν, περισπωμένως scribunt. Sed ego existimo, ut in reliqua dialecto, ἀγρίων, sic in dorica ἀγρίαν dicendum esse. Contractio ex ἄων nullam potest praebere causam circumflectendi ultimam, nam tum etiam ἀγρίων, in vulgari dialecto circumflexum esse oporteret. Ceterum aenigma Sphingis intelligi patet.

Νηλεεῖ νόῳ. Sic enim scribendum. Formula efformata ad Homericum; κήλεϊ θυμῷ. Extremum δε non habet quo referatur, praesertim post alterum vocabulum collocatum. Referam autem sensum fragmenti ad Aeolum, ventos in utribus continentem, Ceterum de voce νηλεεῖ cf. Hesych. sub h. v.

Pag. 249. Πολλοῖσι γὰρ μίλεις. Possis, ut iambum restituas, scribere πολέσσι. Sed genus metri nescimus.

Ἀνδρία πέσχω. V. Herm. elem. doctr. metr. p. 48 πολλοῦ scripsi codicem secutus. Recte tamen videtur habere πολλοί.

Pag. 250. Ἐπὶ Θήβας. Accusativus e codice. Ἱππομηδοντος κ. τ. λ. Cf. Herm. Elem. d. m. pag.

pag. 44. Aeschyli versus est in Sept. ad Theb. 494, Ἀλφεσίβοιαν κ. τ. λ. Vide eundem Herm. l. c.

Alcman. De duplici scriptura huius nominis v. Welckerum ad Fragm. Alcm. p. 1.

PAG. 251. Νεωμόναρχε κ. τ. λ. Rectissime hunc locum Welckerus Frag. Alcm. p. 17. retulit ad illud fragmentum Alcmanis, quod legitur in Schol. ad Hermog. Rhet. Ald. tom. II, p. 400; quod totum equidem ita scribendum censeo:

Μῶσ', ἄγε, Μῶσα λιγαῖα
Πολυμελής, ἄεισε μέλος
Νεοχμὸν ἄρχε παρθένοις ἀείδειν.

Quod putat Welckerus scribi potuisse πολυμελὴς in versu dactylico, ita ut υ longa sit; in eo quantum erraverit, non operae pretium est dicere.

Χερσάνδε. Monui iam in varr. lectt. scribendum χερσόνδε.

Ἑρμῆ, φίλ' Ἑρμῆ, Μαιαδεῦ Κυλλήνιε. Versum deformatum esse credo. Quare scribendum putabam:

Ἑρμῆ, φίλ' Ἑρμῆ, Μαιαδεύς, ὦ Κυλλήνιε.

Ut verbum postremum trisyllabum sit. Sed non diffiteor, magis mihi arridere sententiam Welckeri, qui ad Hipp. Fragm. p. 80 ita legendum putat:

Ἑρμῆ, φίλ' Ἑρμῆ, Μαιαδεῦ, Κυλλήνιε.

Quomodo haec tentata sint a Scaligero, vide apud Müllerum ad Schol. Tzetzae in Lycophr. p. 842.

EPISTOLA

G. HERMANNI,

VIRI ILLUSTRIS,

AD EDITOREM,

EMENDANTUR LOCI E GRAECIS SCRIPTORIBUS ALLATI.

FRIDERICO LINDEMANNO

S. D.

G. HERMANNUS.

Recte fecisti, vir praestantissime, quod me longiore epistola ad scribendum excitasti. Nam quo mihi plus materiae ad scribendum praebetur, tanto et prius et libentius respondeo. Sane in verbis Prisciani, quae aperta sunt vitia, ut χείλια, δρυτο, haud cunctanter corrigere poteras. Sed πεντάκι δέκα cur non mutasse te poeniteat, non video, quum πεντάκι defendi posse videatur. In illo non ausim tibi assentiri, quod κατεκάετο Herodotum scripsisse putas. Mihi hoc Atticum potius, et vulgaris quidem sermonis esse videtur. In illo loco, qui est p. 217. praeferam equidem posteriorem conjecturam tuam, καθάπερ φησὶν Ἡρόδοτος ἐν τῷ περὶ μουσικῆς, ὃς ἐπιφέρει τρίτον ἡμιπόδιον ἀντὶ τοῦ δύο ἡμισυ πόδες, προσθεὶς τὸ, ἐν δὲ βατουσιάδῃς. Sed vide, ne multo lenius corrigatur: καθάπερ φησὶν Ἡλιόδωρος, ὃς προσθεὶς τὸ, ἐν δὲ βατουσιάδῃς, ἐν τῷ περὶ μουσικῆς, ἐπιφέρει et reliqua. Puto autem ego Heliodorum hic citari, metricum istum, quem verisimile est, cognа-

gnatum rei metricae argumentum, musicam quoque attigisse. Ac suadet hoc etiam commemoratio pedis metrici, exemplique e poeta petiti. Confundi autem Heliodori Herodotique nomina satis constat. Omninoque grammaticus iste Herodotus ita mihi suspectus est, ut verear, an unquam ullus fuerit.

Ad Hipponactis fragmenta quod attinet, perdifficilis emendatio est, quia sic est facienda, ut simul et Heliodorus et Hipponax excusationem habeat. Et de primo quidem versu;

Ἐρέω γὰρ οὕτω· Κυλλήνιε Μαιάδος Ἑρμῆ;

dubitare coepi, an is recte se habeat. Legisse enim ita Heliodorum, Priscianus docet, qui quum quartum quintumque pedem dactylos esse dicat, repetere videtur id ipsum, quod Heliodorus scripserat. Nam illud recte puto Müllerum, collegam tuum, animadvertisse, alludi hic ad compellationem Mercurii, epicis usitatam. Quis autem dicat hodie, quo fine ista scripserit Hipponax, et cuius ille versus ad risum traducere voluerit? Quod ille si fecit, consulto debuit, quoniam verbis illis utendum erat, pravum versum condere. Idem fecit Rhintho apud Hephaestionem p. 4. (10).

ὡς σὲ Διώνυσος αὐτὸς ἐξώλη θείη·
Ἱππώναχτος τὸ μέτρον· οὐδέν μοι μέλει;

fassus hic ipse, malos esse hos versus.

Major dubitatio est de altero versu, p. 148. cuius in secundo pede spondeum, in quarto dactylum esse necesse est. Tentari multa possunt. Sed omnium facillimum est, in quod tuemini incidisti,

nos

modo, quo ducit etiam codex tuus, dativum ponas,

τοὺς ἄνδρας τούτους ὀδύνῃ γύαλα ῥιγηλά,

manus prae dolore febricitantes, si recte γύαλον *de vola manus dici tradit Etymologus, quod tamen valde probabile est. Sic facilis et Hipponacti et Heliodoro parata excusatio, ubi meminerimus codice hunc usum esse, in quo solemni permutatione* τούτους *pro* τούςδε *scriptum fuerit. Nam tunc Hipponactem sic scripsisse censebimus:*

τοὺς ἄνδρας ὀδύνῃ τούςδε γύαλα ῥιγηλά.

PAG. 148. *Doricos genitivos in* αν *ego quidem etiam in adjectivis, quale hoc est, et participiis circumflectendos puto, quoniam* ᾶν *istud ex* άων *contractum arbitror. Heliodorus Pindari et aliorum versus, quos deinceps affert, perinepte iambicos esse putavit, qui sunt longe aliis metris scripti. Sed in primo Pindarico exemplo* ἔθηκε *scribendum, quia aliter monuisset de vitio Priscianus. Eadem causa mox scribendum:*

τροχὸν μέλος· ταὶ δὲ χείρωνος ἐντολαί.

Qui mox sequitur versus, non est quare metuas de particula δὲ *post secundum versum posita. Recte ea sic collocatur, praesertim in tali loco. Nam* νηλεεῖ νόῳ δὲ, *idem est quod* νηλεῶς δέ. *Quod etsi potest etiam* νηλεεῖ δὲ νόω *dici, tamen hoc,* νηλεεῖ δὲ νόῳ, *sic proprie dictum est; ut sit* νηλεεῖ δὲ, οὐκ ἐλεήμονι νόῳ. *Sed totum versum ita scribe:*

ἐν δασκίοισιν πατήρ· νηλεεῖ νόῳ δ'.

Dè quo sermo sit, frustra, opinor, quaesiveris.

PAG.

PAG. 249. *Scribe certâ emendatione, quam et litterae in codd. et verba Prisciani exigunt,*

δ' οὐδὲν ἀρσαντίων ἐφθεγξάμαν ἔτι.

Sed postremam quoque vocem mutandam, et ἔτι scribendum esse vix dubium puto.

Anacreontis versus ex duobus dimetris iambicis brachycatalectis compositus est.

⏑ ⏓ ⏑ — ⏑ — | ⏑ ⏓ ⏑ — ⏑ —

Mox p. 250. *in Simonidis versibus fraudem tibi factam agnosces in verbis* ἀντιστρέφει δὲ αὐτῇ, *quae recte sic habent. Non sunt enim Simonidis verba, sed Heliodori, dicentis versui, quem modo attulisset,* ἀντίστροφον *esse, i. e. in antistropha respondere hunc,*

ἀκοτρίπτουσα Κῆρας. (*Cf. etiam Gaisford. ad Sim. fr. in poet. min. p.* 401.)

Ἀκοτρίπτουσα, *an* ἀκοτρίπτουσαν *verum sit, quis dixerit? Plus auctoritatis nominativus habere videtur. Alterutrum certo verum est. De Alcmanis fragmento fugerunt te, quae dixi in diariis Jenensibus* 1816. *m. August. n.* 154. *in censura editionis Welckerianae, versus ita legendos videri,*

Μῶσ', ἄγε, Μῶσα λιγεῖα,
πολυμελὲς ἀοιδᾶς μέλος
νεοχμὸν ἄρχε παρθένιος ἀείδειν,

postremumque versum, et eum, quem huic addit Priscianus, hoc metro esse:

⏑ ⏓ ⏑ — ⏑ — ⏑ | ⏓ ⏑ — ⏑

Eodem metro est ille, in quo recte praefers χρυσο-

δε-

δε. *Quî deinde Pindari et Bacchylidis versus commemorantur, hos numeros habent:*

⏑̄ –́ ⏑ –́ — | –́ ⏑ –́ — | –́ ⏑ ⏑ —

In Hipponactis versibus, qui sequuntur, mihi quoque recte videtur Welckerus κυλλήνειε *conjecisse.*

PAG. 253. *Nondum persanavisti Eupolidis fragmentum, in quo ego quoque in Elem. d. m. p.* 586. *a vero aberravi. Bene factum quod codex tuus* πάνυ λεπτῷ *praebuit. Sed quid tum* γε, *non suo loco positum, omninoque non aptum? Scribe,*

ἵν' ἔξεστιν πάνυ λεπτῷ κακῷ τε τὴν ἰδέαν,

„ *ubi licet homini prorsus macilento et specie pra-*
„ *vo.*"

Vale, praestantissime Lindemanne, et me tui puta amantissimum esse. Argumento tibi esto, quod sepositis negotiis, quibus plurimis obrutus sum, statim tibi respondi, nec medio die, sed circa noctis meridiem, ut Varro loquitur, et multis in mensa mea jacentibus epistolis, inde a duobus mensibus acceptis, ad quas nondum responsum est. D. 17. *Decembr.* CIƆIƆCCCXVII.

INDICES.

INDEX

AUCTORUM A PRISCIANO CITATORUM.

A.

Accius, 242 seq. 243 bis. 244.
Aeschylus, 250.
Alcman, 250 seq. 251 bis.
Anacreon, 249.
Aruntius, 207.
Asmonius, 235 seq.

B.

Bacchylides, 251.

C.

Caesar in Arato, 228.
Cicero, 222. 246.

D.

Dardanus, 209. 213.
Didymus, 107. 216 seq.
Donatus, 71. 223.

E.

Ennius, 96. 242.
Eupolis, 249. citante
Hephaestione, 252 seq.

H.

Heliodorus metricus, 247. 251.
Hephaestion, 247. 252.
Herodotus historicus, 208.
Herodotus grammat. 217.
Hipponax, 247. 248. 251.
Homerus, 232. 233 ter.
Horatius, 4. 5. 6 bis. 227. 249.

I.

Iuba, 235.
Iuvenalis, 69. 204.

L.

Livius ab urbe condita, 211 bis. 212. 213. 220. 222.
Lucanus, 46. 82. 110 bis. 145. 222 bis. 226.
Lucretius, 98.

O.

Ovidius, 16. 129.

P.

Persius, 13. 185. 226.
Pindarus teste Heliodoro, 248 quater. 249. 251.
Plautus, 237 ter. 238 quinquies. 239 bis. 246.

S.

Sallustius, tacito nomine, 123. nominatus, 222.
Seneca, 214.
Simonides, 250 bis.
Sophocles, 250.

T.

Terentianus, 234.
Terentius, 15. 69. 84. 106. 107. 115. 123. 134. 147. 152 bis. 213. 223. 239 ter. 240 sexies. 241 quinquies. 242 bis. 243 seq.
Turpilius, 244 ter. seq. 246.

V.

Varro de lingua latina, 214 seqq.
Verrinae Ciceronis, 208. 209.
Virgilius, in Georg. 10. 62. 75. 136. in Aen. 10 bis. 16 bis. 43. 62. 63. 76 ter. 80. 82 bis. 79. 109. 115. 117 ter. 122. 123. 128 ter. 137. 140. 145. 147. 174 bis. 204. 222 bis. 226. 228. tacito nomine 23.

INDEX

RERUM ET VERBORUM IN AUCTOREM.

A.

A. Nomina in *a* participia futuri temporis similia penultimam producunt, 170.

A, ab, abs, 32.

Ab, quo accentu, 32.

Ab, 112.

Abiectiones crebrae in versibus comicorum, 237.

Abies, quo accentu, 179.

Ablativi simplices frequenter pro adverbiis ponuntur, 130.

Abrotonium, 174.

Absque, 112.

Absurditas soni, 102.

Abundat syllaba, 6.

Ac, *pro quam*, 115.

Acatalectos versus, 5.

In acis *terminantia* oblíquos casus producunt penultima, 183.

Accentus.

Decem accentus, 160. *Accentus dividitur tripartito*, 159. *Unus acc. in integris dictionibus*, 162. *Acc.* servant *latinum* etiam *graeca* nomina, 52. *Acc.* nulli certi in peregrinis vocibus, 162. *Acc.* melius ad latinitatem profertur, 52. *Acc.* in trisyllabis et tetrasyllabis, 165. *Acc.* in disyll. 164. *Acc.* in monosyll. 164. 62. *Accentuum leges* tria turbant, 162. *Acc.* enclíticorum, 23. Sub uno *ac-*

accentu pronunciantur comp. 22. *Acc.* in coniunctionibus et praepositionibus, 116. *Acc.* in verbis, 186. Praepositiones mutant *accentum*. *Acc.* in interiectionibus, 162. Pronuntiandi ambiguitas *accentuum* leges turbat, 162. *Accentus* vocativorum in *i*, 145. *Acc.* in *iam*, 70. *Acc.* in *ne*, 62. *Acc.* in *que*, 85. 86. *Acc.* in *postquam*, 49. *Acc.* in *sic*, 62. 75. Quae in *tia* terminant, *quo accentu*, 169. *Accentus* in *ut*, *uti*, *utinam*, 147. Syllaba naturaliter producta circumflexo *accentu* pronuncianda, 164.

Accusatrix, 102.

Actus verbi, 13.

Acutus accentus, 160. Inventus cur, 159. Duo tenet loca, 161. Syllaba, quae correptam vocalem habet, acuto accentu pronuncianda, 164. Acuitur antepenultima, 25.

Adeps, adipis, accentus, 185.

Adiectiva hominum, 18.

Adiectivum mobile, 67.

Aditus particip. 16.

Adprime, 30.

Adverbia composita sub uno accentu proferenda, 195.

Adverbia, quomodo fiant, 151. 152.

Adverbia in *a*, quo accentu, 195.

Adverbia in *c*, quo accentu, 195.

Adverbia in *e*, quo accentu, 194.

Adverbia in *er*, quo acc. 195.

Adverbia in *i*, quo acc. 194. 195.

Adverbia in *m*, quo acc. 194.

Adverbia in *o*, quo acc. 195.

Adverbia in *ol*, quo acc. 195.

Adverbia in *us*, quo acc. 195.

Adverbio quot accidunt, 75. 48. Ad-

Adverbiorum quaedam πρωτότυπα, 48.
Adverbium quid, 48.
Adverbium quid, adverbium temporis, 129.
Adverbium temporale, 105.
Adversarius, 151.
Adversior, 150.
Adversissimus, 150.
Adversor, 151.
Adversus, adverbium et praepositio, 152.
Adverto, 151.
Aedepol, 195.
Aeneadae, 70.
Aeneas, adis, 76.
Aeneia, 101.
Aenelcus, 69.
Aeneis, 70.
Aenelus, 69.
Aenide, 76.
Aesopiae Fabulae, 255.
Aethiopicus, 137.
Affatur, 79.
Ago, 191.
Agricola, 169.
Aiiax, 27.
Al syllaba finita, quo accentu in penultima, 172.
Alacer, quo acc. 175.
Aleo, 172.
Aliquando, 62. fut.
Alius, 119.
Allocutio rhetorica, 272.
Alnus, 111.
Alter, 120.
Alterutrius, 138.
Altitudo, 172.
Amans illius, nomen est, 84.
Amans, nomen et participium, 19.
Amans, nomen et participium varie conjungitur, 19.
Amatum ire, 37.
Amatur, 78.
Ambitus, *quando participium* servat penultimam productam, 181.
Amor, amo, 149.
Anapaesticum metrum, 3.
Anapaestus, quo loco in iambis, 230.
Annibal, quo acc. 173.
Anniculus, vel annuus, 227.
Ante, 195.
Antesignanus, 109.
Anteverto, 151.
Antispasticum metrum, 4.
Apostrophos, 161.

Appellativa eundem (cum propriis) accentum servant, 168.
Nomina *appellativa* á in penultima habentia productam, 183.
Appellativa in *or* in obliquis casibus quo accentu, 176.
Apúd, 195.
Ar syllaba terminata, quo accentu in penultima, 174.
Arar, 175.
Declinatur arceo, 112. 113.
Arcitor, nomen verbale non in usu, 114.
'Arcus, 165.
Arcus, 112.
Arena, 168.
Argenteus, 209.
Aries, quo acc. 179.
'Arma, 165.
Armagatos, 180.
Arma, quid significat, 10.
Armatrix, 102.
Armillae, quae nunc brachialia vocantur, 13.
Ab armo, artu corporis, 11.
Armus, armi, 11.
Arpinas, 178.
Arpinâs, 30. 145.
Arpinátis in vetustis libris, 178.
Per Arsin suspenditur vox, 166.
Arsis et Thesis in unaquaque parte orationis sunt, 166.
Artifex, quo acc. 183.
Arx, unde, 112.
As, syllaba terminata producuntur in obliquis, 178.
In *as* desinentia antiquis sine *s* finali, 69.
As quid? quo signo, 207.
As, 209. 214.
Asclepiadeum metrum, 4.
Asdrubal, quo acc. 173.
Assispondium, 214.
At postponitur etiam, 59.
Athenae, 165.
Atlanticus Oceanus, 136.
Atque, adverbium similitudinis, 115.
Atquin, 29.
Atrox, quo acc. 184.
Aura pro splendore, 140.
Aurifex, quo acc. 183.
Aurificis, quo acc. 183.

Aurora, unde? 140.
Avena, 90.
Ax syllaba terminata omnia corripiuntur in penultima, 183.

B.

Bellaria, unde? 107.
Bellator, 108.
Bellatrix, 108.
Bellax, 108.
Belligenus, 108.
Belliger, 108.
Belliportae, 108.
Bellipotens, 108.
Belli signum, 110.
Bellona, 108.
Bellum, deminutivum a bono, 106.
Bellum, unde? 106.
Beneventanus, quo acc. 183.
Bes olim dues, unde? 216.
Bessis, 227.
Biceps, 228.
Bicorpor, 228.
Biduum, 228.
Biennis, 227.
Biennium, 228.
Bifariam, 228.
Bifidus, 228.
Bigae, 228.
Bigati nummi, 228.
Biiugus, 228.
Bilibris, 227.
Bilinguis, 228.
Bimus, 228.
Binoctium, 228.
Bipotens, 228.
Bipes, 228.
Bis, 225.
Bis deni, 226.
Bissis, 210.
Bisulcus, 228.
Bivium, 228.
Bónus, 164.
Boricus, 136.
Bostar, 175.
Brachycatalecti, 6.
Brevis virgula, 160.
Bubo, ónis, 172.

C.

C.

Cacometri, 236.
Caesar, 175.
Caesurae, vel una, vel duae in versu, 7.
Caesurae tres, rarissime, 7.
Caesurae rhythmum leviorem solent efficere, 7.
Calefacis, quo acc. 86.
Caligo, quo acc. 172.
Calix, quo acc. 184.
Campána, 170.
A *cano* composita in *ni* perfectum faciunt, 26.
Cantator, 26.
Cantatrix, 26.
Cantio, 26.
Canto, forma frequentativa, 24.
Cantrix, 26.
Capnâs, 30.
Capuanus, 183.
Carbo, onis, 172.
Carbonibúsve, 163.
Cardinales numeri, 218.
Cassus, cariturus, 77.
Catellus, 105.
Catilína, 167.
Caveo, cavi, caveram, cavero, quo acc. 190.
Cecini, cur ita? 25.
Celebs, celibis, quo acc. 185.
Celox, quo acc. 184.
Centenus, quid significet, 22.
Centiceps, 228.
Centimanus, 228.
Centum, qua figura, 204.
Centumgeminus, 228.
Centum milia, quo signo, 205.
Centumvir, 228.
Centuriare, 223.
Centussis, 214. 215.
Cethegus, 165.
Choliambi et iambi confusi, 251.
Choliambus, 248.
Circumflexus, 160. cur? 159. in penultima tantum, 161.
Citus, quo acc. 181.
Civilis narratio, 256.
Classicus, 71.
Classis, quid? 71. unde? 71.
Co, syllaba in cogo, 191.
Cogo, coegi, 138.
Cola, 6.
Collisiones crebrae in vers.

vers. comicorum, 237.
Colophonium, 6.
Color, coloro, 149.
Comicus epionicus, iambicarum συζυγιῶν, 252.
Commata, bis 6.
Comparatio rhetorica, 260. 271.
Pro comparatione melius additur species accidentibus adverbiorum, 48.
Comparatio non bene inter accidentia ponitur, 20.
Comparativorum deminutiva, 107.
Composita a v. arma, 11.
Composita a bello, 108.
Composita a v. cano, 25.
Composita a cano, penultima correpta, 168.
Composita a verbis colo, gigno, brevem penultimam habent, 169.
Composita a corde, 154. 132. 124.
Composita a curro in perfecto licent duplicent *cu*, vel non, 125.
Composita a *do* et *sto* corripiuntur in penultima, 181.
Composita a frango, 150.
Composita a lauro, 110.
Composita a mitto, 89.
Composita ab omnis, 43.
Composita a parte, 124.
Composita a participio verbi *eo*, *is*, corripiuntur in penultima, 181.
Composita a *que*, 23. 54.
Composita a *qui*, 29.
Composita a rege, 61.
Composita a rego, 139. transeunt in neutralium significationem, 139.
Composita a rùtus, quo acc. in penultima, 181.
Composita a v. signum, 108.
Composita a verto, 151.
Composita a viro, 22.
Composita a teneo, 47.
Composita, quo accentu pronunciantur, 108.
In compositis unus acc. 162.
Compositum ex duobus integris, 49. 54. 121. 137.
Compositum ex integro et corrupto, 34. 66. 129.
Compositum ex tribus corruptis, 131.

Comprehensivum, 111.
Concinnus a canendo, 26.
Concino, 25.
Concinui, 26.
Confusio rhythmorum apud Terentium, 245.
Conjugatio verbi conticeo, 35.
Conjugatio tertia correpta, 24.
Conjunctio, quid? 23. 59. 97.
Conjunctio, Hyphen, 160.
Conjunctio ordinis communis, 115.
Conjunctioni quot accidunt, 23. 59. 97.
Conjunctiva figura in narr. 257.
Conjunx, quo acc. 184.
Consulatus, 180.
Contemno, contempsi, 191.
Conticesco et conticisco, 38.
Conticeor. declina possivum, 38. 39.
Conticium, 41.
Conticitor et conticitrix non debemus proferre, nisi in usu inveniamus, 41.
Conticitum ire, cur ita, 37.
Cóntumax, 183.
Convertere rhythmum iambicum, 248.
Corneus, 111.
Cornus, 111.
Corsica et similia breviantur, 170.
Crepui, 187.
Crêta, 164.
Crurinurux, 184.
Cuias, 94.
Cuius, a, um, 94.
Cumána, 170.
Cupio, ivi, 191.
Cupressus, 111.
Cura, quod cor agitat, 64.
Cura dea aliqua, 63.
Curae ultrices, 63.
Curas quasi deas ponit Virg. 63.
Curagulus, 64.
Curatio, 64.
Curator, 64.
Curatura, 64.
Curia, 64.
Curialis, 64.
Curiosus, 64.
Cursor, 14.
Cypriae fabulae, 255.

D.

Dactyli vel spondei vel trochaei indiscrete ponuntur, 237.
Dactylus in quarto loco iambi, 248.
Dactylus in quarto et quinto loco, 248.
Dactylus, quo loco in iambo, 230.
Dasia, 161.
Debellatum est, 108.
Decanus, unde, 223.
Decem, qua figura, 203.
Decem milia, quo signo, 205.
Decempes et decempeda, 228.
Decemprimi, 30.
Decemvir, 228.
Decimana porta, 223.
Declinatio verbi *everto*, 55.
Declinatio tertia correpta, 124.
Declinationes pronominum quot, 117.
Declinatur *pando*, 127.
Declinatur *possum*, 133.
Decorus, quo acc. 127.
Decuria et decurio, 223.
Decuriare, 223.
Decussis, 214.
Defenstrix, ubi lectum? 15.
Definitiones oportet generales esse, 71.
Deinde, 195.
Delinquo, 143.
Demessuerunt, 89.
Demessuit, 89.
Deminutiva a rege, 60.
Deminutiva, quo modo fiant, 107.
Deminutivorum comparativa et *superlativa*, 107.
Denae figurae, 8.
Denarii, unde, 216.
Denarii, quid valuerint secundum Livium, 211.
Denarius, quid? quo signo, 209.
Denarius, unde? 224.
Denarius valebat decussis, 207.
Deprimere syllabam, 159.
Derivativa ab Asia, 51. 52.
Derivativa a bello, quo pugnam significat, 108.
Derivativa a *classis*, 71.
Derivativa a cura, 64.

Derivativa a domo, 131.
Derivativa a *gens*, 58.
Derivativa a gravi, 61.
Derivativa a lauro, 110.
Derivativa a *littus*, 99.
Derivativa a *medius*, 68.
Derivativa ab Olympo, 134.
Derivativa a *post*, 49.
Derivativa a *potens*, 133.
Derivativa a *primus*, 30.
Derivativa a rego, 60.
Derivativa a *teneo*, 47.
Derivativa a Troe, 26.
Derivativa a viro, 22.
Derivativa similia primitivis et appellativis, 51.
Derivativum a verbo arma, 13.
Descriptio rhetorica, 274.
Designatus, 109.
Designo, 109.
Deter, 137.
Deunx, 209.
Deunx, unde, 216.
Dextans, 209.
Dextans, unde, 216.
Dextra, ablativus, 130.
Diastole, 160.
Dies, cujus generis, 50.
Diespiter, 153.
Differentiae causa, 11.
Dimeter catalecticus, 250.
Dimeter catalecticus, finiendi sermonis causa, 246.
Dimetri brachycatalecti, 238.
Dimetri catalectici, 239.
Dimetri hypercatalecti, 239.
Dimetro distinctionis causa usus est Terentius, 241.
Dimetrum iambicum, 6.
Dinoscere, 36.
Discrimen inter elementa literarum ac syllabarum, 158.
Discrimen inter Formas propriorum nominum eorumdemque appellativorum, 153.
Discrimen inter potentiam et potestatem, 133.
Dispertitiva, 221.
Dispertitiva, quomodo struuntur, 222.
Dissimilitudo, quo acc. 172.
Disjunctio i. q. diastole, 160.
Diversa, 120.
Diversorium, 152.

Diversus, quid? 122.
Diverticulum, 152.
Divide singulos pedes, 48.
Divisio per cola, 6.
Divisio per commata, 6.
Divisio per pedes, 6.
Doctrix, 129.
Doctusque, quomodo pronunciatur, 163.
Dodrans, unde, 216.
Dodrans, 209.
Domitor, 131.
Domui, 187.
Domuncula, 131.
Domus, 130.
Dorcium, 174.
Dos, 164.
Draco, dracoena, 60.
Drachma, 209.
Quatuor *drachmae*, quot siliquae, 212.
Dualis, 224.
Duceni, 221.
Dudum, 123.
Dudum, quasi *diudum*, 62.
Dues, 216.
Duellum, 108.
Dum, 123.
Dum, adverbium *temporale*, 123.
Dum, conjunctio repletiva, 123.
Dum, quomodo conjungitur, 123.
Dum pro *ïva*, 123.
Adesdum, 62.
Agedum, 62.
Quidam, 62.
Duodetriginta, 227.
Duplum, 226.
Dupondius, 214. 216. 226.
Dupondius, quid, quo signo, 207.
Dussis, 227.
Dux, 164.

E.

E littera terminata, quo accentu in penultima, 171.
E contrario, 8.
Egomet, quo acc. 194.
Ei et ii nomin. plural. 120.
Elementa pro literis et literae pro elementis, abusive, 158.
Elementum, quid, 158.
Elementum syllabae productio, 138.

Elevare syllabam, 159.
Eliol, quo acc. 173.
Elocutio usus, 259.
Emissarius, 89.
Emo, 191.
En syllaba terminata, quo accentu in penultima, 174.
Enclitica, 85.
Enclitica erigunt fastigium extremae syllabae praepositionibus ante se positis, 85.
Encliticum, 51.
Eas particip. antiqui dicebant, 131.
Eo, *is*, quo acc. 193.
Ab *eo* et *queo* particip. praes. 40.
Episynaloephae crebrae in versibus comicor. 237.
Er syllaba finita, quo acc. in penultima, 175.
Ergó, 102.
Ergo, conjunctio rationalis, 163.
Erythraeus, 137.
Es, syllaba terminata breviantur, 178.
Et, *ac*, *atque*, *que*, quid interest, 115.
Etenim, 195.
Euphonia, 86.
Evigil, quo acc. 173.
Ex syllaba finita, quo accentu in obliquis casibus, 183.
Ex, syllaba finita breviantur in penultima, 183.
Exadversum, 152.
Exemplum, rhetor, 260.
Exinde, 195.
Exter, 137.
Extra, 137.

F.

Fabula, quid, 254.
Fabularis narratio, 256.
Facio, quo acc. 191.
Factum, nomen, 19.
Fames, famei, 51.
Fandus, 79.
Fartrix, 119.
Fas et nefas, unde, 80.
Fasces laureati, 111.
Fasti et nefasti dies, 80.
Fatum, quid, 79.
Fatum, unde, 79.
Fatur, 75
Fatus, passivum, 79.

G.

licus, quo acc. 183.
ieo, 171.
nellus, unde, 107.
ainus, 228.
ieralia appellativorum on pronomina, 95.
ieralis regula adverbiorum in *a* terminantium, 30.
ieris neutri, 10.
iitivus eorum, quae in s desinunt, 57.
itivus in *ius*, 101.
itivi pronominum in *us*, quo acc. 169.
itrix, 184.
o, gessi, 191.
ulus, 126.
Gerundia, unde nascuntur, 41.
Geruntur, 124.
Gesticulatio, 126.
Gesticulor, 126.
Gesto et gestio, 125.
Glandis, nominativus, 153.
Glans, glandis, 124.
Graecorum vetustissimi, 95.
Graiugena, 154.
Grávis, 160.
Gravis accentus, cur? 159.
Gravis cum acuto vel cum circumflexo, 161.

H.

éna, 168.
enas, 90.
eo, quo acc. 190.
res, quo acc. in oblivuis casibus, 179.
itus, 181.
ddum, 123.
tor, Héctoris, 175.
Hercules, 178.
Heriul, quo acc. 173.
Hic, *iste*, *is*, *ille* quid interest, 116.
Hiems, hiemis, quo acc. 185.
Hispána, 170.
Hispanus, quo acc. 183.

Fax, 164.
Felix, 153.
Femin. nom. verbalis, 14.
Fi syllaba, quomodo pronuncianda, 22.
Fictilis narratio, 256.
Ficus, 111.
Fidi, fissus, 128.
Fidicen, 174.
Figurae *accentuum*, 160.
Figurae numerorum antiquissimae, 202.
Figurae numerorum mediorum, 201.
Figurarum quot heroici versus, 7.
De *figuris* numerorum se scripturum confitetur, 200.
O *fili* et o filie, 146.
Fio, quo accentu pronunciandum, 169.
Nec in toto *fixum*, nec in toto mobile, 60.
Flecto, flexi, 88.
Flexus, 150.
Fluvius, voc. 82. 145.
Fluxus, 150.
Fodio, 191.
Foenero, 99.
For *faris* declinatur, 75.
Formae dispertitivorum in *anus*, 223.
Formae dispertitivorum in *arius*, 223, 224.
Formae verborum quatuor quae? 45.
Fortuna, 168.
Fortunatus, 67.
Frequentativa, unde nascuntur, 24. 56. 151.
Frequentativa primae conjugationis, 151.
Frequentativum ab arceo *arcesso*, 114.
Frequentativum ab everto, 56.
Fricui, 187.
Frons, dis, 124.
Frons, frondis et frons, frontis, 57.
Fugiens litium, 84.
Fugio, quant. 191.
Fuligo, quo acc. 172.
Fúnditus, 195.
Futuo ad solos mares pertinet, 44.

Impersonalia, 73.
Impersonalia a paucis Graecis accepta, ubique hab. Lat. 232.
Impersonalis praeteritum infinitum conticitum esse vel fuisse, 40.
Impubis, quo acc. 180.
In, praepositio in compositione, 87.
Inchoativa tertiae declinationis, 151.
Inchoativum, 38.
Incisiones per singulos pedes, 7.
'Incitus et incîtus, 181.
Inclinata figura narr. 257.
Per *inclinatum* narratio, 257.
Incombere, 10.
Indicus, 136.
'Inditus, 181.
Inepto, ineptui, 89.
Inermus et inermis, 11.
Infinita futuri act. et pass. unde, 40.
Infractio, 149.
Infractor, 149.
Infractos, 147.
Infractrix, 149.
Infractura, subst. 149.
Infractus, subst. 149.
Declinatur *infringo*, 148.
Inhaereo, 189.
Insignio, 108.
Insignitus, 109.
Institus, 181.
Intentatus, particip. frequent. 46.
Inter, unde, 137.
Interea, 65.
Intérea, 195.
Interea loci, quomodo pronunciandum, 163.
Interjectiones, quo acc. 195.
Interjectionibus nulli certi accentus, 162.
Interruptiones quinque, 7.
Intimandum est, 162.
Intimus, 137.
Intra, intro, intus, 137.
Ir syllaba terminata, quo accentu in penultima, 175.
Is syllaba finita, quo accentu in obliquis, 179.
Italicus, quo acc. 183.
Itaque, varie pronunc. 163.
Itur, 78.
Iubar, 174.
Iudicatus, nomen, 15.
Iudicium, rhetor, 260.

Ab *junctura* et *ordinatione*, 200.
Iuvenalis, 153.
Iuventus, quo accentu in casibus obliquis, 182.
Ix syllaba finita, 184.

L.

Labeo, 171.
Labor, laboro, 149.
Lacerus, 63.
Lacrimans, 80.
Langueo, 190.
Lapis, 180.
Larinás, 178.
Larinátis in vetustis libris, 178.
Lassus, 63.
Latinae artis scriptores, 95.
Latinigena, 154.
Latinitas, 154.
Latinos, 154.
Latinus ager, 154.
Latium a latendo vel a latitudine, 154.
Laurea pro lauro, 111.
Laureatus, 110.
Laurenti ab arce, utrum genitivus, 110.
Laurentinos penates, 110.
Laurentius, 111.
Laurentum, unde, 110.
Lauretum, 111.
Laureus, 111.
Lauriger, 110.
Laurus, 111.
Laus, rhet. 259. 268.
Lebetis, 180.
Lectrix, 102.
Léges, 164.
Legislatio, rhet. 278.
Lego, quo acc. 191.
Léno, lena, 60.
Lens, dis, 124.
Lens, *lendis* et *lens* lentis, 57.
Lens, lendis pullos pediculorum significat, 153.
Leo, leaena, 60.
Leporinus, quo acc. 183.
Lepos, óris, 180.
Lepus, oris, animal, quo acc. in obliquis, 182.
Letifur, 177.
Levir, 20.
Libra, 209.
Libripens, 57. 153.
Libycae fabulae, 255.
Liguris, quo acc. 182.

Littera H, 161.
Littera, imago, 157.
Littera, quid, 157.
Littera vocabulum elementi accipit, 157.
Litterarum nomina, 91.
Litteratura, 170.
Liticen, 174.
Littoralis, 99.
Littoreus, 99.
Littus, unde, 99.
Litura, 18.
Locuples, quo acc. in obliquis, 179.
Locus communis, 264.
Longa linea, 160.
Lympha pro nympha, 204.

M.

Maecenás, 178.
Maecenátis in vetustis libris, 178.
Magistratus, 180.
Magnitudo, quo acc. 172.
Maiia, 27.
Málus, 164.
Manifestissime, 25.
Marcellia, quo acc. 169.
Marte, 152.
Martiaca i. e. stipendia, 153.
Martiacus, 153.
Martialis, 153.
Martianus, 183.
Martius, quo acc. 182.
Masculinum nominis verbalis, 14.
Maspiter, 153.
Mavors et Mavortius, 153.
Meatim, 194.
Mediamna, 68.
Mediastinus, 68.
Medicus, 68.
Medie, adv. 68.
Medietas, 68.
Mediocer, quo acc. 175.
Mediocris, 68.
Mediocritas altissima, 199.
Meditativae quartae, 151.
Mediterraneus, 68.
Meditullium, 68.
Medium, 66.
Memorialis, 180.
Meretrix, 184.
Meridies, masculini gen. 50.
Méta, 164.
Metéllus, 165.

Meto, messui, 88.
Quidam abnegant esse *metra* apud Terentium, 231.
De *metris* Terentii se scripturum confitetur, 200.
Eodem *metri* modo iambici omnes veteres tam tragici quam comici scriptores usi sunt, 230.
Micui, 187.
Mile, quo signo, 204.
Mile, milia, 206.
Mileni, 222.
Milies mile, quo signo, 206.
Mina attica, 209.
Mina graia, 209.
Mina italica, 203.
Misceo, 190.
Missibilis, 90.
Missilis, 89.
Mitto, misi, 89.
Modernos apud, 194.
Monite, quo acc. 171.
Monometri, 239.
Monosyllaba dictio, 7.
Mulceo, mulsi, 88.
Mulier, quo acc. 175.
Mulio, 172.
Multiplex, 226.
Multiplico, 226.
Munit, 145.
Muricis, quo acc. 183.
Ad integrum *musicae* locum restituere, 247.
Mycénae, 165.
Myrtetum, 111.
Myrteus, 111.
Myrtus, 111.

N.

Narratio per comparativum, 257.
Narratio per conjunctivum, 257.
Narratio per dissolutum, 257.
Narratio per rectum, 257.
Narratio, quid, 256.
Natura, 170.
Naturae munere praestare omni, 199.
Nautae persona inducitur, 246.
Nautarum et pastorum instrumenta arma dicuntur, 10.

Ne, 23.
Ne amittit *e* suum, 23.
Nec conjunctio est, 75.
Nec a *neque*, 23.
Necdum, 123.
Necto, nexui, 88.
Nedum, 123.
Nepos, ótis, 180.
Népos, 164.
Nequitus, quo acc. 181.
Nestor, Néstoris, 176.
Neuter, neutri, 120.
Neutri generis, 10.
Nihili, 172.
Nisi quando, 7.
Nix, 164.
Nobilitatis splendore celebratus, 199.
Nomen appellativum, 10.
Nomen do, 14.
Nullum *nomen* numerum significans comparationem recipere potest, 42.
Nomen, quid secundum Apollonium, 66.
Nomen, quid secundum Donatum, 66.
Nomen verbale, bis 14.
Nomina, 9.
Nomina adjectiva mobilia, 18.
Nomina numerorum, 218 seqq.
Nomina numerorum significantia appellativa, 41.
Nomina rerum eandem cum participiis terminationem habent, 15.
Nomina, quae declinationem pronominum habent, 119.
Nomina verbalia, 79.
Nomina verbalia participiis similia, 17.
Nomini quot accidunt, 20.
Nonagessis, 227.
Nondum, 123.
Nongeni, 222.
Nongentesimus, 220.
Nongesimus, 220.
Noningentesimus, 220.
Nonussis, 214.
Noscito, 24.
Nostrás, 194.
Nostrátis, 194.
Nostris, 99.
Nota ad informandum elementum litterae, 157.
Nubo proprie de femina, 45.
Nugigerulus, 126.
Numeralia propria facta, 42.
Numeri quinarii, 201.

Infinita *numerorum* adverbia, 225.
Adverbia *numerorum* in *ies*, 225.
Derivata *numerorum* nomina, 225.
Nummi denarii, unde, 216.
Nummi, unde, 216.
Nundinum et nundinae, 226.
Declinatur *nutrio*, 103.
Nutricula, 104.
Nutritio, 104.
Nutritor, 104.
Nutrix, quidni nutritrix, 102.
Núx, 164.

O.

O litera terminata, quo accentu in penultima, 171.
Obitus, particip, 16.
Obliqui casus, 11.
Tres *oboli* drachmam faciunt, 212.
Obolus, quid, 209.
Obscurus, 64.
Occino, 25.
Occinui, 26.
Occiput, quo acc. 185.
Oceanitis, 136.
Oceanus, appellativum, 137.
Oceanus, unde dictus, 136.
Octigesimus, 220.
Octingeni, 222.
Octogessis, 227.
Odio, 193.
Olim, fut, 62.
Olympus, unde, 134.
Omnes speciei numeralis, 41.
Omnifariam, 43.
Omnigera, 43.
Omniparens, 43.
Omnipotens, 131.
Operatio apud rhet. 262.
Opifex, quo acc. 183.
Opificis, quo acc. 183.
Optativa et subjunctiva passivorum, 39.
Opus non est singularis numerus, 11.
Or, syllaba terminata, quo accentu in penultima, 176.
Oraculum, 47.
Ordinalia numerorum, 219.

Ordinatio, bis 11.
Ornus, 111.
Oro, 47.
Os, 164.
Os syllaba terminata in penultimâ producenda sunt, 180.
Os correpte dictum, 46.
Oscillum, 47.
Osculum et ex hoc osculor, 47.
Ostiarius, 47.
Ostiatim, 47.
Ostium, 47.
Ox syllaba terminata breviantur in penultima, 184.

P.

Palus, quo accentu in obliquis casibus, 128.
Pandae naris, 129.
Pando, passus, 128.
Pandus, 129.
Pansa et passa, 128.
Papaver, quo acc. 175.
Papía, 168.
Papyrus, quo acc. 182.
Paries, quo acc. 179.
Parricída, 168.
Parte, 123.
Partes orationis, 9.
Participia casibus verbi adjunguntur, 83.
Participia, quomodo discernantur a nominibus, 132.
Voces *participiales*, 72.
Participii penultima producitur stulte et contra usum auctorum, 16.
Participio quot accidunt, 44.
De *participio* tractatur in libro singulari, 16.
Participium nullum geminat *u*, 77.
Participium praesentis, unde, 40.
Participium, quid, 44.
Patronymicae formae raro in latinis nominibus, 111.
Passio quarta bucolica, 6.
Passivo adjungitur ablativus casus, 36.
Passivum i. e. affectus animi commovens, 257.
Passor nomen verbale, 128.

Passus τὸ βῆμα, 129.
Pateo, passus, 128.
Patior, passus, 128.
Páx, 164.
Pecto, pexui et pexi, 88.
Pecuniae signatae vocabula ex Varrone, 214.
Pedes, 6.
Pelagus, 98.
Pelides, 70.
Penetrabilis, 90.
Penetralis, 90.
Penitior, penitissimus, antiqui, 122.
Penitius, penitissime, adv. 123.
Penitus, adv. loci et qualitatis, 122.
Penultima positione longa acuitur, 165.
Perduellio, 198.
Perduint, 147.
Pergo, perrexi, 138.
Perosus, 165.
Persona pastoris, qui primum vidit navem Argo, 242.
Personis finitis carentia recte separantur a pronominibus, 92.
Pertinácis, 183.
Pervicácis, 183.
Peto, petivi, 88.
Philoreium, 174.
Philosophía, 168.
Pignero, 99.
Pindaricum novenarium, 6.
Pinus, bis 111.
Píx, 164.
Placentinus, quo acc. 183.
Plebes, plebei, 51.
Pleraque, quo acc. 86.
Plicui et plicavi, 187, 188.
Poenitet, 78.
Poéta, 168.
Pollux, 184.
Pomerium, 49.
Pompalitas, 233.
De *ponderibus* addita, 207.
Poné, 162.
Póne, 163.
Pono, 191.
Poples, 178.
Populus, vocativus, 82, 145.
Porgo, 139.
Porticus, quo acc. 183.
Positio, rhet. 276.
Posivi, antiqui pro posui, 26.
Possessiva pronomina, unde, 99.
Possibilis, 134.
Postes, unde, 49.

Posthabeo, 49.
Posticus, 49.
Postliminium, 49.
Postumus, 49.
Potens, 131.
Potens maris, 132.
Potesse, 134.
Praeexercitamenta scripturum se confitetur, 100.
Praelibare, 167.
Praepositio in appositione, 31.
Praepositio in compositione, 31.
Praepositio, quid, 31.
Praepositiones, 9.
Praepositiones indubitabiles, 151.
Praepositiones inseparabiles, quae? 121. Cur? 122.
Praepositiones mutant ordinem, 32.
Praepositiones, quo acc. 195.
Im compositione non necesse est, separatorum (*praep.*) constructionem servare, 130.
Praeterita a *seco*, cet. 187.
Praeterita a *sto*, *do*, *lavo*, *juvo*, 180.
Pransor, 14.
Pransrix, cursrix, tonsrix nemo dicit, 14.
Priamides, 136.
Priamus, unde. 53.
Primanus, 223.
Primarius, 30.
Primâs, 30.
Primâs, cur circumflexum, 30.
Prime, 30.
Primicerius, 30.
Primipilarius, 30.
Primitivus, 30.
Primores, 30.
Primotinus, 31.
Primulus, 30.
Primus, superlativus proprie illorum nominum, quae numerum significant, a tribus et ultra, 29.
Principales numerorum figurae apud Latinos, 201.
Principatus, 180.
Prior inter duos, 29.
Pronomen, quid, 92.
Pronomen definitae personae vult esse, 96.
Pronomina derivativa, 117.
Pronomina dubia, 118.

Pronomina indubitabilia, 116.
Pronomina infinita, 93.
Pronomina interrogativa, 93.
Pronomina numeri, 93.
Pronomina primae personae, 92.
Pronomina qualitatis, 93.
Pronomina quantitatis, 93.
Pronomina relativa, 93.
Pronomina secundae personae, 92.
Pronomina substantiae, 93.
Pronomina tertiae personae, 92.
Pronomini, quot accidunt, 46.
Pronunciatio rhythmica, 231.
Proportio, 124.
Propria pro appellativis, 27.
Prorumpitur in vocem, 157.
Psile, 161.
Pudet, 78.
Pullinurux, 184.
Pulvis, 180.
Pupugi et punxi, 140.
Pus indecl. 98.
Pyrrhichius in secundo loco Iambi, 248.

Q.

Qua, 130.
Quadragessis, 227.
Quadrangulum, 229.
Quadrans, 210.
Quadrans, unde, 215.
Quadrassis, 227.
Quadriceps, 228.
Quadriduum, 228.
Quadriennis, 227.
Quadriennium, 228.
Quadrifariam, 228.
Quadrifidus, 228.
Quadrigae, 228.
Quadrigesimus, 228.
Quadriiugus, 228.
Quadrilibris, 227.
Quadrimus, 228.
Quadrinoctium, 228.
Quadringeni, 222.
Quadrupes, 228.
Quadruplum, 226.
Quaestus et quaesitus, 125.
Qualis, 93. 96. 118.
Quando, fut. 62.

Quantus, 94. 118.
Quantus, quo acc. 119.
De *quantitate* finalis *a* in adverbiis, 66.
Quapropter, 66.
Quarta bucolica, 6.
Quarta trochaica, 7.
Quartana, 223.
Quater, 225.
Quaternio, 172.
Quatuor spondeos, 8.
Que, 23.
Queo, 193.
Queo, quo acc. 193.
Quercus, 111.
Qui, abl. 130.
Qui non pronomen, 28.
Qui pro adverbio, 28.
Qui pro quis ponitur, *quis* autem pro qui non, 28.
Qui pro quis circumflexum, 118.
Quies, quo acc. 179.
Quiescitur, 78.
Quiesco, quievi, 191.
Quinarii, unde, 216.
Quincunx, 210.
Quingeni, 222.
Quingenta, qua fig. 204.
Quingenta milia, quo signo, 206.
Quingesimus, 220.
Quinquagessis, 227.
Quinquaginta, qua fig. 204.
Quinquaginta milia, quo signo, 205. 206.
Quinquangulum, 229.
Quinque, qua fig. 203.
Quinque caesurae, 7.
Quinque dactylos, 8.
Quinque figurae, 8.
Quinque milia, quo signo, 204. 206.
Quinque spondeos, 8.
Quinquennis, 228.
Quinquennium, 228.
Quinquevir, 228.
Quis, 93.
Quis, qua declinatione, 119.
Quocirca, 66.
Quomodo, 146.
Quoque, quem accentum habet? 97.
Quot, 94. 119.
Quotenus, unde, 94.
Quotus, 94.

R.

Raptrix, 129.
Ratio distinguendi turbat accentuum regulas, 162.
Rationabiliter, 118.
Rationabilius, 256.
Rebellis, 108.
Rebellio, 108.
Regula, 50.
Redditivum, 93. 94. 119.
Redimo, 189.
Refutatio, 262.
Regius et regalis, quo modo differunt, 60.
Regula de ablativis adjectivorum, quae in *is* desinunt, 61.
Regula de accentibus eorum, quibus syllaba subtrahitur, 145.
Regula de accentibus in participio, 193.
Regula de accentibus in pronominibus, 194.
Regula de accentu in propriis nominibus in *a* terminatis, 167.
Regula de accentu nominum quintae declinationis in obliquis casibus, 179.
Regula de adjectivis in *is* desinentibus, 61.
Regula de desinentibus in *us* neutris, 98.
Regula de differentiis penultimae syllabae genitivi in *ris* terminantium neutrorum, 98.
Regula de graecis in *as*, 69.
Regula de inchoativis, 38.
Regula de iis, quae in *ir* desinunt, 20.
Regula de iis, quae in *ls*, *ns*, *rs*, desinunt, 132.
Regula de *nomine verbali* formando, 14.
Regula de nominibus arborum quartae declinationis, 111.
Regula de nominibus in *a*, 141.
Regula de nominibus in *a* desinentibus, 90.
Regula de nominibus in *ns*, *rs*, *ls*, 153.
Regula de nominibus in *ns*, *ls*, *rs* desinentibus, 124.
Regula de nominibus in *us*, 144.

Regula de participio praeteriti primae conjugationis, 80.
Regula de participiis in *sus*, 127.
Regula de participiis verborum in *go* desinentium, 150.
Regula de participio praesentis, 80.
Regula de praeteritis verborum in *do*, 127.
Regula de praeteritis verborum in *go* desinentium, 150.
Regula de praeteritis verborum in *ro* desinentium, 125.
Regula de praeteritis verborum in *to* desinentium, 88.
Regula de verbis in *eo* desinentibus, 34.
Regula de verbis in *go*, *r* antecedente, 140.
Regula de verbis, *n* ante *quo* vel *co* habentibus, 141. 142.
Regula de verbis in *nco* desinentibus, 74.
Regula de vocativo, 81.
Regula de vocativo nominum in *us*, 144.
Regula generalis de verbis desinentibus in *go*, 140.
Regula in *es* producta terminatorum, 51.
Regula, unde, 61.
Regulae accentuum in adverbiis, 194.
Regulae accentuum in nominibus, 167 sqq.
Regulae accentuum in prima conjugatione, 186. 187.
Regulae accentuum in quarta conjugatione, 192 sqq.
Regulae accentuum in verbis secundae conjugationis, 190.
Regula accentuum in verbis tertiae conjugationis, 190.
Regulae de formatione frequentativorum, 151.
Regulae de nomine, ubi, 50.
Regulae verbales, 76.
Relativa per se acuuntur, in contextu gravantur, 28.
Relavo, quo acc. 188. 189.

Relictio, 143.
Relictor, 143.
Relictrix, 143.
Relictus, 143.
Relinquo declinatur, 142.
Reliquiae et relliquiae, 143.
Reliquit, 141.
Reparo, quo acc. 188.
Replico, quo acc. 188.
Rês, 164.
Respublica, 50.
Res supposita, 20.
Res uxoria, 50.
Reseco, quo acc. 188.
Resideo, quo acc. 190.
Resigno, 109.
Resono, quo acc. 188.
Rêx, 154.
Rex, regina, 60.
Rex in genitivo regis, cur? 60.
Rhythmus, quid? 6.
Rigeo, 190.
Rôma, 164.
Romána, 170.
Romana pondera, 213.
Rosetum, 111.
Rubeo, quo acc. 190.
Rurigena, 120.

S.

S, rarissime vim consonantis amittit apud Graecos, frequenter apud Latinos, 232.
Salix, quo acc. 184.
Sanguis, 180.
Sapiens, nomen, 19. participium, 19.
Sapisfur, 177.
Sapio, sapivi, 191.
Satur, quo acc. 177.
Saturnius, 111.
Saucius, 63.
Scande versum, 9. 33. 58. 65. 114.
Scidi, scissus, 128.
Scio, quo acc. 193.
Scipiadas, 112.
Scriptura, 170.
Scrupulus, 210.
Secui, 187.
Secundum rhythmum, 6.
Secundum singularem numerum, 12.
Securis, 108.
Securus, 64.
Sedeo, sedi, sederam, sedero, quo acc. 190.

Sedile, quo acc. 171.
Semel, 225.
Semermis, 11.
Semipes, 7.
Semis, 207, 210.
Semiquinaria, 6. 7. 135.
Semiquinariam, 7. 9. 33. 58. 104. 126. 143.
Semiseptenaria, 6.
Semiseptenariam, 9. 65. 114. 135.
Semiseptenarius, unde, 224.
Semiuncia, 210.
Semuncia, 215.
Senarium iambicum, 6.
Senio, 226.
Sententia, quid apud rhetor, 260.
Septemvir, 228.
Septenus, sing. 222.
Septigesimus, 220.
Septimana dierum, 223.
Septimum semitalentum, 208.
Septingeni, 222.
Septuagessis, 227.
Septunx, 210.
Septunx, unde, 215.
Sermocinatio pene dissoluta et pedestri simillima, 233.
Sermo ancillae Astraphii apud Plautum, 246.
Serotinus, 31.
Servigatos, 180.
Servitus, quo acc. 182.
Sescunx, 227.
Sestertius, unde, 216.
Sestertius nummus, unde? quid? quo signo? 207.
Sexagessis, 227.
Sexangulum, 229.
Sexceni, 222.
Sexcesimus, 220.
Sex senies talenta, 208.
Sex pedes, 7.
Sextans, 210.
Sextans, unde, 215.
Sextula, 210.
Dimidia *sextula*, 210.
Sextula aeris minima pars, 215.
Sextula et dimidium sextulae Sicilicus, 210.
Duae *sextulae*, 210.
Sextus casus, qui apud Graecos, 232.
In *si* cum faciunt praeteritum, in *sum* faciunt supinum, 89.
Sic, 74.
Sicilicus, 210.

Sicuti, sicut, 75.
Sigillum, 108.
Signa canunt, 110.
Signifer, 109.
In *significatione* plurali, 11.
Significo, 109.
Signo, 108.
Signum, 108.
Silex, quo acc. 184.
Siliqua, 210.
Silvicola, 170.
Simplex, 226.
Simplum, 226.
Sinapis, 180.
Sinciput, quo acc. 185.
Quo *sine*, 64.
Singulare nominis *arma* non in usu, 10.
Singulare, quo acc. 171.
Singularis, 224.
Sinistra, ablativus, 130.
Sino, quo acc. 193. In textu ex errore *sivo* legitur.
Sisto, steti, 89.
Socie, vocativus, 82.
Solus, 119.
Solves dubitationem, 12.
Sonipes, 178.
Sonui, 187.
Sophronium, 174.
Soricis, quo acc. 183.
Sospes, sospita, 60.
Specialis, 180.
Species narrationis, 256.
Spes, 164.
Spiritus, 181.
Spondei duo, 8.
Spondei in fine iamborum, 249.
Spondei in locis paribus, 252, 253.
Spondeus in fine iamborum et aliis in locis, 250.
Spondeus in quarto loco iambi, 248 ter. 249 bis.
Spondeus in secundo loco iambi, 250.
Spondeus quarto loco, 251.
Spondeus, quo loco in iambico metro, 230.
Statum ire, 37.
Statur, 78.
Stephania, 167.
Sterto, sterti, 89.
Stimulus elocutionis latinae, 233.
Stipes, 178.
Stoici, 95.
Strabo, straba, 60.
Structura, quid, 11.

Structuram siquis vult intelligere, ponat masculinum vel femininum pro neutro, 11.
Suave rubens, quo acc. 86.
Suavis, 179, 180.
Subverto, 189.
Succenturiare, 223.
Succino, 25.
Succinui, 26.
Suffenas, 30.
Sulfur, quo acc. 178.
Superbiae calcare tumores, 199.
Supina duo, 40.
Surgens, 137.
Surgo declinatur, 138.
Surrectio, 139.
Surrector, 139.
Surrectrix, 139.
Surrectus, 139.
Surrectus, nomen, 139.
Surrexi, 138.
Suspenditur vox, 166.
Sybariticae fabulae, 255.
Syllaba deest una vel duae, 6.
Syllabam unam plus habet in fine, 6.
Syllabas extra penultimam seu correptam seu productam licet in metro poetica licentia proferri, 192.
Synaloephae crebrae in versibus comicorum, 237.

T.

T, littera terminata, quo acc. 185.
Tacitor, participiale, 41.
Tacitum ire et iri, 37.
Taedet, 78.
Talentum atticum *minus*, 213.
Talentum atticum parvum, 214.
Magnum *talentum* atticum octoginta librarum, 212.
Talentum magnum, 214. 209.
Talentum magnum centum minarum atticarum, 213.
Talentum parvum, 209.
Talentum sex milia denariorum secundum Livium, 211.

Tantus, 94.
Taurinácus, 183.
Taurinus, quo acc. 183.
Taurus, quotae declinationis, 111.
Teneo declinatur, 72.
Tenor, 46.
Tentigo, 46.
Tentorium, 46.
Tentum ire a tendo et a teneo, 72.
Tentus et tensus dicitur, 46.
Tentus etiam a teneor, 46.
Tepefacis, quo acc. 86.
Ter, 225.
Terentianus, 183.
Terentius, quo acc. 182.
Tergeminus, 228.
Ternarius, 224.
Terni et trini, quo discrimine, 221.
Ternideni, 221.
Ternitas, 226.
Terrigena, 150.
Tertiam trochaicam, bis 7.
Tertiana febris, 223.
Testimonia metricorum, 231.
Tetradrachma, 211.
Tetrametro iambico in multis scenis utitur Terentius, 241.
Tetrametris usus est in prima scena Plaut. 238.
Per *thesin* deprimitur vox, 166.
Vox deputatur in *thesin*, 167.
Thesis, 166.
Tibicen, 168. 174.
Tonitru, 172.
Tonsor, 14.
Tonstrina, cur ita formatur, 15.
Tonui, 187.
Tot, 94. 119.
Totus, 95. 112.
Tracta pedes, 33.
Tracta singulos pedes, 105. 114. 126.
Tránsfuga, 168.
Trecentesimus et trecesimus, 220.
Trevir, 20.
Tressis, 214.
Triangulum, 228.
Tribrachys, quo loco in iambic. 230.
Tribunatus, 108.
Triceni et treceni, quo discrimine, 221. 222.
Triceps, 228.

Tricesimus, 220.
Tricessis, 215. 217.
Tricorpor, 228.
Triduum, 228.
Triennis, 227.
Triennium, 228.
Triens, unde, 215.
Trifariam, 228.
Trifidus, 228.
Trigae, 228.
Triginta et duarum figurarum heroicus versus, 8 bis.
Triiugus, 228.
Trilibris, 227.
Trilinguis, 228.
Trimetris comici in prologis et primis scenis utuntur, 237.
Trimetris et tetrametris iambicis frequentius utuntur comici latini, 231.
Trimetris in omni prima scena utitur Terentius, 239.
Trimus, 228.
Trina, sing. 223.
Trinitas, 226.
Trinoctium, 228.
Trinum nundinum, 226.
Tripatens, 228.
Tripes, 228.
Triplex, 226.
Triplico, 226.
Triplum, 226.
Triscurium, 64.
Trisulcus, 228.
Trivium, 228.
Trochaica tertia, 6.
Trochaici tetrametri catalectici, 233.
Trochaico mixto et confuso cum iambico utitur in sermone personarum Terentius, 245.
Trochaeus in principio Iambi, 250 bis.
Trochaeus in tertio loco Iambi, 248. 249.
Troiia, 27.
Troia, quomodo pronunciandum, 27.
Troiugena, 154.
Tu, 91.
Tuatim, 96.
Tubis utuntur qui? 71.
Turnides, 111.
Turnius, 111.
Turnus, 111.
Turnus, piscis palustris, 144.
Tute, 96.
Tuus, 96.

U.

Uligo, quo acc. 172.
Ullus. 119.
Ulmus, 111.
Ultima si brevis, et penultima naturaliter longa, haec acuitur, 165.
Ultima si longa fuerit, penultima acuitur, 165.
Ultra citraque *tetrametro* usi sunt trochaico, 233.
Una, 130.
Uná, 195.
Unare, 226.
Uncia unde dicta, 215.
Uncia, 209.
Unde octoginta, 227.
Undeviginti, 226.
Uni, unae, una, quando? 222.
Unicus, 225.
Uniformis, biformis, triformis, 227.
Unimanus, 228.
Unio, 225.
Unitas, 225.
Universus, unde, 225.
Univocum, 109. 144.
Unquam, fit. 62.
Unum, qua figura, 203.
Unus, 119.
Ur syllaba terminata, quo acc. 177.
Us syllaba finita, quo accentu in penultima, 180.
Usus activi, 258.
Usus auctorum observandus, 17.
Usus mixti, 258.
Usus orationales, 258.
Usus, qui in rhetorica, 258.
Usuum approbationes, 231.
Ut, adv. 146.
Ut optativum, 106.
Uti, 146.
Utinam, 106. 147.
Utique, 147.
Utor verbum ablativo semper conjungitur, 12.
Utraque, quo acc. 86.

V.

Ve, 23.
Velivox, 184.
Veluti, 147.
Veneria, quo acc. 169.

Veneris, quo acc. 182.
Veneruntne, quomodo acuendum, 163.
Venio, 193.
Verba, 9.
Verba quaedam ad solos mares, quaedam ad solas feminas pertinent, 44.
Verba quaedam naturaliter ad mares, quaedam ad feminas, 81.
Nomen *verbale* a *relinquo*, 143.
Nomen *verbale* ab *infringo*, 149.
Verbale, quo acc. 171.
Verbale a *surgo*, 139.
Verbalia a *nutrio*, 104.
Verbalia in *sor* et *xor* desinentia feminina facere non possunt, 128.
Verbo quot accidunt, 24. 72.
Verbum a nomine, aut nomen a verbo, unde certum, 13.
Verbum denominativum a nomine, 14.
Verbum denominativum ab eo, *quod est arma*, 13.
Verbum denominativum *regno*, 60.
Verbum, quid, 24.
Verbum quid, secundum Donatum, 71.
Verona, 167.
Versus a *verto* et versus a *verro*, 56.
Versus anteposita *ad* praeposit. 152.
Versus, unde dictus, 152.
Versura, 56.
Versutus, 56.
Vertex, 56. 152.
Verticordia, 152.
Verticulum, 56.
Vertigo, 56. 152.
Verto, verti, 89.
Vertumnus, 56. 152.
Vervex, quo accentu in obliquis casibus, 184.
Vesica, quo acc. 170.
Vesperi, 194.
Vestrás, 194.
Vestratis, 194.
Veter, antiquissimi pro vetus, 67.
Vetui, 187.
Vetustissimi graeci ἑκατὸν a littera H incipiebant, *Vi* syllaba *ou* sono pronunciatur, 21.

Vi syllaba pro quantitate mutat sonum, 21.
Viceni bini, 221.
Vicessis, 214. 215.
Vir, 20.
Vir, cur per *v*. 21.
Vir, quomodo pronunciandum? 21.
Virgili, 81.
Vir illustris, 22.
Viritim ἀνδρικῶς, 23.
Viripotens, 22.
Vir magnificus, 22.
Vir spectabilis, 22.
Virtus derivativum a viro, 22.
Virus, viri, apud Lucretium, 98.
Virus, 98.
Volucer, quo acc. 175.
Voveo, vovi, voveram, vovero, quo acc. 190.
Vox alte, late et *longe* auditur, 158.
Vox corpus, 157.
Vox deprimitur per thesin, 166.
Vox formatur unde, 157.
Vox articulata, 158.
Vox tripartite dividitur, 158.
Vulgus, 98.

INDEX

GRAECUS IN AUCTOREM.

A.

Ἄγαλμα, 109.
Ἄλφα, 91.
Ἀνὰ ἓν, ἀνὰ δύο, ἀνὰ τρία, 221.
Ἀναγνωσθεὶς, 19.
Ἀναγνωσθησόμενος, 17.
Ἀναγνωστέος, 17.
Ἀνάγνωσις, 19.
Ἀνδραπὰς, 23.
Ἀντίφρασιν, per, 106.
Ἀπαλείψουσα, 18.
Ἀπαλοιφὴ, 18.
Ἀπομνημονεύματα, 259.
Ἀριθμὸν, 217.
Ἀριθμοῦ σημεῖα, 203.
Ἀσσάρια, 217.

B.

Βατουσιάδης, 217.
Βῆμα, 129.
Βῆτα, 91.

Γ.

Γάμμα, 91.
Γαυσάπης, 131.
Γεγενῆσθαι, 208.
Γένος ποσὸν ἀνομάλοκατάλληκτον, 60.
Γράψουσα, 18.

Δ.

Δακρυτὸς, 84.
Δεῖ, 232.
Δέκα, qua figura, 202.
Δέκα χρυσᾶ δηνάρια, 217.

Δι-

Δέκα τάλαντα, 208.
Δεκάκις χίλια, 202.
Δεκάπους, 131.
Δελφοῖσι, ὁ ἐν Δελφοῖσι ναὸς κατεκάετο. Ex Herodoto, 208.
Δέλτα, 203.
Δηλοῦν, 217.
Δηνάρια ἀργυρᾶ, 217.
Δηνάρια χρυσᾶ, 217.
Δηνάριον παρὰ τὸ δῆνα ἐσχηματισμένον, 217.
Διακόσια πεντήκοντα, 217.
Διδακτέος, 17.
Διδαχθησόμενος, 17.
Δύμηνις, 130.
Δόμος, 130.
Δύο ἥμισυ, 207, 216.
Δύο ἥμισυ πόδες, 217.
Δυοῖν δεόντων, 227.
Δωμᾶσθαι, 130.

E.

Ἑβδομον ἡμιτάλαντον, 208. 217.
Ἐγκλιτικαί, 236.
Ἐγώ, 96.
Ἔθεν, 232.
Ἑκατόν, qua figura, 202.
Ἕλκειν σταθμόν, 208.
Ἐμέθεν, 232.
Ἐναντιωματικόν, 59.
Ἐξ ἥμισυ, 208. 216. 217.
Ἔκτασις, 96.
Ἐπιμεριζόμενα, 221.
Ἐπιμύθιον, 256. quid.
Ἐπιφέρει, 217.
Ἐποιεῖτο, 208.
Ἐρωτής, 19.
Ἐρωτὴς ἐκείνου, 84.
Ἐργόμενον, 19.
Ἔργον, 19.
Ἐρῶν, 19.
Ἐσχηματισμένου, 217.
Εὑρεθήσονται, 217.

Z.

Ζητητέος, ὁ, 125.

H.

Ἡμίδιμνον ἀντὶ τοῦ ἡμιδίμνου, Αττικοί, 218.

Ἡμιτλίνθια, 208.
Ἡμιπόδιον, 217.
Ἡμισυ τρίτου, 207. 216.
Ἡμιτάλαντον, 208. 217.
Ἧτα, 203.

Θ.

Θησαυρὸς ὁ τῶν Κορινθίων, 208.

I.

Ἰα pro μία, 202.
Ἶμα, 196. 146.
Ἰδοῦ δὴ οὖν, 208.
Ἶδρυτο, 208.
Ἰῶτα, 203.

K.

Καθάπερ, 217.
Καθόλου, 217.
Κάλων, 71.
Καταλέγει, 208.
Κατεκάετο, 208.
Κατέπεσεν, 208.
Κεράτιον, 210.
Κόντος, τὸ ἐν τῷ κέντρῳ σημεῖον, 109.
Κοῖλον, Aeoles dicebant pro κοῖλον, 27.
Κονίδιον, 124.
Ὁ Κορινθίων θησαυρός, 208.
Κρατήρ, 131.
Κριθείς, 19.

Λ.

Λαβόντες, 217.
Λέοντος εἰκών, 208.
Λεπτός, 210.
Λευκοθέα, 140.
Λέων, 208.
Λιταὶ, ἀπὸ τῶν λιτῶν, 99.

M.

Μέλει, 232.
Μέσος, 67.
Μία per I scribitur antiquo Atticorum more, 202.
Μίλλε νούμμως, 218.
Μονάδι, 217.
Μάριον, 217.
Μύρια, qua figura, 202.
Μύρια, quo signo apud Graecos, 205.

N.

Ναὸς ὁ ἐν Δελφοῖσιν, 208.
Νοῦμμος, μίλλε νούμμως, 218.

O.

Οἰκάδε, 131.
Οἰκάδων, 131.
Οἶκοι, 131.
Ὁλοκάρπων, 134.
Ὅλον, 217.
Ὁμονυμον, 16. 109. 117.
Ὁπλισθείς, 18.
Ὅπλισις, 17.
Ὁπλισομένη, 17.
Ὁπλίτης, 18.
Ὁπτῖος, 93.
Ὀπέσοι, 94.
Ὁραθέν, 19.
Ὅραμα, 19.
Ὅσος, 94.
Ὅτι, 106, 146.
Οὖ, 96.

Π.

Παιδευθείς, 18.
Παίδευτός, 18.
Πανθήρ, 131.
Παραλληλότης, 102.
Πεῖ, 203.
Πέμπτη σπιθαμή, 217.
Πεντακισχίλια, 202.
Πεντακόσια, qua fig. 202.

Πεντε, 202, qua figura, 203.
Πεντήκοντα, qua fig. 202.
Περικτικά, 111.
Πλεονάζειν, 217. 218.
Πόδες, 217.
Ποιός, 93. ποῖος, 93.
Πόλεμος, τὸ τοῦ πολέμου σημεῖον, 109.
Πόρος, 125.
Ποσός, ποσοί, 94. πόσος, πόσοι, 94.
Πρίαμος, unde dictus, 136.
Πριάσθαι, τὸ ἀγοράζειν, 53.
Προγυμνάσματα, 200.
Προσελευθείς, 19.
Προσελευθησόμενος, 19.
Προσέλευσις, 19.
Προσελευτέος, 19.
Προσθείς, 217.
Προσκείμενον μόριον, 217.

P.

Ρωμαῖοι, ἡ παρὰ Ρωμαίοις ἀναλογία, 217.

Σ.

Σάλπιγξ, 110.
Σίθεν, 232.
Σημόδιαμα, 215. 217.
Σήσκουας, 217. quid et unde? 218.
Σησκυπλα, 217.
Σηστέρτιουμ, quid et unde, 217.
Σκυτίων, 112.
Σπιθαμή, 217.
Σοφός, 19.
Σταδμός, 208.
Σύ, 96.
Σύνθημα, 109.
Σύνταξις, 100.
Σφραγίς, 109.
Σχῆμα, 91. 217.

T.

Τάλαντα, δέκα τάλαντα, 208.
Τέρτιουμ, 217.
Τέτσαρες ἥμισυ πήχεις, 217.

Τέτυμμαι, 39.
Τεχθεὶς ἐκ θεᾶς, 20.
Τόρευμα, 90.
Τραγήματα, 107.
Τρεῖς, ἀνὰ τρεῖς, 221.
Τριγενῆ, 43.
Τρισσοί, 221.
Τρίτος, τρίτου ἡμιπόδιον, 217. ἥμισυ τρίτου, 216.
Τριχεῖς, 221.

Υ.

Ὑπομνησθείς, 18.
Ὑπόμνησις, 18.
Υἱὸς θεᾶς, 20.

Φ.

Φασίν, 216.
Φιλησθησόμενος, 17.
Φιλητέος, 17.
Φρονῶν, 19.
Φυλλάς, 124.

Χ.

Χάρτης, 131.
Χίλια, qua figura, 202.
Χίλια σηστέρτια, 217.
Χρεία, 256. 258.
Χρή, 232.
Χρυσὸς ἄπεφθος, 208.
Χρώμενος, 217.

Ω.

ᾠδή, 26.
Ὠκεανὸς ἀπὸ τοῦ ὠκέως εἶειν, 136.

PRISCIANI

OPERA MINORA

LINDEMANNI.

PRISCIANI

OPERA MINORA

LINDEMANNI.